ALB. DE SAXONIA
DE VELOCITATE
MOTVVM

Universidad de Deusto
Biblioteca



82. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM NOTABILIVM, QVAE IN HOCOPERE CONTINENTVR.

A

ANtiquiores qd de scientia rerum naturalium senserint. Pag. 1.
Anima mouetur per accidens, non tamen cõtinetur p accidens subente mobili. 12.
Aliquid ex aliquo dupliciter intelligitur. 54.
Accidentia in abstracto non sunt res naturales. 67.
Animam esse naturam, dupliciter intelligitur. 98.
Agens est duplex; a natura, & a proposito. 115.
Actio, & passio quomodo addunt respectum supra motum. 145.
Actio, & passio quomodo sunt idem & quomodo non. ibidem.
Aliquid dupliciter nominatur. 152.
Actio quomodo denominat extrinsece, & intrinsece agens, & patiẽs. ibidem.
Actus est in eo cuius est actus, eo modo quo est actus eius. 152.
Ab vno agẽte quomodo plures actiones prouenire contingat. 153.
Aliqua dupliciter distinguntur. 156.
Aliquid conuenit alicui per alterũ. 184.
Aliquid esse in actu dupliciter contingit. 195.
Ars Alia perficit, quæ natura non potest operari, alia vero imitatur. 114.
Alique sunt quantitates per se, duobus modis. 135.
Aliquid est in potentia ad aliquid dupliciter. 134.
Aliquid est in actu tantum, aliquid in potentia tantum, aliquid medio modo. 130.
Actio duplex immanens, & transiens. 144.
Ad multiplicationem subiecti sequitur multiplicatio temporis. 210.
Accidentia alio modo in cõcreto diffiniuntur, alio modo in abstracto. 216.
Ad substantiam non est motus propriæ dictus. 240.

B

BOnum appetitur a turpi sicuti masculinum a femineo. 86.
Boetius quid sentit de fato, q̃ est dispositio inerens mobilibus. 122.
Bruta carent actione intellectus non tamen carent actione absoluta. 129.
Brutorum cognitio non est eiusdem speciei cum potentijs cognitiuis hominis. 150.
Butirum, & sperma ingrossantur a calido propter admixtionem partium aerearum cum aqueis. 162.
Bonitas est passio entis extra animã & entis in actu. 196.
Babylonici cõsiderantes operationes stellarum asserebant stellas habere operationes proprias in proprijs generibus entium, & operationes communes in generibus communibus, & nõ solum in corporibus verum etiam in animalibus. 221.
Bestiarum nulli inest fides. 326.
Balneum duplicem habet formã in anima, & extra animam. 341.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C

CVicunq; conuenit vnum oppositorum per se:eidem nõ adest alterum per accidens. 4.
Corruptibile, & incorruptibile; dupliciter consideratur. 5.
Corruptibile, nihil est per accidens, quomodo intelligatur. 5.
Corpus, nõ simpliciter inquantum corpus, neque corpus Mathematicum: sed corpus naturale, siue corpus sensibile, siue corpus mobile quod idem est, est subiectum in philosophia, secundum Albertũ. 7.
Corpus triplex. 4.
Corpus mobile; non esse subiectum formale: in philosophia naturali probatur rationibus. D. Tho. 9.
Compositũ ex subiecto & prædicato; eo modo conuenit sibi esse: quo modo conuenit sibi esse subiectũ, & prædicatum. 9.
Corpus mobile est principale subiectum materiale philosophię naturalis. 11.
Contradictio apparens s. primo cæli & primo physicorum tollitur. 11.
Cognitio triplex secundum scotũ. 17.
Causa naturalis, non agit semper in effectum perfectissimum in quem potest. 25.
Compositio est tantum duplex quomodo intelligitur. 29.
Continuum, mathematicè, consideratum, est diuisibile, in infinitum. 49.
Compositio est triplex. 50. in Addi.
Contrariorum cõtrariæ sunt causæ ibidẽ.
Communitas materiæ est communitas subiecti quomodo, intelligatur. 82. in Addi.
Conuenientia diffinitioni naturæ. 90.
Cautela necessaria circa demonstrationem subiectorum. 103. in Addi.
Causarum quædam sunt eiusdem generis, quædam vero non. 104.
Causarum eiusdem generis, quædam sunt eiusdem ordinis, quædam vero non. 105.
Causa per accidẽs dicitur dupliciter. 113.
Causæ per accidens, a quibus potest prouenire aliquis effectus fortuitus, non sunt determinate. 119.
Cælũ, est nobilius formica. 186. in Add.
Corpora omnia, non eodem modo habent superficiem. 188.
Cælum quomodo sit figuræ sphęrice. 197. in Add.
Corpori perfectissimo perfectissima figura debetur. ibidem.
Corpori simplicissimo simplicissima figura debetur. ibidem.
Cælum, non est figuræ lentigularis. ibidẽ.
Contrarietas duplex. 237.
Contrarietas quomodo sit in substãtia. 238.
Contrariorum effectuum, quomodo sint contrariæ causæ. 240.

D

DVo in scientia, sunt consideranda, aliquid formale; & aliquid substratum & materiale. 7.
Differentię accidentales, quæ dicãtur. 13.
Distinctio pulcherrima, de triplici subiecto. 16. in Add.
Diuisio duplex; entitatiua, & quantitatiua. 30. in Add.
Deffinitio naturæ; quomodo, intelligenda. 87.
Deffinitio naturæ, in 2. Phy. posita, non est vera deffinitio; sed descriptio. 90.
Deffinitionis naturæ omnes partes; conueniunt animæ. 53.
Demonstratio triplex. 102.
Deus Monstra, intendit. 111.
De ente per accidens est scientia secũdario, & de casu, & fortuna quantum ad quid nominis. 118. in Add.
Differentia genere; differre numero, dupliciter potest intelligi. 147.
Deffinitio infiniti quomodo intelligenda. 159.
Diuisio duplex. 167.
Deus omne cælum mouet. 214. in Add.
Deus in quolibet instanti diuisim potest producere vnum hominem. 171.
Differentia Compositorum. 177 in Add.
Differentia inter locum mathematicum, & naturalem. 184.
Differentia inter tempus, æternitatẽ & Euum. 222. in Add.
Duplex punctum in linea, geometrę immaginatur. 224.
Differentia multiplex inter instantia. 224.
Differentia puncti, ab vnitate. 228. in Add.

E

ENs per accidens; ad hoc q̃ aliquid fit, quid requiratur. 4.
Ens differt ab vniuersalibus, quę sũt Genera. 8.
Ens mobile, non dicit agregatum, ex ente, & mobilitate; sed genus cum differentia. 9.
Ens mobile, & ens, naturale num sint idem ibidem.
Ens mobile est adequatum formale subiectum philosophię naturalis. 11.
Error Auicennæ circa accepptionem vnius. 30. in Add.
Ens accipitur dupliciter. 71.
Ex nihilo, nihil fueri; quomodo intelligatur. 80.
Effectus particulares, in quatuor causas, reducuntur. 109.
Effectus per accidens; reducuntur ad aliquam causam primam per se; non tamen ad causam propriam. 111.
Effectus, aliqui sunt necessarij, vt in pluribus alij, vt in paucioribus. 114.
Effectum causualem, posse produci ab infinitis causis, quem sensum habeat. 121.
Ens in actu solum, non diuiditur in decem prædicamenta. 130.
Ens quando diuiditur in decem prædicamenta; non diuiditur sicut genus in suas species. 154.
Essentia linęæ, secundum se, non est composita ex punctis; tanquam ex partibus essentialibus. 177. in Add.
Eternitas non habet prius, & posterius. 222. in Add.
Euum est mensura illarum rerũ, quæ transmutationi non subiciuntur. ibidem.
Entis diuisio multiplex. 236. in Add.
Ens per subiectum intelligitur. ibidem.

F

FOrmæ: quomodo dicantur entia mobilia per se. 12.
Falsissimum est D. Tho. se retractasse in opinione de subiecto Philosophiæ naturalis. 14 in Addi.
Franciſci Tolet opinio. de subiecto philosophiæ naturalis. 15. in Addi.
Fortuna: quomodo dicatur causa per accidens. 114.
Fortunam: alio modo accipiebant Gentiles, & aliter vulgus. 117.
Fortunam esse causam in manifestã: non est necesse. 118.
Fatum est dispositio inherens, mobilibus. 122. in Addi.
Formarum genus: duplex. 142. in Addi.
Forma est species rei materialis: principium mouendi vt quo, non vt quod. 143. in Addi.
Forma; habet triplicem denominationem. 144.
Finis est duplex. 169.
Forma sensibilis: est nobilior Cælo. 186. in Addi.
Figura sphærica est prima figura. 197. in Addi.
Forma substantialis, quędam vt via: quædã vt generationis terminus. 293.

G

GEneratio & corruptio, alia est naturalis & alia violenta. 48.
Genus substantiæ: est primum inter omnia genera: dignitate & perfectione. 61.
Grauitas, est principium formale; quo generans, mouet grauia. 91.
Græci & Latini: quid per subiectũ intelligant. 236. in Addi.

H

HOmo omnium animalium prudentissimus est. 126.
Hominem generari ab homine in infinitum est verum per accidens. 133.
Hominis stercus Panthera quærit. 143.
Homo anno quarto & quinto somniare incipit. 236.
Hominis saliua pluribus morsibus animalium venenosorum aduersatur. 363.

I

INtellectus vtitur natura vniuersale vt recognita; & vt medio cognoscendi.

secundi. 3.
Incorruptibilitas, quomodo per se conueniat vni, & vniuersali. 4.
Intellectus noster intelligit, singularia corruptibilia, per similitudines existentes, in sensibus. 6. in Addi.
In omni propositione affirmatiua vera; prædicatum est (aliquo modo) vnum cum subiecto. 9.
Illud est prius; a quo non conuertitur subsistendi consequentia. 11.
In quolibet subiecto duo sunt: obiectū ipsum, & ratio formalis. 14. in Addi.
Intellectum; vnum sine alio intelligere: dupliciter esse potest. 37.
Infinitum duplex: materiale & formale. 40.
Infinitum formale; est secundum se, maxime notum. 41.
Infinitum materiale: dupliciter, cognoscitur. ibidem.
Infinitum materiale: est cognoscibile: per modum finiti. ibidem.
Infinitum per modū infiniti cognosci nō potest, & est solutio pulcherrimæ contradictionis. ibidem.
Infinitum in actu: neque per potentiam diuinā esse potest. 43. in Addi.
Infinitum; non est per se intelligibile ratione quid rei: sed ratione qd nominis. 44. in Addi.
Ignis, dicitur vnus, dupliciter. 50.
In deffinitione naturæ, non inutiliter ponitur: principium, & causa. 88.
In diffinitione naturę principium & causa, communiter & absolute accipiuntur. 94.
Ideo, nisi essent: nulla esset scientia secundum Platonem. 108. in Addi.
In quibuscunque, est aliquis finis: Priora aguntur causa finis; quis sensus. 125.
In natura: alio modo inclinantur ad finem, carentia cognitione: & alio modo habentia cognitionem. 127.
Idem sui ipsius causa efficiens, esse nō potest. 142.
Intellectus: quomodo de vna & eadē re: diuersos conceptus formet. 155.
In diuisione numeri non proceditur: in infinitum. 163.
Infinitum quid sit. 166. in Addi.
Infinitum non continet omnia. ibidem.
Infinitum in rebus materialibus dari: de mente Ari. non repugnat. 166.
Infinitum in rebus materialibus dari quomodo, sit impossibile. 168.
Intelligere animæ: quomodo, a motu primi mobilis, dependeat. 216.
Idem nunc: esse aliud, & aliud secundum rationem: quid sit. 226.

L

Littera D. Tho. num sit viciata. 14. in Addi.
Loci immutabilitas: quomodo intelligatur. 181.
Locus semper immobilis; & idem mouens. 181.
Locus non est immobilis secundum numerum: sed secundum speciē. 183.
Loci nomen accipitur, dupliciter. 189.
Licet quatuor modi sint quibus mutatio fieri potest: non tamen dicemus quatuor fieri mutationes. 233.

M

Materia, alia sensibilis, alia intelligibilis. 2.
Mobilitas est differentia essentialis entis. 8.
Motus, est actus existentis, in potentia. 11.
Mobilitas est differentia subiecti philosophiæ naturalis. 13.
Motus quare, magis entis mobilis passio dicatur: quia quies. 13.
Magis nota naturæ dicuntur ea, quæ secundum suam naturam sunt magis cognoscibilia. 17.
Magis nota nobis, sunt ea, quæ prius cognoscūtur a nobis. ibidem.
Magis vniuersale; quo ad simplicem apprehensionem intellectus, inquātum totum essentiale est: prius cognoscitur. 19.
Magis uniuersale: inquantum totum vniuersale: est prius cognitum, cognitione confusa. 21.
Magis vniuersalia: quantum ad inuestigationem naturalium passionū, sunt minus nota. 23.
Magis vniuersale, est prius cognitū nobis, prioritate temporis. 24.
Materia secundum se considerata n ō est diuisibilis partes eiusdem speciei. 28.
Modi compositionis tres sunt; 38. in Addi.
Minimi pars, non corrumpitur; nisi totum corrumpatur. 48.
Minimum, alicuius naturæ; est quo non datur minus secundum quantitatem in tali natura. 45.
Maximum est; quo non datur maius in tali natura. ibidem.
Minima diuisio alicuius: est eiusdem corruptio. 51. in Addi.
Materia est vnum contrariorū. 59. in Addi.
Materiæ conueniunt omnes proprietates, & conditiones contrariorū. ibidē.
Materia est contraria: contrarietate illa conditionum, quæ principijs conueniunt. ibidem.
Materia forma & priuatio: dupliciter accipi possunt. 66.
Materia forma & priuatio, de genere subiecti: dicuntur esse causa. Principiorum omnium aliorum generum. 67.
Materię nomen multiplex. 63. in Addi.
Materia prima est receptiua omnium formarum, & in sua essentia nullā habet formam. 78.
Materia prima neque est simpliciter: non ens, neque simpliciter ens in actu. ibidem
Materia quomodo sit generalis & corruptibilis, & quomodo non. 79.
Materia, duplex. ibidem.
Materia, alia cōis alia propria. 80. in Add.
Materia, tripliciter considerari potest. 82. in Addi.
Materia duplex: prima, & proxima. ibidē.
Materia non est quid, quale, quantū neque aliquid eorum: quibus ens est determinatū; sed potestate hæc omnia. 82. in Addi.
Materia omnium corruptibilium & generabilium: est vna numero. 84.
Materia est vna, vnitate trascendenti. 86. in Addi.
Motus Cæli, non est naturalis secundum Albertum. 96.
Motus Cæli est naturalis pp principium passiuum. ibidem.
Materia primo prima: & materia secundo prima. 103.
Motus, an conuenientiori modo dicatur endelechia, an energia. 132.
Motus semper inueniri in eo quod ē in potentia: dupliciter intelligitur. 133.
Motus tripliciter sūmi pōt. 135. in Addi.
Motus & tempus sunt quantitates p se: quis sensus. ibidem.
Motus quantum ad id, quod dicit in recto, & materialiter: est idem cum termino motus. 138.
Motus, & terminus motus distinguūtur formaliter, & secundum rationem. ibidem.
Mediū quodlibet inter extrema: pōt dupliciter considerari. 139.
Motus rectus & circularis: ad vnum terminum termi nati sunt idē materialiter, non autem specifice. 140.
Motus accipitur dupliciter. 144.
Motus adhuc dupliciter capiē. 147. in Add.
Magnitudinem actu infinitam esse; impossibile est. 164.
Multitudo, licet sit infinita in potentia: non tamē est infinita secundū diuisionem. 175.
Motus localis, habet duos partiales terminos. 185.
Motum grauem, esse in instanti, tribus modis potest intelligi. 199.
Medium non est necessarium, ad hoc quod motus sit in tempore. 200.
Motum in vacuo, sic etiam in instanti, quod in vno & eodem instanti, in quo mobile est in vno loco, alium sibi locum per motū acquirei impossibile est. 201.
Mobile dum est in termino, resistit mouenti intendenti, transmutare ipsum, ad alium terminum. 201.
Motus in vacuo, quare vnus sit alio velocior: pōt reddi multiplex ratio. 202
Medio subtracto, vnum graue, citius alio moueri potest, ex duplici ratione. 203.
Mundum productum ponentes, non coguntur ponere vacuum. 206. in Addi.
Melius est habere vnum individuum perfectum; quam multa imperfecta. 214. in Addi.
Motus dupliciter numerari potest. 218.
Motus est de subiecto in subiectum; quomodo intelligatur. 234.

Materia absolute considerata est ad omnem, formam indifferens. 239.

N

Naturalia quomodo diffinibilia sunt, & in eorum diffinitione cadit materia. 2.
Natura sensibilis; in particulari si corrumpatur, quomodo de ipsa scientia haberi possit. 4.
Naturalia; & si habeant in particulari infinitas differentias, tamen in vniuersali secundum, ꝙ de ipsis habetur scientia, sunt determinata. 5.
Nomen quodlibet; a nomine entis, exprimit aliquem modum entis; qui non exprimitur hoc nomine ens. 8.
Natura agit propter finem, & natura determinetur ad vnum coincidunt 128. in Add.
Nominum, quædam significant aliquid, ꝙ nullo modo habet esse extra animam, quædam opposito modo, quædam vero medio modo. 130.
Nomen non significat rem, nisi mediante conceptu. 131.
Nominis significatio; in abstracto, & in obliquo, 137.
Numerus est augmentabilis in infinitum. 170.
Numerus est duplex. 207.
Non omne fieri, est procedere, de nõ esse ad esse. 212.
Numerus est duplex, numeratus, & numerans. 216.
Nulla res habet terminatum limitẽ suæ magnitudinis, seu paruitatis, respectu põæ Dei absolutæ. 51. in Add.
Nomen naturæ, quare impositũ sit. 87.
Negatio quæ est extremum contradictionis, aliter negat, quã negatio significans priuationem. 70.
Natura in aliquibus esse principium actiuum, & in aliquibus passiuum, quomodo intelligatur. 90.
Natura differt ab anima secundum simplicium. 91.
Naturæ deffinitio animam comprehendit. 92.
Natura sumit quatuor modis. 97. in Add.
Natura duplex, naturans, & naturata. ibidem.
Natura irrationabiliter, & frustra, nihil facit. ibidem.
Naturalem habet demostrare materiam primam esse; demonstratione signi. 103.
Nulla scientia probat sua principia demonstratione propter quid: sed demonstrationem signi. 103.
Nihil est fortuitum respectu Dei. 110.
Natura, quomodo agat propter finem. 123.
Natura agere, quid sit. 124.
Numerus omnis, non est quantitas discreta. 218.
Nunc tealiter non causat tempus; sed solum secundum magnitudinem. 227.
Nomine motus, quid intelligat philosophus. 234.

O

Opinio triplex, de subiecto philosophiæ naturalis. 7.
Opinio multiplex, de subiecto philosophiæ. 14. in Add.
Ordo naturæ duplex, generationis, & perfectionis. 25.
Opinio antiquorum, de vniuersali. 26. in Add.
Opinio Auicennæ & Auerrois circa totum. 38. in Add.
Opinio communis philosophorum de maximo, & minimo. 51. in Add.
Opinio diuersorum de mundi æternitate. 172. in Add.
Opinio multiplex de vacuo. 205. in Add.
Ordo in rebus a Deo creatis, existẽs vnitatẽ mundi manifestat. 214. in Add.
Omnis mutatio est de quoddam in quiddam. 240.
Omnia principia non sunt contraria. 68.
Oppositio priuationis, & habitus quem habeat locum. 70.
Omne, ꝙ coniungitur causæ per se, est principium, & causa per accidens. 72.
Opinio Themistijs si materia habeat actum entitatiuum. 82. in Add.
Operatio intellectus duplex. 97.
Omne nouum accipit esse per motũ quomodo intelligatur. 147. in Add.
Opposita esse simul quomodo cõtingat. 153.
Opinio diuersa, philosophorũ de distinctione prædicamẽtorũ. 157. in Add.

P

Primo, & principaliter, scientiam habere de aliquo; quid sit. 2.
Per ens mobile, intelligit D. Tho. genus entis, contentum sub ente, cuius propius modus essendi est, esse mobile. 8.
Passio duplex, quædam simplex, & quædam desiuncta. 13.
Primis ꝓpositionibus cognitis, aliæ perfectius cognoscuntur. 25.
Partes sunt in duplici differentia. 28.
Partibilitas, & extensio potest tripliciter considerari. 28.
Partes sunt duplices subiectiue, & integrales. 30. in Add.
Prædicatio duplex, identica, & causalis. 38.
Principia intrinseca rei sunt duplicia. 2.
Prima principia rerum, naturalium sunt prima contraria. 53.
Principia, possunt dici prima; primitate prædicationis. 56.
Per prima contraria, intelligit Ari. materiam formam & Priuationem. 58. in Add.
Prima principia naturæ omnia sunt prima contraria. 59. in Add.
Principium rerum naturalium, nõ est vnum solum. 60.
Principia rerum naturalium, non sunt infinita. ibidem.
Prima contraria sunt excessus, & defectus. 61.
Prima contraria, sunt forma, & priuatio, per simpli. Ale. & D. Tho. ibidẽ.
Prima principia, non fiunt ex alterutris. 62.
Principia oportet semper manere, quomodo intelligitur. 63.
Prima principia non sunt plura quã tria. 66.
Principia per se, sunt secundum se; notiora principiatis. 67.
Principium omne essendi, etiam per se est principium cognoscendi. 68.
Principia rerum naturalium, sunt tria quo ad fieri, & generari, quã tum autem ad factam rem, sunt duo. 68. in Add.
Principia cognitionis, sunt in duplici differentia. ibidem.
Priuatio in se considerata, est non ens. 7.
Priuatio, non est subiectiuæ in materia. 70.
Priuatio non est idem cum materia. 71.
Principia rerũ naturalium tria sunt duo per se scilicet, materia, & forma, vnum per accidens scilicet priuatio. 71.
Priuatio eadem, non est principium essendi & fiendi. 72.
Priuatio duplex. 72.
Principium, septem modis dicitur ex Alex. 75.
Priuatio multipliciter accipitur. 76. in Add.
Priuatione existente omnia nasci, atq; oriri necesse est. ibidem.
Priuationem, quomodo logicus physicus, & metha. tractent. ibidem.
Priuatio non est substantia neque accidens, non est materia, neque forma. 77. in Add.
Per primam materiam, primum subiectum intelligitur. 78.
Propter ꝙ vnumquodque, & illud magis quomodo intelligatur. 80.
Potentia materiæ, subiecto est una respectu multarum formarum, ratione sunt multæ. 86. in Add.
Principium est relatiuum, secundum intellectum. 88.
Prima intellectus operatione, potest aliqua separari adinuicem, nõ tamen omnia. 98.
Prius non potest abstrahi à suo posteriori. 101. in Add.
Processus in iusinitũ in causis essentialiter ordinatis, potest dupliciter intelligi. 107.
Potentia rationalis ab irrationali in quibus differat. 129. in Add.
Prædicamentum accipitur, & pro intentione secunda, & pro re subsstrata. 154.
Prædicamenta distinguuntur, secundum diuersos modos essendi. 156.
Prædicamenta distinguuntur. 158. in Add.
Pars quomodo totum denominare possit.

possit. 188.
Partes rei permanentis, esse simul quomodo intelligatur. 208.
Prius & posterius motus dupliciter considerari possunt. 218.
Prius, & posterius, quod est ordinis demonstratiuum, est triplex. 220.
Primum mobile quomodo mensuretur. 224.
Positio multipliciter capitur. 228. in Add.
Priuatio duplex. 234.
Prius & posterius in mutatione esse, dupliciter potest intelligi. 240.

Q

QVot conditiones requirũtur, ad subiectum adequatum. 7.
Quid Arabes & Latini sentiãt de vniuersali. 28. in Add.
Quantitas est ratio formalis extensionis, & diuisibilitatis. 31. in Add.
Quid nomine substãtiæ intelligatur. 61.
Quodlibet corpus, habet duas superficies. 179.
Quid de eccentricis, & epiciclis, tenẽdum. 198. in Add.
Quomodo si essent plures mundi, essent plura tempora. 210.
Quid intelligat philosophus per subiectum, quod in mutatione requiritur. 233.
Quantitas duplex, molis, & virtutis. 51. in Add.
Qnid generis nomine Ari. intelligat. 62.
Quantitas non abstraitur a materia intelligibili. 101. in Add.
Quomodo quinque concurrunt ad productionem animalis. 112. in Add.
Quęcunq; secundis causis subdũtur fato quoque subiciuntur. 123. in Add.
Qui fingit formas moueri, non est amplius cum eo loquendum. 142. in Add.
Quod potest non esse motu non existente, non est idem: quod motus. 146.
Quomodo in quantitate continua non sit infinitum in potentia. 161.
Quare in appositione numeri potest fieri redditio in infinitum. 162.
Quęlibet species magnitudinis est finita, & mensurata. 165.

R

REs naturales: quomodo in vniuersali, sunt incorruptibiles per se: in indiuiduis autem corrumpuntur per accidens. 4.
Rationes vniuersalis; intelliguntur deffinitiones, non solum per intellectum formate: sed quidditates existentes in singularibus. 5.
Ridicula est opinio: ponentium actũ esse primum cognitum. 28. in Addi.
Rei naturalis inquantum continua est: non datur minimum. 46.
Rei cuiuslibet naturalis datur minimum, & maximum. ibidem.
Rarefactio, & condensatio duplex. 205. in Addi.
Res successiua, a permanente: differt in duobus. 207.
Ratio vnitatis temporis sumitur ab vnitate primi motus. 232. in Addi.
Recipiens aliquid in essentia sua: debet esse denudatum, a natura recepti. 78.
Relationes fundantur: super agere & pati. 149.
Res successiue alio modo sũt in actu quam res permanentes. 159.

S

SCientiam de aliquo dupliciter habere possumus. 2.
Secũdario de aliquo quomodo scientia haberi possit. ibidem.
Scientia de rebus naturalibus, quo ad rationes vniuersales haberi potest. 3.
Sciẽtia de rebus naturalibus quomodo in particulari consideratis habeatur. ibidem.
Scientia deffinitiua: est naturalium rerum per notationes communes, quæ sunt æternæ. 5. in Addi.
Substãtia naturalis inquantum naturalis: est subiectum in philosophia de mente Scoti. 7.
Scire impossibile est: antequam ad indiuidua deueniatur. 5. in Addi.
Subiectum adequatum; quot conditiones habere debet. 7.
Substãtia significat modum essendi: quod quid est per se existere. 8.

Subiectum in qualibet scientia duplex. 9.
Subiectum formale, habet quod sit talis naturæ: puta hominis aut æqui: & quod sit scibile. ibidem.
Subiectum in scientia: debet habere tres conditiones. ibidem.
Subiectum primum scientiæ: non potest esse passio probata de alio, in illa scientia. 10.
Subiectum (in scientia) formale illud est: cuius principia & passiones considerantur, quis sensus. 13.
Substãtię nihil est contrarium quomodo intelligatur. 58.
Scientiæ medie: formaliter sunt Mathematice, materialiter sunt naturales. 99.
Sicut propositum in proposito: ita oppositum in opposito: quomodo intelligatur, 106.
Species, neque mouet, neque mouetur. 142. in Addi.
Sicut se habet vnitas ad numerum: ita pũctus ad magnitudiné. 176. in Add.
Superficies, dupliciter consideratur. 179.
Situs dupliciter accipi potest. ibidem.
Superficies corporis continentis dupliciter consideratur. 182.
Sursum & deorsum: alia ratione sunt deffinitione loci: & alia positionis. 184.
Sursum & deorsum duplex. ibidem.
Superficies quomodo sit in actu. 188.
Species mutationis quæ sit. 233.
Substantiæ generatio: quomodo sit ex non ente simpliciter. 235.

T

TItuli quæstionis tertiæ, sensus. 17.
Totum vniuersale: cognoscitur dupliciter distincte, & confuse. 19.
Totum est triplex: essentiale, integrale, & vniuersale. 3.
Totum tam quãtitatiuum quã essentiale, ab vnaquaque suarum partium realiter distinguitur. 33.
Totum essentiale, est aliud realiter ab omnibus suis partibus simul sumptis, 35.
Totum cathegorematice, & si cathegorematice sumitur. 37.
Totum, & perfectũ sunt idem. 166. in Addi.
Tempus est ens reale extra animam existens. 207.
Tempus materialiter non est vbi: secus autem formaliter. 211.
Tempus est quoddam totum homogeneum. 209.
Tempus non determinari: neq; secũdum quantitatem; neq; secundum qualitatem: quis sensus. 212.
Tempus est aliquid motus. 215.
Tempus non est numerus, quo numeramus. sed numeratus: 217.
Temporis vnitates, quæ sint. ibidem.
Tempus mensurat motum essentialiter: motus autem tempus per accidens. 219.
Tẽpus prius & posterius: a priori & posteriori motus localis: suũ prius & posterius accipit. 220.
Tempus, per se & formaliter; est quãtitas discreta: per accidens autem continua. 221.
Tempus non potest reperiri extra Cęlum. 222. in Addi.
Tempus, nedum est mensura motus: sed quietis. ibidem.
Tempus est mensura motus, est propositio analoga. 225. in Addi.
Tempus diuersimode ad mobile, & motus alios comparatur. 230.
Tempus duplex, 232. in Addi.

V

VNiuersale absolutum a conditionibus indiuiduãtibus est per se incorruptibile. 5.
Vniuersale coniunctum principijs indiuiduantibus; per accidens est corruptibile. ibidem.
Vniuersalia naturalia quamuis non abstrahant a materia sensibili abstrahunt tamẽ a materia signata & indiuiduali. ibidem.
Vniuersale dupliciter accipitur. 17.
Vniuersalia dupliciter cognosci possunt. 18.
Vniuersalia posterius cognoscuntur quam singularia. 23.
Vniuersale tripliciter accipit. 25. in Addi.
Vnum numero: dupliciter dicitur. 84.
Vnum numero accipitur multipliciter. 86. in Addi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

Vnumquodque componitur ex illis, ex quibus est sua substãtia 176. in Addi.
Vltima sphæra non est in loco secundum se totam. 189.
Vltima sphæra est in loco per partes siue ratione partium. 190.
Vltima sphæra est in loco in potentia. ibidem.
Vno primo existente mouente: oportet existere tantum vnum primum mobile. 214. in Addi.
Vnum nunc, est in toto tempore secundum substantiam: diuersum vero secundum esse. 214.
Vnitas est quid positiuum secundum se. 229. in Addi.
Vnum tempus solum quomodo intelligatur. ibidem.

Z

ZOpiri sententia de socrate philosopho. 266.

FINIS.

ARGVMENTA IN OCTO LIB. PHYSICORVM.

In primum Physicorum.

Arguit antiquos, rerum primordia quærit
Materiam, formam, debile principium.

In secundum Physicorum.

Naturam, causas, sortem, fatalia, casum
Explicat, & iustis limitibus cohibet.

In tertium Physicorum.

Quid motus docet & quid sine carere libellus
Ostendit clarè, disputat atque probat.

In quartum Physicorum.

Quid locus & tempus miro nunc ordine pandit
Quod dixere chaos, tum vacuum prohibet.

In quintum Physicorum.

Corrumpit, generat, minuit, mouet, alterat, auget,
Iste liber motus continet hinc varios.

In sextum Physicorum.

Diuidit in partes motum hunc, atomisque negatur
Continuum fieri, soluere iure vetat.

In septimum Physicorum.

Ostendit motum primum, motore probato,
Et monstrat primum mobile iure dari.

In octauum Physicorum.

Nititur æternum, præmissum ostendere motum
Et probat immotum cuncta mouere Deum.

CATALOGVS EORVM QVORVM AVTHORITAS SPARSIM ALLEGATVR IN HOC VOLVMINE.

Diuus Dionysius Areopogita.
Diuus Ioannes Chrysostomus.
Diuus Bernardus.
Diuus Basilius.
Diuus Gregorius.
Diuus Ambrosius.
Diuus Augustinus.
Diuus Gregorius Nyssenus.
Diuus Ioannes Damascenus.
Origenes.
Boetius Seuerinus.
Lactantius Firmianus.
Tertulianus.
Vgo de Sancto Victore.
Mercurius trimegistus.
Plato.
Socrates.
Porphyrius.
Iamblicus.
Proclus.
Plotinus.
Seneca.
Macrobius.
Hipparcus.
Empedocles.
Zopirus Physionomus.
Aristoteles.
D. Thomas Aquinas.
Auerroes.
Auicenna.
Galenus.
Alexander.
Olympiodorus.
Themistius.
Petrus Lombardus.
Simplicius.
Ioannes Philoponus.
Albertus Magnus.
Altisiodorensis.
Durandus de Sancto Portiano.
Ioannes Capreolus.
Ioannes de Neapoli.
Scotus.
Egidius Columna Romanus.
Henricus de Gandauo.
Ioannes Iannunus.
Burleus.
Gerardus de Carmelo.
Archangelus Mercenarius.
Bernardinus Thomitanus.
Ianua.
Thomas Caietanus.
Franciscus Mirandulanus.
Caietanus Thienensis.
Suessanus.
Chrysostomus Canapicius.
Franciscus Ferrariensis.
Syluester de Prierio.
Vincentius Quintianus.
Thomas Elisius Neapolitanus.
Mathias Aquarius.

FINIS.

EPYGRAMMA.

Quæ Physicen supra scribit Ferraria, Syxto,
Est mandare typis, Angele, cura tibi;
Et quæ Mathias super addit Aquarius, vnde,
Angelici Thomæ dogmata sancta patent,
Pergite & huic Diuo, vos firmo fœdere iuncti
Hanc veram sophiam fundite in omne solum
Vos eritis turres, vos propugnacula; Sancti
Doctrinam oppugnans postmodò nullus erit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIONES IN LIB. PHYSICORVM REVER. P. F. FRAN. SYLVESTRI FERRAR. TOTIVS ORDINIS PRAEDICAT. GENERALIS MAGISTRI, THEOL. AC PHIL. PRAESTANTISSIMI: CVM QVIBVSDAM ALIIS QVAEST. ET ADDIT. R.P.M.F. Mathiæ Aquarij publici Theologi, & Metaphy. ordinarij in studio Neapolitano.

Quæst. 1.

CIRCA primũ librũ Physic. dubitatur primo. Vtrũ de rebus naturalibus, possit hẽri scĩa: & uidetur q̃ nõ. Primò, de ente per accidens non potest haberi scientia: Sed entia naturalia sunt entia per accidens: Ergo de ipsis non potest haberi scientia. Consequẽtia nota cum Maiori ex. 1. Posteriorum. Minor uerò probatur. Ex rebus diuersorum generum aggregatum est ens per accidens, quia ex talibus nõ põt fieri unũ per se: Sed entia naturalia sunt aggregata ex rebus diuersorũ generũ s. ex substãtia et accidentibus sensibilibus: cum in sua rõne includant materiã sensibilẽ. ergo, &c.

Secundo. De corruptibilibus non potest esse scientia, quia de necessarijs solũ est scientia, ut dicitur. 1. Posterio. Sed entia naturalia sunt corruptibilia, cum claudant materiam, quæ est principiũ corruptionis: ergo, &c.

Tex. cõmẽ. 35.

Tertio. Scientia est de abstractis a materia: quia unumquodque est intelligibile actu per abstractionem a materia, ut inquit San. Thom. in proœmio: sed entia naturalia nõ sunt abstracta a materia, cum secundũ esse sint in materia, & in sua definitione materiam includant. ergo, &c.

Quarto. Supponitur q̃ de naturalibus non habeatur scĩa, nisi cognoscantur sm̃ q̃ habent esse. Tunc sic. Infinitũ inquãtum infinitum est ignotũ, ut dicitur. 1. Physi. tex. 35. & 2. Meta. tex. 11. Sed naturalia secũdũ esse suum habent infinitas differentias: ergo de ipsis non potest haberi scientia.

In oppositũ est quia Philosophus de rebus naturalibus scientiam tradit.

Circa istã difficultatem sensit Cratillus & Eraclitus, ut narrat Arist. 1. & 4. Meta. q̃ de rebus naturalibus scientia haberi nõ possit, eo q̃ naturalia semper sint in motu, & numquã sint in eodem statu: propter quod & Pythagoras de naturis rerũ dixit nõ haberi scientiam certam, sed opinionem propter earum mutabilitatẽ. Cuius rei signum esse dicebat: q̃ plurimi in naturis diuersa opinati sunt: Metaphysici aũt omnes communicãt. Socrates quoque rerum variabilitatẽ considerans, ut in 1. Meta. dicitur, ad moralem philosophiam se transtulit. Plato aũt coactus est ponere ideas necessarias, & immobiles, de quibus darentur defõnes, & de quibus esset scĩa. Sed non obstante ista rerum uariabi-

Quid antiquiores de q. senserint. Tex. cõm. 8

1. Met. text. cõm. 5 & 4. tex. cõm. 21. & 22.

Vide quomodo naturalia definibilia sunt, & in eorum definitione apparet natura: sicut in definitione uoluntariorũ, apparet uoluntas, & in definitione diuinorũ apparet Deus. Auer. 6. Meta. com men. 2.

riabilitate, posuerunt Peripatetici, ꝙ de rebus naturalibus habeatur scĩa.

Ad cuius euidentiam sciendum primo, ꝙ per res naturales intelliguntur res habẽtes esse in materia, & in sua definitione includentes materiã sensibilem. i. materiam dispositam qualitatibus sensibilibus: ut est caro: os, nervus, & huiusmodi. Nam substantia remotis accidentibus dicitur materia intelligibilis, & similiter quantitas imaginabilis. Sciendum secundo, ꝙ res naturalis potest dupliciter cõsiderari. Vno modo in particulari, ut. s. est principijs indiuiduantibus determinata: alio modo in uniuersali. s. quantũ ad rationem uniuersalem, non considerando principia, quibus natura fit indiuidua, & hæc. Sicut homo potest considerari inquantum Sor. aut Pla. potest etiam considerari, inquantum animal rationale: non considerando inquantum est Sor. aut Plato. Differentia est inter istas duas cõsiderationes: quia res in particulari cõsideratæ sũt mobiles, & aliquæ earum corruptibiles: quia habent materiam signatam ad quam consequitur motus, & in alĩ quibus corruptio, considerate autem in uniuersali abstrahunt a motu, quia a materia indiuiduali abstrahunt, quæ est ratio ꝙ aliquid mobile sit. Sciendum tertio, ꝙ licèt res naturales etiã in uniuersali considerate includãt materiam & aliquæ includant motum. (Sicut ab aliquibus definitur: cœlum est corpus rotundum, quod circulariter mouetur.) ipsa tamen rõ & natura uniuersalis est immobilis, sicut & ratio entis mobilis, est immobilis: licet mobile cui conuenit talis ratio moueatur. Vnde dato, ꝙ natura uniuersalis includeret motum, uel sicut differentiam extrinsecam, uel sicut passionẽ, dicitur tamen abstrahere a motu, quia ipsa, vt sic non est mobilis, cũ consideretur sine materia signata & indiuiduali: ad quam consequitur motus, & per quam aliquid habet ꝙ moueatur: sicut etiam risibilitas consequitur naturam hominis: non tamen conuenit ridere humanitati a singularibus separatæ, sed secundum quòd est in ipsis singularibus, consequitur. n. secundũ actũ signatũ naturã uniuersalem, secundum autem actum exercitum, nõ conuenit naturæ nisi in particularibus existẽti. Sciẽdũ quarto, ꝙ de aliquo potest haberi scientia dupliciter. Vno modo primo & principaliter: alio modo secundario, & quasi per reflexionem. Voco de aliquo haberi sciẽtiam primo & principaliter, quando illud est primum, & adequatũ subiectum passionis scite de eo: sicut si de homine habeatur scientia, ꝙ sit risibilis, tunc habetur de homine sciẽtia primo & principaliter: quia illa passio primo conuenit homini. Dico autem de aliquo haberi scientiam secundario, quando de eo scitur passio inadequata sibi, sed alicui superiori adequata, quæ quia scitur conuenire superiori, concluditur etiam conuenire inferiori: sicut si aliquis sciret Sor. esse risibilem, ex eo ꝙ scit hominem risibilẽ esse, diceretur secũdario hẽre scĩam de Sor. ꝙ esset risibilis: nam risibilitas non conuenit primo Sor. sed homini. Potest etiã dici primo, & directe scitum illud, in quod intellectus immediate per seipsum fertur: secundario autẽ & indirecte scitum, quod nõ immediate ab intellectu cognoscitur, & directe, sed per quandã reflexionẽ & adminiculo virium sensitiuarum.

Materia alia sensibilis, alia intelligibilis. 7. Metaph. tex. cõmen. 34. 35. & 39. 5. Meta. cõmẽ. 38. 12. Metaph. cõm. 15

Vide Cai. 3 this pri. post. c. 9. Vide etiam Versorium. 1. phys. q. 9.

Ad

Vide 1. contra gẽtes. c. 11. & lib. 2. c. 96. & lib. 4. c. 45.

Ad quæstionem itaque respondetur duabus conclusionibus. Prima est de rebus naturalibus quantum ad rationes uniuersales potest haberi scientia. Sed aduertendum, ꝙ per rationes uniuersales non intelligo solum definitiones per intellectum formatas, sed intelligo quidditates existentes in singularibus: quæ licet in singularibus non sint uniuersales, tamen absolute per intellectum considerantem eas sine cõditionibus indiuiduantibus sunt uniuersales. De talibus inquam sic consideratis. s. quantum ad earum principia essentialia potest haberi scientia. Probatur ista conclusio. Primo ex scientię definitione in 1. Poste. posita.

Tex. cõm. 5. *De quocũque aliquid cognosci potest per causam, & ꝙ illud impossibile est aliter se habere, de eo scientia haberi potest. sed de naturalibus haberi talis cognitio potest: ergo, &c. Probatur minor. primo quo ad primam partem. Ad omnem formam naturalem consequitur aliqua passio, & proprietas: ergo per illam formam tamquam per causam, potest de re naturali illa passio cognosci. Quo ad secundam uero partem sic. Quando subiectum aliquod non potest sine prædicato esse, ne que in re, neque in intellectu per secũ dam operationem, intellectus propositio est necessaria: semper enim illius oppositum est falsum: sed in naturalibus est sic, quia subiectum sine sua passione esse nõ potest, sicut homo sine risibilitate: ergo, &c. Secundo. Si de rebus naturalibus nõ posset haberi scĩa; hoc pro tanto esset, quia sunt variabiles: sed in uniuersali consideratæ nõ sunt uariabiles: ergo de ipsis in uniuersali consideratis põt haberi scĩa. Probatur minor. Id qđ abstrahit a motu, et ab his ad quæ consequitur motus, nõ est variabile: sed tales naturę uniuersales abstrahũt a motu, & a principijs indiuiduãtibus ad quæ consequitur motus: quia uniuersalia includunt tantum principia essentialia: ergo &c.*

Vide Cai. in prędicabi. c. de accid.

Secunda conclusio. De rebus naturalibus in particulari consideratis potest haberi scientia secũdario. Probatur: Cognoscens passionem de superiori per demonstrationem, potest eandem passionem demonstrare de inferiori, inquantum participat superius: sicut sciens triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, potest demonstrare de Isoscele, ꝙ habet tres angulos, &c. quia est triangulus: sed de rebus naturalibus in uniuersali cõsideratis, potest demõstrari aliqua passio: ergo eadem potest demonstrari de re naturali particulari ex eo, ꝙ recipit prædicationem uniuersalis.

De rebus naturalibus in particulari cõsideratis põt haberi scientia secundario.

Pro declaratione istarũ conclusionum aduertendum est, ꝙ natura uniuersali intellectus utitur, & ut re cognita, & ut medio cognoscendi, ut re quidem cognita, inquantum de ipsa aliquam passionem cognoscit: ut medio uero cognoscendi, quando per ipsam aliquid de inferiori cõcludit: sicut intellectus cognoscit de homine, ꝙ est risibilis: deinde concludit sortem esse risibilem, quia est homo, & sic homo se habet, & ut res cognita, & vt medium cognoscẽdi. Propter hoc per notitiam rationum uniuersalium, quæ sunt immobiles, habetur secũdario notitia rerum particularium mobilium, quarum sunt rationes.

Doctrina Auer. 2. phys. cõm. 2.

Sed occurrit dubium: nam naturæ sensibiles, secundum ꝙ sunt particulares, sunt corruptibiles: corruptibilibus aũt nihil conuenit necessario, sed ali-

quando sic, aliquando uero non, ut uidetur uelle Phil. 1. Poste. tex. 21. ergo nullo modo de particularibus põt haberi scientia. Dicitur ẽt ibidem. 1. Poste. ut diximus, q̃ pticularibus si secundum suas rationes considerentur p abstractionem abesse (possunt. n. sic cõsiderari cum eße nullius rei creatæ sit essentia) potest aliquid conuenire sem per & necessario: quia aliqua sunt de essentia sua, sine quibus intelligi non potest: si autem considerentur, ut sub esse actualis existentiæ sunt: sic nihil illis necessario conuenit secundum scilicet actualem existentiam.

Quomodo si uerum, q̃ natura cẽ bilis in particulari sit corruptibilis. & tamen de ipsa possit hẽri scia. Tex. 21.

Contra Scotistas.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum negatur minor Ad probationẽ dicitur, quòd natura vniuersalis non dicit aggregatũ ex rebus diuersorũ prædicamẽtorũ intrinsece, & essentialiter; sed accidentia dicit solum extrinsece, tanquam determinatiua materię. Et si. n. homo includat in sua ratione carnem & os, & ista includit ãaccidentia: ista tamen accidẽtia non integrant essentiam hominis: sed solum determinant materiam, quæ est principium hominis essentiale. Ad hoc autem q̃ aliquid sit ens per accidens, requiritur quòd includat plura, tanquam intrinseca suæ naturæ, & q̃ illa significet in recto sicut hoc totum, albus musicus ex quo significat albedinẽ & musicam: non autem sufficit, q̃ includat plura diuersorũ generũ quorum unum includat extrinsece, tanquam determinatiuũ alicuius suæ partis essentialis, et dicat illud in obliquo: aliud autem includat tãquam existens de essentia sua, & dicat illud in recto.

Quid requiratur adhoc q̃ aliquid sit ens per accidens.

Ad secundum negatur minor. Dicitur n. q̃ res naturales in uniuersali cõsiderate quomodo de ipsis est scia sunt necessariæ, incorruptibiles: licet in diuiduis corrumpantur per accidens. Sed contra istam respõsionem quæ est S. Tho. instãt aliqui inquãtum dicitur, q̃ naturæ vniuersales rerum naturalium per se sunt necessariæ & incorruptibiles: licet per accidens corrũpantur ad corruptionem indiuiduorum. Primo, quia cuicumque ineſt unũ oppositorum per se, eidem non ineſt alterum per accidens: ergo si uniuersalia sunt per se incorruptibilia, non põt esse per accidens corruptibilia. Añs patet, quia si homo est per se rationalis aut risibilis non potest per accidẽs esse irrationalis, aut non risibilis. Secundo, quia Philo. x. Meta. text. cõmen. ulti. demonstrat nihil esse corruptibile per accidens, immo, q̃ corruptibile per se ineſt cuicunque ineſt.

Quomodo ſtec q̃ res naturales in vniuersali. sint incorruptibiles per se. in diuiduis aũt corrũpãtur per accidens.

Ad primum istorum respõdetur dupliciter. Dicitur primo q̃ aliquid cõuenire alicui per se potest dupliciter intelligi. Vno modo in primo, aut secundo modo perfeitatis: quia. s. est de definitione eius, aut est eius propria passio: & tunc añs habet ueritatem, & exemplificatũ est de rationali & risibili: sed uniuersale nõ dicitur hoc modo per se incorruptibile. Alio modo in tertio modo perfeitatis, ut idẽ sit aliquid conuenire alicui per se q̃ conuenire sibi absolute, & solitarie considerato: & in hoc sensu negatur añs; albedo. n. secundum se est forma indiuisibilis: tamen per accidens diuiditur ad diuisionem quantitatis: hoc autem modo uniuersale est per se incorruptibile. Potest secũdo responderi, q̃ si añs habeat ueritatem, intelligẽdum est. sic. Cuicumq; conuenit unum oppositorum per se, eidem non ineſt alterum per accidens. s. secundum illam consideratio-

Aliquid cõuenit alicui per se dupliciter.

Incorruptibilitas quomodo uniuersali p se conueniat.

derationem, qua unum conuenit sibi per se: sed secundum aliam considerationem non inconuenit alterum conuenire sibi per accidens. mõ dico, q̃ uniuersale ut absolutũ a conditionibus in diuiduantibus est per se incorruptibile, & numquam, secundum istam considerationem est corruptibile, cum ut sic abstrahat ab esse: cum hoc tamẽ stat q̃ inquantum coniunctum principijs indiuiduantibus sit corruptibile p accidens, unde argumentũ non sequitur. Ad secundum dicitur q̃ per accidens potest accipi dupliciter. Vno modo ut opponitur ei, quod est per se: & hoc modo intelligit Phil. q̃ corruptibile nulli conuenit per accidens: & sic uniuersalia non sunt corruptibilia per accidens. Alio modo ut opponitur ei, quod est primo, ut idem sit quod per aliud, & sic corruptibile potest alicui conuenire per accidens; & sic uniuersalia sunt corruptibilia per accidens. i. p aliud, corrumpũtur. n. ad corruptionẽ indiuiduorum. Sicut. n. eẽ sensibile conuenit hoi per aliud. i. per rationẽ animalis, & tamen conuenit homini essentialiter: ita licet corruptibile conueniat naturæ existenti in indiuiduis essentialiter, quia corruptibile est prædicatum essentiale: conuenit tamen illi per aliud. i. ratione indiuidui. Potest secundo responderi, q̃ illa propositio Phil. habet ueritatem in re singulari, non autem in natura uniuersali. Tertio responderi potest, q̃ corruptibile & incorruptibile potest dupliciter considerari. Vno modo, ut unumquodque eorum positiue sumatur, ut. s. aliquid dicatur corruptibile ex aliquo principio intrinseco, & similiter incorruptibile, qđ habeat formã aliquã intrinsecã incorruptionis: et sic cuicunq; cõueniũt, per se cõueniũt. Alio modo, ut aliquid dicatur incorruptibile negatiue, quia. s. nõ hẽt in se principiũ corruptionis, & sic nõ incõuenit corruptibile p accidens conuenire rei incorruptibili. s. negatiue.

Si unum oppositorũ per se ineſt alicui alterum eidẽ p accidens ineſſe non pt, quis sensus.

Nihil est corruptibile p accidens, ut ly per accidens opponitur ei, quod est p se, sed non, ut opponitur ei, quod in primo.

Vide Cai. p. p. q. 50. art. 5. Vide etiã auctoré p. contra gentes c. 20.

Vniuersale qũo corruptibile & qũo incorruptibile.

Ad tertium principale negatur minor, & ad probationem dicitur, quòd vniuersalia naturalia, & si non abstrahant a materia sensibili vniuersali, abstrahunt tamen a materia signata & indiuiduali: & sic sunt intelligibilia: nõ. n. oportet omne intelligibile esse totaliter abstractum a materia.

Ad quartum dicitur, quòd licet naturalia in particulari habeãt infinitas differentias: tamen in uniuersali, secundũ quòd de ipsis habetur scientia, sunt determinata. Item falsum est de naturalibus haberi scientiam, secundũ q̃ habẽt esse actualis existentiæ. Est etiã falsum, q̃ vnũquodq; particulare hẽat infinitas differentias, quibus in suo esse indiuiduali constituatur: licet uerum sit q̃ differentiæ particularium in generali de omnibus loquendo in infinitum uarientur.

ADDI.

Alex. Aphrodisiensis lib. 1. quæst. naturaliũ. c. 3. hoc idem tenet, quod auctor in hac lia q.u. delicet quòd scientia definitiua est naturalium rerum per notiones cõmunes; quæ sunt æternæ, etiam quo ad existentiã, quia nihil ueri ut mortaliquid existens est æternum iccirco de naturalibus asserit haberi scientiam, quo ad existentiam communem.

Auer. 2. Metaph. tex. com. 11. hoc ideexpresit dicens, q̃ scire impossibile est antequam ad individua perueniatur, quod auctor in 2. conclusione docuit asserens

de

de rebus naturalibus in particulari consideratis, habetur scientia secundario.

Augusti. Suess. 7. Metaph. disp. sua 14, affirmat singularia corruptibilia intellectum nostrum intelligere, per similitudines existentes in sensibus: quòd si ueritatem in aliquo assecutus sit oportet ipsum amplecti, quod in 2. conclusione asserit auctor: unde totum quæsitum dilucidatur duabus his conclusionibus, quarum prima est, de rebus naturalibus habetur scientia quantum ad rationes uniuersales siue secundum notiones communes, & quo ad essentiam.

Secunda est de rebus naturalibus in particulari cõsideratis potest hẽri scia secundario.

Tertia quoq; additur ad maioré dilucidationem: scia naturalis declaratur per duas per scrutationes, quarum una est de natura, quid sit. 2. perscrutatio est de natura cuiuslibet entis quid sit: de qua uide Auer. 2. Metaph. com. ulti. ex quo etiam elici potest clarissime, ens mobile esse subiectum adequatum Phil. naturalis, ut habetur 4. Metaph. comm. 1. de quo Auctor latius in seq. quæst. disputabit.

Scientia est tantum de uniuersalibus, quia de indiuiduis, & singularibus, non est scientia obiectiue, uide apud D. Tho. 2. sent. dist. 24. q. 2. ar. 4.

Si uis uidere totam doctrinam huius primę quæst. lege D. Tho. 1. p. q. 84. ar. 1. ubi latius habebis opinionem Heraclíti, Platonis, & Aristotelis.

Quæstio. 2. Vtrum ens mobile sit subiectum Phil. naturalis.

Manifestum quidem, ꝙ & quæ sunt circa principia scientię, quæ de natura est. Tex. I.

VARITVR secundo, utrũ ens mobile sit subiectum Phil. naturalis: & uidetur ꝙ non. Primo illud est primum subiectũ alicuius scientiæ sub quo continentur omnia considerata in scientia: sed non omnia considerata in scientia naturali continentur sub ente mobili: consideratur. n. in ea de primo motore, qui est omnino immobilis, ut dicitur. 12. Meta. text. cõmen. 35. consideratur de tota terra, quæ est immobilis, ut dicitur. 2. cæli: consideratur de anima intellectiua, q̃ ẽt est immobilis: ergo ens mobile nõ est subiectum naturalis Philosophiæ.

Secundo corpus mobile est subiectum Philo. naturalis: ergo non ens mobile. Añs probatur dupliciter. Primo illud est subiectum scientiæ, cuius principia & passiones considerantur in scientia: sed in Philosophia naturali considerantur principia, & proprietates corporis mobilis: ergo, &c. minor probatur. Nam Philosophus in 1. Physic. tex. 30. & seq. ostendit principia rerum naturalium esse materiam, formam, & priuationẽ, ista autẽ sunt principia corporis mobilis: ergo, &c. Confirmatur, quia Philo. 1. cæli. tex. comm. 1. dicit, ꝙ scientia de natura fere plurima uidetur circa corporũ magnitudines, et horũ existentes passiones & motus. Secundo illud est subiectum Philosophiæ naturalis, cũ quo conuertitur prima passio considerata in scientia naturali: sed motus, qui est prima passio considerata in scientia naturali conuertitur cum corpore, probatur enim. 6. Physi tex. com. 32. Omne mobile esse corpus, & omne corpus moueri: ergo corpus est subiectum Philosophiæ naturalis. Tex. 30. & sequen.

Tertio principaliter passio subiecti Philosophiæ naturalis non est formalis ratio subiecti: sed mobilitas est passio subiecti Phil. naturalis: ergo non est, formalis ratio subiecti: ergo ens mobile non est subiectum.

Quarto substãtia mobilis est subiectum: ergo non ens mobile: añs est Philosophi 6. Meta. tex. comm. 1. dicentis de Physica, ꝙ circa talem substantiã est, in qua est principiũ motus.

Circa principium.

Quinto, quia cõm. in proœmio libri Physi. dicit, ꝙ subiectũ istius artis, nõ sunt nisi res sensibiles.

Arg. Egidij.

Sexto sequeretur, ꝙ Philosophia naturalis subalternaretur Metaphysicę: sed hoc est falsum, cum sint scię tiæ genere diuersę: ergo, &c. probatur consequentia. Quando subiectum uniusscientię addit ad subiectum alterius differentiam accidentalem, subalternatur ei, sed ens mobile addit differentiam accidentalem supra ens: nã mobilitas accidit ei, cum non sit de ratione eius: ergo si ens mobile est subiectum Philosophiæ naturalis, ipsa subalternabitur Metaphysicæ, cuius subiectum est ens.

Ad euidentiam ipsius quæstionis. Primo recitabuntur opiniones de naturalis Philosophiæ subiecto. Secundo declarabitur quid per ens mobile intelligamus. Tertio ponentur conclusiones. Quantum ad primum tres sunt opiniones inter alias de subiecto philosophiæ naturalis. Prima est opinio Alberti dicentis, ꝙ corpus mobile est subiectum. Pro quo notat in 1. Physico. ꝙ aliud est loqui de corpore absolute inquantum corpus est: & aliud loqui de corpore inquantum mathematicum est: aut naturale. Cum. n. corpus, secundũ tres dimensiones habeat tres diametros, quarum una mẽsurat longitudinem, altera latitudinem, & tertia profunditatem, corpus habet ꝙ sit corpus simpliciter ex eo, ꝙ ubique aptum est, ut duo diametri ad rectos angulos se secẽt, & tertia consimiliter duas: Corpus uero habet, ꝙ sit mathematicũ ab actuali trina dimẽsione triũ diametrorũ se se in uno puncto secantium secundum longũ, latum, & profundum. A forma autem perficiente materiam sensibilẽ in aptitudine trinę dimensionis existentẽ, habet corpus ꝙ, sit naturale. Non ergo corpus simpliciter inquantum corpus, neque corpus mathematicum, sed corpus naturale, siue corpus sensibile, siue corpus mobile, q̃d idem est, est subiectum philosophiæ naturalis.

Opinio Alb. de subiecto philosophię naturalis.

Sm Albertũ dar triplex corpus physicum, mathematicum, & metaph. uide 1. physic. cap. 6.

Alia est opinio Scotistarũ, & maxime Antonij Andreę dicentis, ꝙ substãtia naturalis inquantum naturalis est subiectum primũ Philosophiæ naturalis. Pro quo notat primo, ꝙ in subiecto primo cuiuslibet scientiæ est duo considerare. s. aliquid formale, & aliquid substratum & materiale. unde ergo in scięntia metaphysicali. Ens inquantum ens est subiectum: ly ens est materiale: & ly inquantum ens, dicit rationem formalem. Notat secundo, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid sit primum subiectum scientiæ primitate adequationis, sex conditiones requiruntur. primo, ꝙ habeat quidditatem & entitatem: quia non ens nõ põt sciri. secundo, quòd non includatur in quidditate priori considerate in tali scientia: quia tunc illa prior quidditas esset primum subiectum. tertio ꝙ sit primo notum: quia de subiecto oportet præcognoscere quid est, & quia est. quarto, ꝙ sit notum secundum propriam & absolutam quidditatem: quia si secundum quidditatem alterius, iam includeretur in alterius quidditate uirtualiter, &

Opinio Scotistarum. Vide Antonũ Andr. 4. meta. q. 1.

Quot cõditiones requirũtur ad subiectũ adæquatum.

Universitätsbibliothek

& si secundum rem spectiuam, tunc haberet quidditatem priorem. s. absolutam: quia ratio respectiua præsupponit rationem absolutam. Quinto, quòd contineat virtualiter notitiam omnium veritatum cõsideratarum in illa scia. Sexto, ꝙ sit adequatum toti scientiæ, s. ꝙ omnia considerata in tali scientia reducantur ad ipsum: & omne, quòd habet attributionem, & ordinem ad ipsum considerctur in tali scientia. Dicit ergo, ꝙ materiale in subiecto philosophiæ naturalis est substantia: forma le uero naturalitas, quæ nihil aliud est, quã quidditas siue formalitas substãtiæ, quæ appropriat ipsam substãtiam, ut sit subiectum motus, & aliarum passionum sibi proprie, & naturaliter & conuertibiliter inherentiũ: sicut si diceremus rationalitatem esse quidditatem animalis appropriãtem ipsum, vt sit subiectum risibilitatis. Subiectũ ergo primum philosophiæ naturalis est substãtia naturalis inquantũ naturalis. Falsitas istarum opinionum patebit ex probatione alterius opinionis, & ex solutione argumentorum.

Tertia opinio, quam ad mentem. S. Tho. sustinebo, est ꝙ ens mobile, est subiectum philosophiæ naturalis.

Quantum ad secundum. Sciendum primo, ꝙ ens differt ab uniuersalibus, quæ sunt genera: quia genus cõtrahitur ad sua inferiora per differẽtias essentiales, de quarum intellectu nõ est genus, ut dicitur. 3. Meta. tex. cõm. 10. vt animal contrahitur ad hominẽ per rationale, de cuius definitione non est animal. Ens autem non potest contrahi per differentias essentiales de quarum definitione non sit: cum nihil sit in rerum natura, de quo ens non prædicetur essentialiter: sed contrahitur per modos essendi. Quodlibet enim nomen aliud ab entis nomine, exprimit aliquem modum entis, qui nõ exprimitur hoc nomine ens: sicut hoc nomẽ substãtia exprimit istũ modum essendi, qui est per se existere, qui modus non exprimitur hoc nomine ens: ens enim absolute significat quod habet esse: substãtia autẽ significat, quod habet esse per se.

Sciendum secundo, quod propter penuriam uocabulorum euenit quandoque, quòd uno nomine non nominamus aliquod inferius, quod tamẽ unũ est: quia. s. non habemus unum nomẽ significans illud inferius: sed nominamus ipsum nomine superioris, et differentiæ contrahentis, sicut si speciei humanæ, non esset impositum unum nomen. s. homo, aut aliquod aliud nomẽ; ad significandum illam speciem, uteremur istis nominibus: animal rationale, quæ tamen duo nomina significarent unam naturam. Dicitur itaq; ꝙ per ens mobile intelligit, S. Tho. quoddam genus entis contentum sub ente; cuius proprius modus essendi est esse mobile. i. habere in se principiũ motus, siue esse in potentia ad motum, & terminum motus. Et istud genus entis nominamus istis duobus nominibus, ens mobile; quia non habemus unicum nomen significans ipsum. Et per istũ modum essendi, qui est esse mobile, distinguitur ab omnibus aliis: unde mobilitas est differentia essentialis, prout proprius modus essendi, põt dici differentia per quam illud inferius ad ens; quod uocamus ens mobile; distinguitur a subiecto aliarum scientiarum: sicut si diceremus, ꝙ rationale est differentia essentialis, per quã animal rationale

Contra Scotũ in prologo primi sẽtent. q. 3. Vide Cai. p. p. q. 1. ar. 7.

Quid materiale, & quid formale, in subiecto.

Germana opinio D. Th.

Quid nomine entis mobilis intelligatur, quod in philosophia naturali est subiectum.

tionale distinguitur ab aliis speciebus animalis. Sequitur ex his, ꝙ ens mobile non dicit duo. s. aggregatũ ex ente & mobilitate, quæ sit passio subiecti philosophiæ naturalis: nec dicit quoddam addens ad ens, quod est subiectum metaphysicę, differentiam accidentalem; sicut aliqui falso imponunt sancto doctori: sed dicit unum quoddam genus entis; cuius differentia est mobilitas: quod ideo pluribus nominibus significamus: quia non habemus vnicum nomen ad illud significandum. Sed aduertendum, ꝙ ens mobile et ens naturale: licet forte sint idem: quia & ens naturale; est ens habens in se principiũ motus, quæ est naturale; sicut & ens mobile: tamen non est idẽ dicere ens mobile, siue ens naturale, & corpus mobile: ut quidam dicunt esse de mente. S. D. dicentes, ꝙ S. Tho. per ens mobile intellexit corpus mobile. nam ens mobile, siue naturale est superius ad corpus mobile, diuiditur in ens per mobile, & ĩmobile; sub ente mobili aũt cõtinetur non solum corpus mobile, sed & multa alia, quæ mouentur per accidẽs saltem: unde stat subiectũ alicuius scientiæ esse ens mobile, & tamen corpus mobile non esse subiectum eius.

In qualibet scientia duplex est sbm materiale, & formale.

Quantum ad tertium. Sciendũ primo, ꝙ in qualibet scia est duplex subiectum. s. materiale & formale, formale est illud, sub cuius rõne oĩa cõsiderantur in scia. Materiale est id, quod consideratur in tali scientia, inquantum participat rationem subiecti formalis: sicut in logica ens rationis est subiectum formale, quia oĩa considerantur in logica, inquantum entia rationis: materiale vero est syllogismus, & alia quæ considerantur in logica. Sciendum secundo, ꝙ subiectum formale habet, ꝙ sit res talis naturæ, & speciei. s. hominis; aut equi; aut bouis: & habet ꝙ sit subiectum scibile. Inquantum est talis res; talis speciei. s. hominis, aut equi habet unum cõceptum, & vnam rationem. Inquãtum uero subiectum scientiæ. i. inquantum contentum sub hoc communi, quod dico scibile habet aliam rationem: sicut in metaphysica subiectũ formale, qd̃ est ens: inquantum est ens habet istum conceptum id, quod hẽt esse: inquãtũ uero scibile habet istam rationem; scibile per medium omnino abstractum a materia, & a motu.

Subiectũ in scientia hẽt, ꝙ sit res, & hẽt ꝙ sit scibile.

Subiectũ in scientia dẽt habere tres cõditiones.

Sciendum tertio, ꝙ subiectum formale scientiæ tres debet habere cõditiones. Prima, ꝙ contineat sub se omnia considerata in scientia. i. ꝙ de ipsis prædicetur; siue vniuoce, siue analogice, hoc est de uno in ordine ad aliud; siue in recto; siue in obliquo. 2. ꝙ per ipsum scientia distinguatur ab omnibus aliis scientiis. 3. ꝙ eius cognitio principaliter quæratur in scia. Istis notatis ponuntur quatuor condones.

Prima est, Corpus mobile non est formale subiectum philosophiæ naturalis, probatur primo ratione. S. Tho. quæ talis est. Nulla scia probat suum subiectum: Philosopus. 6. physi. text. 32. probat omne mobile esse corpus, & omne corpus moueri: ergo &c. Hanc rationem dupliciter intelligere possumus. Primo, vt velut. S. Tho. arguere, ꝙ philosophus probet corpus mobile esse, & propter hoc non possit esse subiectum; quia nulla scietia probat suum subiectum esse, quod si sic intelligatur, notandum, ꝙ in omni propositione affirmatiua uera; prædicatum est aliquo modo unum cũ subiecto; &

Si propositio affirmatiua est uera prædicatum est idẽ subiecto aliquo mõ, & composito ex his esse non repugnat.

Universidad de Deusto Biblioteca

compositio ex subiecto & prædicato non repugnat esse: vt patet tã in propositionibus de prædicato accidẽtali, quàm in propositionibus de prædicato essentiali: cum. n. dicitur homo est albus; manifestum est, ꝙ homo & albus sunt unum subiecto: similiter cum dicitur homo est rationalis; homo & rationalis sunt unum essentialiter: & compositio ex homine & albo; aut ex homine & rationali nõ repugnat esse. Cum ergo probatur aliquod prædicatum de aliquo subiecto; probatur prædicatum esse unum cum subiecto; & compositum ex subiecto & prædicato esse. i. sibi non repugnare esse: sicut cum probatur, ꝙ homo est albus; aut ꝙ homo est risibilis; probatur album esse unum cum homine, aut risibile; & ꝙ huic toti; homo albus, uel homo risibilis, nõ repugnat esse. Ex quo arguitur ad cõsequentiam subintellectã in minori, probans prædicatũ aliquod de aliquo subiecto, probat prædicatũ esse unum cum subiecto; & compositio ex subiecto & prædicato nõ repugnare esse: ergo si philosophus ꝓbat mobile de corpore & econtrario, probat mobile esse unum cum corpore: et huic toti, corpus mobile, nõ repugnare esse: et sic rõ. S.D. hẽt efficaciã. Sed ui debitur forte alicui; ꝙ suppositum sit falsum Nã ista est uera. Chimæra est non ens; et tamen compositio ex subiecto & prædicato repugnat esse: nam hoc totum, chimæra nõ ens; nullo modo potest existere, sicut nec chimæra.

Cõpositio esse non repugnat eo mõ, quo subiecto & prædicato conuenit.

Respondetur, ꝙ compositio ex subiecto & prædicato; eo modo conuenit esse, quomodo conuenit subiecto & prædicato: si subiecto & prædicato conuenit habere esse extra intellectum, eodem modo habere esse extra intellectum cõueniet compositio ex subiecto, & prædicato: sicut quia homini conuenit esse extra intellectum, similiter, risibili; ideo solum huic toti, homo risibilis, conuenit esse extra intellectũ: si uerò subiecto & prædicato conueniat esse solum in intellectu; compositio etiam conueniet esse solum in intellectu. Dicitur ergo; ꝙ chimæra & nõ enti cõuenit esse tantum in intellectu; ideo cum dicitur chimæra est nõ ens; dicitur etiam huic compositio, chimæra non ens, non repugnare esse in intellectu. Potest secũdo sic intelligi ratio S. Tho. Nulla scientia probat suũ subiectum de alio subiecto: sed scientia naturalis probat corpus de mobili: ergo corpus non potest esse subiectum in philosophia naturali. Pro cuius intelligentia sciendum est, ut ipse. 1. poste. tex. com. 2. declarat, ꝙ non inconuenit aliquid unum; respectu unius esse subiectum; & respectu alterius passionem: superficies enim respectu substantiæ est accidens; respectu autẽ alhedinis est subiectũ: & licet ita sit; in scientijs tamen oportet esse unũ subiectum primum, quod ita sit subiectum; ut nullo modo sit passio probata de alio in illa scia. unde si aliquid probatur de alio, iam non potest hẽre rationem primi subiecti. si ergo corpus de alio probatur in scientia naturali, & similiter mobile; corpus mobile non potest esse eius primũ subiectum, & adæquatum. 2. arguitur ad cõtradictionem. Si corpus mobile esset subiectum philosophiæ naturalis; sequeretur, ꝙ non existẽtibus, nisi substantijs sensibilibus, philosophia naturalis non esset prima philosophia: sed hoc est contra philosophum. 6. Meta. tex. com. 4. ergo &c. Probatur cõsequentia: non existentibus nisi sensibilibus substantijs, illa esset prima philosophia, quæ esset de priori & cõmuniori subiecto: sed ista esset mathematica: ergo &c. Probatur minor. Illud est prius, a quo nõ cõuertitur subsistendi consequentia: sed sic est de subiecto mathematicæ, quod est corpus quantum. ualet. n. corpus mobile est: ergo corpus quantum, est: sed nõ ecõtra: quia omne corpus mobile est corpus quantum, nõ autem omne corpus quãtum, est corpus mobile: ergo &c.

Subiectũ ꝓmum scientiæ non põt eẽ passio ꝓbata de alio in illa scia; aliasidem cõtingat esse passionẽ & subiectũ.

Tex. cõm. 4.

Tertio nulla differentia contrahẽs aliquod cõe, est æqualis aut magis vniuersalis illo cõi: sed mobile est vniuersalius. quàm corpus: quia etiam forma & accidentia sunt entia mobilia; licet per accidens, ergo &c.

Quarto illud est subiectum, sub quo continentur omnia cõsiderata in scia: corpus mobile non est tale: considerantur. enim in hac res, quæ definiuntur cum materia sensibili: huiusmodi aũt sunt non solum corpora, sed & formę sbales, & accidentales: ergo &c.

Secunda conclusio est. Ens mobile est subiectum formale adæquatũ philosophiæ naturalis. probatur, illud est subiectũ adęquatũ in aliqua scia; cui primo et per se cõuenit passio prima & principalis, considerata in illa scientia: sed motus, quæ est prima & principalis passio, considerata in philosophia naturali, conuenit primo & per se enti mobili: ergo ens mobile est subiectũ in philosophia naturali. consequentia nota cum maiori. probatur minor. Illi conuenit primo, & per se motus, quod ponitur in definitione motus pro subiecto; quia passio definitur per suum adæquatum subiectum: sed ens mobile ponitur in definitione motus pro subiecto: ergo &c. minor probatur. Definitur enim motus in 3. physic. tex. comm. 6. ꝙ est actus existẽtis in potentia ſ ad terminum motus; uel etiam ad motum, ut declarabitur ibidẽ: sed existens in potentia ad motum & terminũ motus, idem est, ꝙ ens mobile: ergo ens mobile ponitur in definitione motus. Præterea ista est expſſa sententia philosophi. 6. Meta. ibidẽ enim. tex. com. 1. dicit, ꝙ physica est theorica circa tale ens; quod possibile est moueri: ergo &c.

Tertia cõclu. est. Corpus mobile est principale sbm materiale philosophię naturalis. probatur. Illud qđ per prius participat rationem subiecti formalis scientiæ; est principalius sbm materiale illius scientiæ, sicut sylogismus in logica, qui prius participat ratiõnẽ entis rationis, est primum subiectum materiale: sed corpus mobile per prius participat rationem entis mobilis; qđ est subiectum formale: nam alia non mouẽtur; nisi quia sunt in corpore mobili: ergo &c. Ex hoc sequitur nõ esse contradictionem in uerbis. S. Th. ut in 1. cœli in proœmio dum aliquando dicit, ꝙ ens mobile est subiectum, & aliquando, ꝙ corpus mobile. Cum enim dicit, ꝙ ens mobile est subiectũ; loquitur de subiecto formali: cum autem dicit, ꝙ corpus mobile est subiectum loquitur de primo, & principaliori subiecto materiali.

Corpus mobile est principale subiectum materiale philosophiæ naturalis.

Apparens in S.D. tollitur cõtradictio.

Quarta cõclusio est. Ratio formalis subiecti philosophiæ naturalis, inquantum subiectum, siue inquantum scibile est hoc, quod dico: scibile per medium sumptum a materia sensibili, & motu: probatur. Illa est formalis ratio subiecti philosophiæ naturalis, inquantũ subiectũ est; per quã distinguitur

Rõ formalis subiecti philosophiæ naturalis ſquãtũ subiectũ, siue inquantum scibile est, hoc ꝙ dico scibile per medium sumptum a materia sensibili & motu.

guitur genere ab alijs scientijs; quia p huiusmodi rationē; scientiæ genere distinguuntur: sed per dictam rationem philosophia naturalis distinguitur genere ab alijs: nam ideo distinguuntur genere; physica; mathematica; et metaphysica; quia physica est de scibili per medium sumptum a materia sensibili & motu, mathematica de scibili per mediū sumptū a materia intelligibili non includens materiā sensibilem in sua definitione, metaphysica de scibili per medium omnino abstractū a materia & motu: ergo &c. Ad rationes in oppositum respōdetur. Ad primum dicitur primo, p ens mobile, quod est subiectū philosophiæ naturalis accipitur, vt se extendit non solum ad id, quod est mobile per se; sed etiā ad id, quod est mobile per accidens. Dicitur 2. p non oportet subiectum scientiæ prædicari de omnibus vniuoce: sed sufficit, p prædicetur, secundum quandam analogiam. Dicitur 3. p primus motor non consideratur in hac scientia; ut contentum sub subiecto philosophiæ naturalis; sed tā quam principium, & causa motus in alijs: ideo non oportet, p sit ens mobile. Dicitur 4. p licet terra tota non moueatur; eo p est in suo loco naturali; tamen partes eius mouentur dū sunt extra proprium locum; & si poneretur per impossibile tota extra locum naturalem, moueretur ad illum. Dicitur. 5. p anima, & aliæ formæ naturales; licet non moueantur per se; mouentur tamen per accidens: licet etiam non sit ens mobile per se; est tamen forma entis mobilis per se. Sed tunc unum dubium occurrit. Si. n. anima mouetur per accidens: ergo per accidens continetur sub ente mobili: sed hoc non uidetur uerum, cum philosophus facit particularem tractatū de ipsa: ergo &c. Respondetur negando consequentiam: sicut enim non valet homo albus est ens per accidens: ergo sub ente continetur per accidēs: ita non valet, anima mouetur per accidens: ergo continetur per accidens sub ente mobili. Vnde si quæratur; utrū homo albus sit ens per se, dicitur, quòd potest habere duplicem sensum: vnus est; vtrum sit ens per se; quod diuiditur contra ens per accidens; cū ens diuiditur in ens per se; & in ens per accidens: alius sensus est, vtrum ista propositio sit per se, homo albus est ens; ita quòd perfeitas ex pte propositionis; non autem ex parte prædicati accipiatur. si primo modo, sic nō est ens per se. si secundo modo est ens per se. i. illa propositio est per se. Ita cum ens mobile diuidatur per ens mobile per se; & ens mobile per accidēs: si quæratur, vtrum anima sit ens mobile per se: respondetur, quòd si perfeitas se teneat ex parte prædicati, nō est ens mobile per se; si autē se teneat ex parte compositionis propositionis; sic est ens mobile per se. i. ista propositio est per se, anima est ens mobile, cum contineatur sub ente mobili per accidens, quod diuidit ens mobile. diuiditur enim ens mobile in per se mobile; & in per accidens mobile.

Anima mouetur per accidēs, sub ente mobili tā non cōtinetur per accidens.

Quō formē dicantur entia mobilia per se.

Ad 2. negatur antecedens. Ad primam probationē dicitur, quòd in scīa naturali considerantur principia, & passiones corporis mobilis: non inquātū principia & passiones corporis: sed inquātū principia, & passiones entis mobilis. cōderat. n. scientia naturalis principia corporis mobilis, uolēs declarare principia entis mobilis: quia corpus est primum ens mobile; & principia sua, sunt causę cuiuslibet alterius entis mobilis, ut declarabitur inferius: vnde non cōsiderantur illa ut principia corporis mobilis tantum, sed ut principia cuiuslibet entis mobilis: sicut & in metaphysica, ubi consideratur de ente, maxima consideratio est de substantia; quia est primum est. unde maior sic est intelligenda, illud est subiectum formale in scientia; cuius principia, & passiones considerantur in scientia, inquantū sunt principia eius: & tunc minor est falsa. Ad confirmationem dicitur, quòd plurimū uersatur circa corpora, eoquòd corpus est primum subiectum materiale: & circa passiones corporum inquantum sunt passiones entis mobilis. Ad 2. negatur minor. Ad probationē dicitur, quòd in 6. physi. tex. com. 32. probatur omne mobile per se esse corpus: non autem omne mobile: siue per se, siue per accidens: motus autē secundum quòd est passio cōsiderata in physica; accipitur secundum quòd se extendit, tam ad motum per se, quàm ad motum per accidens.

Illud est subiectū scīæ formale cuius pricipia, & passiones cōsiderātur, quis sensus.

Mobilitas ē dīa subiecti phil. motus aūt passio.

Ad 3. principale dicitur, p mobilitas non est passio: sed est formalis differentia subiecti philosophiæ naturalis: motus autem est passio talis subiecti. Sed contra: passio numquam separatur a suo subiecto: sed motus separatur aliquando ab ente mobili: ergo non est eius passio. Respondetur, p duplex est passio: quædam simplex; ut risibilitas, & ista numquam separatur a suo subiecto: alia est disiuncta; sicut par & impar numeri; & talis passio secundum quamlibet partē pōt separari a subiecto; tñ semper inest ei sub disiunctione. motus ergo nō est passio simplex entis mobilis: sed motus & quies est eius passio disiuncta. vnde tam motus, quàm quies potest separari ab ente mobili diuisim: semper tamen insunt enti mobili sub disiunctione. Omne. n. ens mobile, aut mouetur, aut quiescit. Sed aduertendum, p licet motus, & quies sint passio entis mobilis; tñ dicimus, p motus magis ē passio entis mobilis, q̄ p quies sit passio eius: qa motus hēt rōnem habitus, et quies rōnē priuationis: ppquod etiā dicimus, ens mobile esse subiectum; & non ens quiescibile: licet idem, quod est ens mobile, sicut ēt ens quiescibile.

Passio quædā simplex, quædam disiuncta.

Quare motus magis entis mobilis passio dī, q̄ quies.

Ad quartum negatur antecedens. ad probationem dicitur, p philosophus loquitur de subiecto materiali, non autem de formali. Similiter ad quintum dicitur, quòd commen. loquitur de subiecto materiali.

Ad 6. dicitur, p consequentia est falsa. ad probationem, minor falsa est. & dicitur primo, p differentia accidentalis alicuius vniuersalis dicitur; quæ addita vniuersali, non constituit speciem eius, de qua essentialiter prędicetur: sicut si diuidatur animal per album, & nigrum; album erit differentia accidentalis: non enim constituit speciem animalis. Dicitur secundo, p mobilitas non est differentia accidentalis entis: addita enim enti, constituit ens mobile, quod est species entis: unde licet non prædicetur de ente, tamen ens prædicatur essentialiter de ipsa.

Dīa accidētalis quæ dicatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

ADDI.

NOTA, quod causa breuitatis Auctor noluit alias opiniones recitare, cum sint multæ aliæ, quam ille quas narrat in corpore quæstionis, nam cum in quolibet subiecto, uel obiecto scientiæ duo sint, obiectum uidelicet ipsum, & eius ratio formalis, per quam in esse obiectiuo constituitur, de utroque diuersimode philosophi opinati sunt. de subiecto quidem. aliqui corpus, aliqui substantiã, aliqui ens posuerunt de ratione formali, aliqui dixerunt esse naturale, aliqui mobile, aliqui sensibile, & sic cum tria in seipsa multiplicata in nouem resultẽt, nouem quoque resultant opiniones, tunc Ioannes de magistris, & Paulus Venetus posuerunt corpus naturale. Magnus Albertus Alemanus, & Romanus Egidius posuerunt corpus mobile; Franciscus Louamensis asseruit esse corpus sensibile. Antonius Andræas, & Ioannes canonicus ordinis minorum dixerunt esse substantiam naturalem, Iandunus. q. 2. substantiam mobilem. Caietanus Tienensis Vicentinus, uoluit substantiam sensibilem esse subiectum: quidam Anselmus Papiensis modernus philosophus asserebat & ens naturale esse subiectũ. Bernardinus Tomitanus Patauinus asserebat aliquando subm philosophiæ naturalis esse ens sensibile; quidam uero uoluerunt uniuersum ipsum esse adequatum subiectum, ut Portius Neapolitanus, istis tamen non obstantibus Auctor tenet cum D. Tho. qui adequatum sbm asserit esse ens mobile. nec te moueat, quidam modernus Thomista nomine Georgius Vercellensis, qui in quodam quæsito suo de subiecto adequato philosophiæ naturalis asserit idẽ esse, ens mobile, quod corpus mobile, seu naturale, quod expresse aduersatur magistro suo D. Thom. in primo physi. ubi ait dico autem ens mobile simpliciter esse subiectum non autem corpus mobile; quia omne mobile esse corpus probatur 6. physicorum text. 36. sed hic Reuer. cum sit nobilissimo ingenio, & profundissima doctrina insignitus uidit hanc auctoritatem esse contra suam opinionem, ideo respondet, ꝙ litera D. Tho. est uitiata, ut patet ex codice manuscripto, in bibliotheca Bononiensi. Sed pace tanti uiri dixerim, hoc nullus bonus Thomista asserere debet, cum antiqua sit hęc contradictio in doctrina S. Tho. & iam sedata, etiam ab Auctore hic, nam licet pri. poste. & pri. cœli dixerit D. Tho. corpus mobile esse subiectum, loquitur tamen ibi de subiecto materiali, non autem formali, mirum uidetur omnibus, quod omnes libri sint uiciati præter codicem Bononiensem, & ego contraponam antiquum exemplar manuscriptum, quod habetur in Bibliotheca Salernitana, & uerum exemplar, in quo reperiuntur eadem uerba formalia, quæ habentur in omnibus libris impressis, qui circunferuntur per totum uniuersum. secunda responsio, quam ponit etiam impugnat a Thomistis, ait. n. ꝙ D. Tho. retractauit se, ut patet in procœmio libri de cœlo, & mundo, ubi docuit subiectum philosophiæ esse corpus mobile. Sed uide quomodo modeste Auctor in 3. conclusione conciliat asserendo corpus mobile esse subiectum, sed principale, & materiale, & hæc opinio de retractatione fuit cuiusdam Petri Pomponatii Mantuani dicentis, ꝙ B. Thomas cum esset iuuenis tenuit ens mobile esse subiectum adequatum philosophiæ naturalis, sed doctior factus in libris de cœlo, correpsit seipsum, & posuit corpus mobile, quod tamen est falsissimum, ut ostendunt omnes Thomistæ. Tertio dicit, quòd Ar. probauit 6. physi. omne mobile esse corpus contra Democritum, sed nec ista responsio ostendit corpus mobile, & ens mobile esse unum, & idem nisi ex parte prædicati, sed non ex parte subiecti, nec ostendit D. Tho. fuisse huius opinionis. Quarto ait, quòd probatur propositio de 3. adiacente, & non de secundo, puta Ar. probauit mobilitatem inherere corpori: Sed hæc est responsio Antiquorũ Auerroistarum quos impugnat, Cai. in aurea sua quæst. de subiecto argumento demonstratiuo ni fallor, dicens: nullum coniunctum cuius de omni coniunctio probat in aliqua scientia, potest esse subie-

subiectum adequatum illius: Sed corpus mobile est coniunctum, cuius de omni coniunctio probatur in philosophia naturali, ergo corpus mobile non potest esse subiectum naturalis philosophiæ. Vide apud Caie. rationes, quibus mouetur hic Reuer. Pater Vercellensis, quas dimitto; quia iam solutę sunt ab Auctore hic, & a Caie. & a Magistro Chrysostomo, & a Versorio, & a Gratiadæi, in quæstio. propriis.

Insurresit, quidam nouus philosophus, dictus Franciscus Tholetanus, societatis Iesuitarum, qui astruit opinionem D. Tho. ualde probabilem, & amplectendam: probabilius tamen est (ait ipse) non ens mobile; sed ens naturale esse subiectum physicæ: quia huius opinionis est Auerr. & confirmat quatuor rationibus; Quarum prima est, illud est subiectum, quod cum passionibus non facit prædicationes ridiculas, & fere identicas: sed tale est ens naturale; non autem ens mobile nã dices bene ens naturale, est ens mobile, & mouetur: sed quis dicit ens mobile mouetur; seu ens mobile, est mobile, & sic per istam rationem reddit opinionem D. Tho. non probabilem, quam tamen, prius dixerat esse probabilem: cum opinionem, super idemptices fundatam propositionibus, probabilem non esse constet, nam quomodocumque capiatur li mobile, numquam facit propositionem identicam; & primo si capitur pro ratione formali; ut dicunt Thomistę non pót facere propositionem ridiculam, sed sicuti ista non est ridicula homo est rationalis, ita nec ista ens mobile est aptum natum moueri: quia differentia formalis, siue ratio formalis distinguitur ab eo cuius est, ratio formalis, sal. em ex parte nostra: si etiam mobile capitur pro passione, cum apud D. Tho. passio distinguatur a subiecto non poterit etiam facere propositiones identicas, & Auer. est contra ipsum Tholetum, quoniã tertio Metaphy. & 4. Metaphysi. comm. 1. semper concordat cum D. Tho. ꝙ ens mobile est subiectum. Secundo arguit hic nouus philosophus, subiectum clarius debet exprimere radicem passionum; Sed ens naturale clarius exprimit radicem passionum: nam, natura est principium motus: ens naturale est, quod habet principium motus, ad quam responsionem dicimus, quòd licet mobile sit nomen ęquiuocum ad aptitudinẽ ad motum, & ad fundamentum illius aptitudinis; sicut risibile significat aptitudinẽ, & rationalitatem, quæ est eius fundamentum, tamen in præsenti quæsito capitur pro ratione, seu differentia essentiali; ut ait Auctor in secundo notabili idcirco non facit ęquiuocationem, & hoc factum est propter penuriam uocabulorum. ulti. arguit, quia ens mobile non exprimit principium quietis, quod tamen facit ens naturale, hanc rationem soluit Auctor in responsione ad secundũ, quòd motus habet rationem habitus, & quies priuationis, unde D. Tho. 2. physi. lectione 1. ait quod actum est moueri ad locum quiescit in loco propterea, si ens mobile exprimit principium motus exprimit quoque principium quietis. restat, ut omni ex parte sit amplectenda opinio uera Thomistarum declarata hic ab Auctore, & non imaginatio hominum in aere loquentium, quibus dicere potes, ens naturale est subiectum in philosophia, & cum hoc distinguatur contra ens artificiale, ut scribitur 2. physi. tex. 1. ergo non artificiale erit subiectum naturalis philosophiæ. ergo Deus qui est ens non artificiale, tum etiam, quia nec ens naturale, nec corpus mobile & sensibile, nec substantia naturalis, nec mobilis, aut sensibilis uerificatur de materia, & forma: sed tantum ens mobile igitur tantum hoc

& nullum

& nullum illorum erit subiectum, consequentia probatur: quia subiectum debet uerificari de omnibus consideratis in scientia, antecedens probatur: quia materia est ens mobile subiectiue, & forma est mobile terminatiue, sed neutra est ens naturale: sed utraque est natura & principium entis naturalis. 2. physi. tex. 4. similiter neutra est sensibilis, nisi forte accidentalis forma, sed utraque pars, esse principium entis sensibilis, ergo & est ista ratio efficax satis uidetur, quæ sic breuiter potest colligi, quod habet directam & consequenter ueriorem prædicationem de partibus suisc, onuenientius assignatur obiectum in habitu illa talia contemplante. sed ens mobile, & non ens naturale, aut sensibile, aut corpus naturale mobile, sensibile, substãtia naturalis, mobilis, sensibilis, aut uniuersum, habet directam, & ueriorem prædicationem de partibus suis, ergo ens mobile est obiectum in habitu. s. in philosophia hæc omnia contemplante, & non aliquod aliorum prænominatorum. Perpende dictum Alberti. 1. physic. c. 6. ponentis triplex corpus physicum, mathematicum, & metaphysicum.

Vide distinctionem illam, & utere ea de triplici subiecto. s. primo primitate intentionis, & hoc dicimus in philosophia naturali esse primum motorem, in metaphysica genus abstractorum, in theologia Deum optimum maximum, in logica demonstrationem: & primo primitate adæquationis, & hoc est ens mobile simpliciter in philosophia naturali, in metaphysica ens inquantum ens commune deo & creaturis, enti reali, & rationis, entis per se, & per accidens, ut ostendimus in quæstionibus nostris metaphysicalibus, in Theologia erit ens habitum per communem spirationem, ut docuit D. Tho. in prologo 1. sent. & sic non aduersatur sibi in p.p.q.1. art.1. ubi ponit Deum: quia ibi loquitur de subiecto primo primitate intentionis: in logica hoc tale subiectum, primum primitate adæquationis est ens rationis, ut scripsit D. Tho. & in prologo primi perihermenias, & primi post. & primo primitate attributionis, & hoc dicimus esse corpus mobile in philosophia naturali, in metaphysica substantiã ipsam, ut dixit Alex. 7. diuinorũ ad principium, in Theologia Christus Saluator noster, in logica syllogismus, siue argumentatio ipsa.

Quæstio. 3. utrum uniuersalia sunt magis nota nobis, quam singularia.

Vnde ex uniuersalibus ad singularia, oportet procedere. Tex. IIII.



Væritur tertio: utrũ uniuersalia sint magis nota nobis, quã singularia, et uidetur, ꝙ non. Primo philosophus. 1. Poster. tex. com. 5. dicit, singularia esse magis nota nobis: ergo non uniuersalia. Secundo illud est magis notum nobis, cuius species primo imprimitur intellectui: sed species naturarum specificarum primo imprimunt intellectui: ergo naturæ specificæ sunt magis notæ nobis, quã magis uniuersalia. minor probatur: quia eisdem respõdetur species in intellectu nostro; quibus rñdẽt ideę Platonis, sed ideæ Platonis rñdẽt naturis specifi-

specificis: quia Plato nõ posuit ideas generum: ergo &c. 3. causa naturalis non impedita agit ad perfectissimũ effectum, in quem potest; quia agit secundum totum suum posse: sed omnes causæ concurrentes ad actum intelligendi, sunt naturales. ergo agunt in perfectissimum cõceptum, in quem possunt: sed perfectissimus conceptus est conceptus speciei specialissimæ. ergo cõceptus speciei specialissimę prius cadit in intellectu, quàm conceptus cõmunioris. Quarto sm Auic. 1. Meta. cap. 3. Metaph. est ultima ordine doctrinæ: ergo principia aliarum scientiarum, & termini eorum prius contipiuntur, quàm principia, & termini meta. sed termini aliarum scientiarũ, sunt minus uniuersales terminis metaphysicæ, cum illa consideret terminos uniuersalissimos. ergo minus uniuersalia prius cognoscuntur. Quinto illo dato sequeretur, ꝙ posito sensu in actu respectu unius singularis, & intellectu soluto, oporteret expendere multum temporis, antequam conciperetur species illius singularis, qa prius oporteret intelligere omnia prædicata communia dicta in quid de illa specie, quàm ipsa concipi posset. Respondeo.

Auic. 1. met. cap. 3.

In ista quæstione tria sunt faciẽda. Primo declarabitur titulus quæstiõis. Secundo adducetur opin. Scot. Tertio declarabitur opi. S. D. & ostendetur in quibus differant Sco. & S. Thom.

Quantum ad primum sciendũ, primo, ꝙ uniuersale potest accipi dupliciter. Vno modo pro natura, secundũ se considerata, cui attribuitur intentio uniuersalitatis. s. pro ista natura, animal; planta; & huiusmodi: alio modo pro natura, ut substat intentioni uniuersalitatis. ver. gra. pro ãali, ut substat intentioni generis. Non intendimus hic de uniuersali secundo modo: quia ut dicitur. 1. de anima. text. com. 8. uniuersale sic sumptum, aut nihil est, aut posterius est: sed loquimur de uniuersali primo modo. Sciendum 2. quòd ut dicit philosophus hoc loco tex. cõmen. 2. non sint eadem magis nota nobis, & naturæ. Nam magis nota naturæ dicuntur ea, quæ secundum naturam suam sunt magis cognoscibilia: ista autem sunt quæ magis habent de entitate. s. quæ sunt magis in actu, utpote magis remota a potentialitate. unde substãtiæ separatæ sunt maxime intellectuales, quia maxime sunt in actu. Magis autem nota nobis sunt, quæ prius cognoscuntur a nobis, siue sensu, siue intellectu. Sciendum 3. ꝙ singulare potest accipi dupliciter, uno modo absolute. s. pro individuo, non prædicabili de inferiori, sicut est sortes: alio modo comparatiue, scilicet pro minus uniuersali: sicut homo potest dici singulare respectu animalis. s minus uniuersale: utroque modo accipitur singulare in quæstione. est ergo sensus quæstionis, utrũ naturæ uniuersales, prius cognoscantur a nobis, quàm singulares; siue cõparemus uniuersale ad singulare simpliciter, siue magis uniuersale, ad minus uniuersale. non intendo autem hic quærere, an intellectus noster primo, & directe cognoscat singularia; sed suppono intellectum primo intelligere uniuersalia, ut uerius est.

Sensus tituli qõnis.

Quantum ad 2. Scotus primo sententiarum. dist. 3. q. 2. ponit quid circa hanc difficultatem sentiat. Pro cuius positione notandum primo, ꝙ triplex est cognitio secundum eum ibidem. s.

1. sent. dist. 3. q. 2. Scot. hic tractat quæstionem.

Universidad de Bibl

actualis; habitualis; & virtualis. actualis est, quando intellectus exit in actum respectu alicuius obiecti: sicut cum actualiter intelligit hominem: habitualis est, quando obiectum sic est præsens intellectui in ratione intelligibilis actu, ut intellectus statim possit habere actum elicitū circa illud obiectum: sicut cum homo habet in intellectu speciem lapidis, per quam frequenter considerat naturam lapidis, dum actualiter non considerat, habet notitiam lapidis habitualem: quia statim potest cognoscere lapidem: virtualis est, quando aliquid intelligitur in aliquo, vt pars intellecti primi, nō autem ut primum; aut totale intellectum: sicut cum intelligitur homo, intelligitur animal in homine, ut pars primi intellecti. Notandum 2. ut ēt ibidem dicit; ꝙ aliud est confuse intelligere; & aliud intelligere cōfusum. confusum enim idem est, quod indistinctum. confuse autem cognoscere; est cognoscere, ut exprimitur per nomē: cognoscere autem distincte, est cognoscere, ut exprimitur per definitionem. quandocumq; ergo cognoscitur indistinctum; cognoscitur confusum, quomodocumque cognoscatur: sed cognoscere indistinctum confuse est cognoscere ipsum, ut per nomen exprimitur. Dicit ergo primo loquendo de cognitione confusa actuali; ꝙ primum cognitum est species specialissima; cuius singulare efficacius, & fortius primo mouet sensum, quod probat tribus rationibus positis in obijciendo. Dicit 2. ꝙ prius cognitum cognitione distincta actuali est vniuersalius. Dicit 3. ꝙ totus ordo confuse cōcipiēdi est prior toto ordine distincte cōcipiendi: prius enim cognoscitur aliquid confuse, quā distincte. vnde primum cognitum confuse; est simpliciter primum in cognitione nostra. Dicit 4. ꝙ vniuersaliora sunt prius cognita nobis, ordine generationis cognitione habituali, & uirtuali: sicut. n. si plures formæ informēt unam materiam, prius informat imperfectior forma: sicut si in una materia sit forma substātiæ corporis; et animalis, prius informabit forma substātiæ, quàm forma corporis; & forma corporis, quàm forma animalis, ita si una forma contineat virtualiter istas formas: prius informabit sub ratione formæ imperfectioris; sub ratione. s. substātiæ, quàm sub ratione formæ perfectioris. s. corporis; aut animalis: ita est in conceptibus intellectus. imperfectior enim conceptus, natus est prius perficere intellectū: sicut conceptus corporis prius, quàm cōceptus animalis: & si unus conceptus includat plures; prius natus est perficere sub ratione conceptus imperfectioris; quàm sub ratione conceptus perfectioris: sicut si conceptus hominis includat uirtualiter conceptum corporis et animalis; prius perficiet intellectum sub ratione conceptus corporis; quàm sub ratione conceptus animalis; & sic de alijs. Quantum ad 3. Sciendum primo, ꝙ vniuersale potest dupliciter cognosci. s. quantum ad simplicē operationē intellectus, qua cognoscitur quod quid est, & quantum ad inuestigationem naturaliū passionū eius: sicut animal potest cognosci simplici apprehensione. s. dum cognoscitur, qđ quid est eius; & potest cognosci, quātum ad proprietates eius, inuestigādo, quæ sint proprietates animalis, & quæ principia. Possumus ergo loqui de cognitione uniuersalis, quæ habetur

Positio Scoti ibidem.

Vniuersale duplicitēr cognosci pt quantum ad simplicē operationem, & quantum ad inuestigationem.

tur per simplicem operationem intellectus: & de cognitione eius, quæ habetur per discursum, inuestigādo principia, & proprietates eius. Sciēdum 2. ꝙ vniuersale est quoddam totū essentiale, siue definibile, & est totum vniuersale. Est totum definibile in ordine ad superiora definientia ipsum: est totum vniuersale secundum ordinē ad inferiora, de quibus prædicatur. vtroque autem modo potest dupliciter cognosci. s. confuse & distincte. cognoscitur confuse, inquantum totū essentiale, quando cognoscitur ipsum vniuersale, secundum ꝙ exprimitur per nomen, non resoluendo in omnes partes definitionis; sicut nec nomen distincte partes definitionis exprimit. cognoscitur autem distincte, quando cognoscitur resoluendo ipsum in suas partes definitiuas, genera. s. & differentias ipsius constitutiuas. Inquātum uero est totum vniuersale, cognoscitur confuse, quando cognoscitur ipm, non cognoscendo omnes partes eius subiectiuas. cognoscitur distincte, qñ cognoscitur, cognoscendo omnes partes eius subiectiuas: sicut hoc uniuersale, quod est animal cognoscitur confuse, inquantum totum essentiale, qñ cognoscitur secundum ꝙ exprimitur hoc nomine animal. s. non resoluendo in principia definientia, cognoscitur autem distincte, quando cognoscitur, ut exprimitur per suam definitionem, quę est: substātia animata sensibilis, tunc enim cognoscuntur principia definientia. Sed inquantum est totū vniuersale cognoscitur confuse, quando cognoscitur, non cognoscendo omnes species animalis. cognoscitur autem distincte, quando cognoscuntur omnes species eius. Ex quibus patet ꝙ cognitio distincta uniuersalis, inquantū est totum essentiale; stat cum cognitione confusa ipsius inquantum est totū vniuersale. stat enim, ꝙ cognoscam animal, inquantum est substātia animata sensibilis, quæ est cognitio distincta ipsius, inquantum est totum essentiale, & nō cognoscam omnes species eius, quod est cognoscere animal confuse, inquantum est totum uniuersale. Ponuntur itaque quinque conclusiones. quarum prima est. Quantum ad simplicem apprehensionem intellectus, inter magis uniuersale, & minus vniuersale non est ordo essentialis, quantum ad cognitionem confusam, inquātum unumquodque est totum essentiale: nisi forte loquamur de ente, quod propter suam vniuersalitatem maximam, est primum, quod cadit in intellectu. Probatur, illa inter quę est essentialis ordo, vnum dependet ab altero de necessitate: sicut inter causam primam & secundam est talis ordo; ꝙ secunda de necessitate dependet a prima, in causando: sed conceptus confusus minus communis, non dependet necessario a conceptu confuso magis communis; nec econtrario. Cōstat enim, ꝙ rusticus apprehendit conceptum confusum hominis, non apprehendendo conceptum confusum animalis: immo inconueniens iudicat hominem esse animal. Similiter animal apprehendit, non apprehendendo aliquam speciem: ergo inter magis commune, & minus commune, quantum ad conceptus confusos, nō est ordo originis essentialis.

Duplex cognitio: cōfusa. s. & distincta.

Secunda conclusio est. Quantū ad simplicem apprehensionē intellectus, magis vniuersale inquantum totū essentiale; est prius cognitum, quo ad

Quātum ad simplicē apprehensionē intellectus magis vniuersale, inquantū

totum esse ultimate est prius cognitu, quo ad nos minus vniuersali cognitione distincta.

nos, minus uniuersali cognitione distincta. probatur dupliciter. Primo definitum non potest distincte cognosci; nisi prius cognitis distincte partibus definitionis; eoꝙ loco termini definientis, licet ponere suam definitionem, vt dicitur 7. Meta.text. 18. sed magis uniuersale est pars definitionis minus vniuersalis; sicut animal hominis: ergo non potest cognosci minus vniuersale distincte; nisi prius cognito distincte magis uniuersali. 2. procedens de potentia in actum prius peruenit ad actum imperfectum, quã ad actum perfectum: sed intellectus noster in cognoscendo exit de potẽtia in actum: quia primo est in potentia ad intelligendum; & est sicut tabula in qua nihil est descriptum, ut dicitur. 3 de anima.tex.comm. 14. postea fit actu intelligens: ergo prius peruenit ad cognitionem imperfectam, quã ad cognitionem perfectam: sed cognitio magis vniuersalis est imperfecta, & cognitio minus vniuersalis perfecta; eoꝙ est magis determinata: ergo intellectus noster prius ad cognoscendum magis vniuersale peruenit; quàm ad cognoscendum minus vniuersale. Sed videtur ista ratio quę est S.Tho.non concludere. Maior enim, uidetur esse falsa: aer enim, non prius recipit imperfectum lumen, quàm perfectum: cum simul & in eodem instãti totum lumen recipiat: ergo nõ omne, qđ procedit de potentia ad actum, prius peruenit ad actum imperfectũ, quàm ad perfectum. Respondetur primo, ꝙ maior illa habet ueritatem de eo, qđ recipit plures actus, quorum vnus est alio perfectior: modo nõ sic est de aere; quia aer nõ recipit aliud lumen: intellectus autem procedens de potentia ad actum, recipit diuersas cognitiones; quarũ una est altera imperfectior: ideo non est simile de aere, & intellectu. Respondetur 2. ꝙ maior habet veritatem de eo, quod successiue exit de potentia ad actũ, quod significat verbum procedere: aer autem non successiue recipit lumen; sed in instanti; sed bene intellectus successiue intelligit; cum non omnia simul intelligat: ideo instantia nulla est. Sed contra istam secundam conclusionem, videtur esse expressa mens philosophi. Volens. n. ostendere modum inuestigandi quod quid est inquit, Facilius est enim singulare definire, quàm vniuersale: unde oportet ex singularibus in uniuersalia ascendere. Respõdent quidam, & dicunt primo, ꝙ si loquamur, secundum ordinem naturæ, & doctrinæ secundum se; oportet ab vniuersalibus inchoare; & sic intellexit philosophus hoc loco: sed si loquamur, secundum ordinem nostræ inuestigationis; sic oportet a minus vniuersalibus, ad magis vniuersalia ascẽdere: & hoc modo locutus est philosophus. 2. post. Dicunt 2. ꝙ facilius est definire minus commune formaliter sumptum. s. quantum ad suam formalem differentiam, quàm magis commune. Sed ista responsio satisfacere non uidetur. Primum enim dictũ est directe contra mentem philosophi. 1. physic. Distinguens enim notiora, secundum naturam ab his, quæ nobis notiora sunt; concludit ꝙ, quia innata est nobis via procedendi a notioribus nobis ad notiora secundum naturam: ideo oportet ab vniuersalibus ad singularia procedere. Secundum etiam uidetur repugnare doctrinæ. S. Tho. tum quia vbique ponit, ꝙ differentiæ

2. post. text. 22.

2. par. q. 85. arti. 3.

Procedens de potentia ad actum prius peruenit ad actum imperfectum, quã perfectũ dupliciter ueri ficatur.

rentiæ rerum sunt nobis ignotæ: quod etiam. 2. Posterio. in expositione tex. 17. ostendit: tum quia intellectus noster secundum ipsum procedit de potentia ad actum: & ideo prius cognoscit confusum, q̃ determinatũ: constat ãt, sm doctrinã eius; ꝙ genus dicit qđ indeterminatũ: differentia ãt aliquid determinatũ, & dico ut formaliter distinguuntur, ut patet. 1. par. q. 50.

1. par. q. 50. ar. 4. 1.

Propter, qđ aliter dicendum est. Dicitur enim primo, quòd aliud est inuestigare definitionem alicuius rei, secundum se: aliud inuestigare ipsam esse ueram eius definitionem. sicut aliud est demonstrare simpliciter definitionem de aliquo definito: quia hoc possibile est, secundum mentem philosophi; dum vna definitio per aliam demonstratur: aliud demonstrare ipsam esse definitionem eius; quod philosophus reputat impossibile. dicitur 2. quòd philosophus dum tradit, secundum modum inuestigandi, quod quid est; per uiam scilicet dissimilitudinis, & similitudinis; tradit modum inuestigandi, ꝙ quid ẽ nõ simpliciter; sed inquantum, quòd quid est alicuius, quod apparet: quia postquam ostendit, quòd non potest, quòd quid est demonstrari; statim ostendit, quomodo inuestigari possit: dans intelligere, quòd quamuis, non possit demonstrari, quòd quid est alicuius, esse quòd quid est eius: non tamen tollitur omnis via inuestigãdi, quomodo aliquid sit quòd quid est eius cuius est. Dicitur 3. quòd in huiusmodi inuestigatione a minus uniuersalibus est incipiendum: eo quòd in illis magis apparet vnitas definiti. ex eo enim, quòd cognoscimus in huius, atque in illius; & vniuersaliter in omnium specierũ animalis definitione, inquantum animalia sunt, poni substantiam animatam sensibilem; deprehendimus animal esse omnium ipsarũ genus, eiusque definitionem esse, substantia animata sensibilis: cũ hoc tñ stat, ꝙ rõ, & conceptus magis vniuersalis, sit simpliciter facilioris cognitiõis: ideo philosophus sibi nullo mõ cõtradicit.

1. post. tex. 22.

2. post. tex. 3. & seq. usque ad 9.

2. post. tex. 22.

Tertia conclusio est. Magis uniuersale, inquantum totum vniuersale, est prius notum nobis cognitione confusa, quàm minus vniuersale sub ipso contentum cognitione distincta. Probatur dupliciter. primo, Prius cognoscitur aliquid cognitione confusa, quam cognitione distincta. 1. physic. com. 3. sed cum cognoscitur magis vniuersale, sine cognitione specierum cognoscitur cognitione cõfusa; cũ aũt cognoscũtur suæ spes cognoscitur cognitiõe distincta: ergo prius cognoscitur magis vniuersale, sine cognitione sperũ, q̃ cognoscãtur species: ergo prius cognoscitur magis uniuersale cõfuse, q̃ minus uniuersale distincte. 2. prius cognoscitur distincte magis vniuersale, inq̃tũ totũ eßctiale, q̃ minus uniuersale, sed cognitio distincta, magis uniuersalis, inq̃tũ totũ essentiale, est cognitio cõfusa ipsius, inq̃tũ est totũ uniuersale: ergo prius cognoscitur cõfuse magis uniuersale, q̃ minus uniuersale distincte. Vbi notãdũ est, ꝙ aliud ẽ cognoscere vniuersale, & aliud cognoscere aliquid in vniuersali. cognoscere vniuersale est cognoscere illã naturã, quę multis cõis est: et hæc et cõfuse cognosci põt, & distincte: sed cognoscere aliquid in vniuersali, est cognoscere vniuersalem eius naturam; in qua ipsum cũ alijs conuenit: quia n. in uniuersali cõtinentur particularia potẽtialiter:

ideo

ideo cognoscens uniuersale, cognoscit etiam potentialiter, & secundū quid particularia. Vnde id, quod in uniuersali cognoscitur, confuse tantummodo cognoscitur. Propter quod non dicit. S. Doct. 1. parte. ꝙ cognoscere uniuersale, sit cognoscere indistincte: sed ꝙ cognoscere aliquid in uniuersali (quod est cognoscere vniuersale confuse, inquantum vniuersale) est indistincte cognoscere. Iste duæ conclusiones uidentur hoc loco intentę a philosopho, ut apud Simplicium constat.

1. par. q. 85. art. 3.

Sed circa prædicta dubium a Simplicio motum occurrit. Si enim uniuersaliora magis nota sunt quo ad nos; minus uero nota natura, ut vult philosophus, sequitur, ꝙ magis vniuersalia, sint etiam posteriora natura. nam ex opposito consequentis, infertur oppositum antecedentis. sequitur enim nō sunt posteriora natura: ergo nō sunt minus nota natura: Sed vniuersalia sunt priora natura; non autem posteriora: nam illud dicitur prius natura, quo remoto alterum remouetur; & non econtra; constat autem, ꝙ remoto uniuersaliori, remouetur minus vniuersale; nō autem econtra: ergo &c. Respondet Alexander Aphrodisæus; ꝙ dupliciter dicitur aliquid prius altero natura, uno modo proprie, alio modo improprie: si loquamur de eo, quod est proprie prius, sic dicitur, ꝙ vniuersale non est prius natura: sic. n. sola substātia. s. determinata ꝙ se subsistens; primi rationem habet. vnde conceditur consequentia; & negatur falsitas consequentis. ad cuius probationem dicitur; ꝙ licet uniuersale sit illo modo prius. s. quia eo remoto, remouetur inferius; & non econtrario; illud tamen nō dicitur proprie prius: si uero loquamur de eo, quod est improprie prius; sic conceditur, ꝙ vniuersale est prius natura. vnde negatur consequentia: stat enim, ꝙ uniuersale sit hoc modo prius; non autē posterius, & tamen sit minus, siue posterius notum natura, nam cognitio alicuius per communia; est posterior natura; cognitione eius per propria: qa priora, & prima in unoquoque sunt ea, quę propriam naturā demonstrāt. Contra hanc autem responsionem instat Simplicius, inquiēs mirū esse; qūo qđ est natura prius, proprie prius nō sit. Ideo ipse aliter respondet, dicitq;, ꝙ vniuersalia de quibus hoc loco loquitur Aristo. sunt vniuersalia per abstractionem a suis inferioribus considerata; quæ suis inferioribus generatione posteriora sunt; tamquam quædam nudæ proprietates acceptę: non autem tamquam particularium complexiones: ideo negat, ꝙ huiusmodi vniuersalia, natura priora sint: et cōsequenter falsum esse, ꝙ remoto vniuersali sic sumpto, remoueatur inferius, & non econtra: immo dicit ea posteriora natura esse; priora uero quo ad nos: quemadmodum composito elementa, natura priora sunt; & partes toto, ipsum autem compositū quo ad nos est prius elementis: & tum partibus. Sed ista responsio non uidetur satisfacere: tum quia non loquimur hic de uniuersali; sub intentione vniuersalitatis per abstractionem considerato, de quo inquit Arist. 1. de anima. quòd aut nihil est; aut posterius est: tum quia vniuersale sic cōsideratum; non est prius cognitū, quo ad nos; sed præsupponit inferiorū cognitionem de quibus cognoscitur vniuersaliter prædicari: neque enim cognoscere possum, ꝙ animal de homine, & equo tamquam de pluribus specie differētibus prædicetur; nisi prius hominem, & equum differre inter se specie, & sub animali contineri cognoscam. Propter quod uidetur mihi ad mentem. S. Tho. & in expositione literæ, & in 1. par. q. 85. art. 3. 1. dicēdum, ꝙ duplex est ordo naturæ: unus secundum viam generationis, Alius secundum uiam perfectionis, & intentionis naturæ. si loquamur secundum viam generationis; sic vniuersale est prius natura: & est illa proprietas de qua dicitur in argumento; ꝙ eo remoto remouetur inferius, & non econtra sed tunc falsum est, ꝙ prius natura sit notius secundum naturam; & posterius natura sit naturæ ignotius, aut econuerso: Vnde negatur consequentia assumpta. Ad cuius probationem negatur, ꝙ ex opposito cōsequētis oppositum antecedentis inferatur: immo ista stant simul: vniuersalia nō sunt posteriora natura; secundum. s. uiam generationis, sed priora: & ipsa sunt minus nota natura. si uero loquamur secundum uiam perfectionis; sic vniuersalia non sunt priora natura, sed posteriora; & sic negatur falsitas consequentis. ad cuius probationem dicitur, ꝙ illa descriptio prioris natura, datur de priori secundum uiā generationis; non autem de priori secundum uiam perfectionis.

Tex. com. 8.

Ordo naturæ duplex.

Vniuersale magis é prius natura ordine generatiōis minus uniuersali: quod tamé est prius nā ordine perfectionis ipso magis vniuersali.

Quarta conclusio, quæ est de mente. S. Tho. in expositione proœmij metaphysicæ. est ista. Magis vniuersalia, quantum ad inuestigationem naturaliū passionū, & causarū sūt minus & posterius nota nobis q̄ minus uniuersalia. minus enim notum est nobis, quæ sint passiones, & principia animalis, quæ sibi in vniuersali tamquā consequentia totum genus conueniūt, quàm quæ sint principia, & passiones hominis. Probatur, illud ex quo intellectus deuenit in cognitionē alterius, est prius notum eo: sed ex cognitione causarum & principiorum, & passionum minus communis; deuenimus in cognitionem magis communis: ergo minus commune est magis notum: ergo magis commune minus notum. Ex proprietatibus enim, & principijs hominis & equi; & aliarum specierum animalis, deuenitur in cognitionē proprietatum animalis. Sed contra istam conclusionem arguitur; quia philosophus ex hoc, ꝙ vniuersalia sunt magis nota nobis, concludit oportere in philosophia naturali de magis uniuersalibus prius determinare. unde in libro physi. de his incipit determinare: sed determinat de his non solum quantum ad quod quid est; sed etiam quantum ad inuestigationem principiorū, & passionum eorum: ergo quantum ad inuestigationem principiorum, & passionū magis vniuersalia sunt prius nota nobis. Respondetur, ꝙ licet quātum ad inuestigationem naturaliū proprietatum, & principiorū magis uniuersalia, sint posterius nota nobis, tamen philosophus in libro Physic. determinat de his; quia illis vtitur ad aliorum notificationē, ne oporteat ea multotiens pertractare. cum enim secundum primam operationem intellectus, magis uniuersalia prius cognoscantur, propter hoc oportet de ipsis determinare, ne oporteat facere aliū tractatum. Inuestigat etiam principia & passiones eius eo modo, quo potest.

Magis vniuersalia quātū ad inuestigationem naturalium passionū, & causarū sūt minus & posterius nota nobis q̄ minus uniuersalia.

Quinta conclusio est, vniuersalia posterius cognoscuntur, quàm singularia

Vniuersalia posterius cognoscuntur

q̃ singularia absolute.

laria absolute. Probatur, Qualis est comparatio intellectus ad sensum, talis est comparatio vniuersalis ad singulare; quia vniuersale cognoscitur intellectu; singulare autem sensu: sed cognitio intellectiua est posterior cognitione sensitiua, tamq̃ ab ea causata: ergo vniuersale est posterius singulari, quo ad nos. Ex istis sequitur, p̃ non discordat positio nostra a positione Scoti: nisi in hoc; p̃ Scotus ponit speciem specialissimam, inquantum quoddã totũ essentiale, esse primũ cognitũ cognitione confusa: nos ãt inter huiusmodi cognitiones confusas nullũ ponimus essentialem ordinem; nisi inter ens, & alia uniuersalia. vnde S. Thom. uidens inter huiusmodi notitias confusas, non esse ordinem, in expositione libri Physi. in proœmio. & in 1. par. ubi maxime loquitur de ista materia comparat magis vniuersale, inquantum totum essentiale, ad minus

In quo Scotus cũ Thomistis cõuenit: & in quo disconueniat.

1. par. q. 85. art. 3.

vniuersale, quantum ad cognitionem distinctam: & magis vniuersale, inquantum totum vniuersale, ad minus vniuersale, quantum ad cognitionem confusam magis vniuersalis, & distinctam minus uniuersalis, numquam faciendo mentionem de tali cognitione confusa totius essentialis, in comparatione ad aliud totum. Sed cum ostensum sit, p̃ magis vniuersalia secundũ mentem S. Tho. sunt prius nota, quo ad nos, remanet dubium, de qua prioritate intelligatur: an scilicet de prioritate temporis: an de prioritate dependentiæ: ita scilicet, p̃ non prius tẽpore cognoscatur animal, quã homo: sed tamen cognitio hominis præsupponit cognitionem animalis: quia non esse sine illa: sicut licet homo, & risibile simul sint tempore; tamen risibile dependet ab homine. Ad hoc respondetur quantum mihi uidetur; licet aliqui aliter teneant; p̃ S. Tho. loquitur de prioritate temporis. Ostenditur primo, quia pro ratione assumit, p̃ omne quod procedit de potentia ad actum; prius peruenit ad actum imperfectum, quàm ad actum perfectum: & dat exemplum de generatione, qa prius generatur uiuẽs quam animal; & animal quàm homo: constat autẽ, p̃ prius tempore aliquid peruenit ad actum imperfectum; quàm ad perfectum: & aliquid est prius tempore uiuens, quàm animal: & animal quàm homo: ergo &c. Præterea illud declarat. S. Tho. Aristo. sequens, per similitudinem in sensu: quia cum aliquid uidetur a remotis, prius deprehenditur esse corpus quàm animal, & animal quàm homo: constat autem ibi esse prioritatem temporis: ergo &c. Præterea ad hoc sunt expresse uerba S. Tho. 1. par. q. 85. vbi sic dicit. Duplex est ordo naturę, unus secundum viam generationis, & temporis: secundum quam viam; ea quæ sunt imperfecta, & in potentia sunt priora: & hoc modo magis cõmune est prius, secundũ naturã etc. In 1. autem physi. comparat generationem scientiæ, generationi naturali: ergo &c. Præterea tam ex responsione ad dubiũ, quã ex responsionibus ad argumenta in loco præallegato, apparet p̃ S. Tho. loquitur de prioritate temporis. Sed cõtra hoc arguitur: quia sicut est in incomplexis; ita & in complexis: sed apparet, p̃ non oportet prius tempore cognoscere primas propositiones: quàm alias: alioquin prius oporteret addiscere metaphysicam, quàm alias scientias; cum ad illam huiusmodi

Magis uniuersale est, prius notũ nobis priori tate tpis.

Art. 3. add. 1.

modi propositiones pertineant: ergo &c. Respondetur & dicitur primo, p̃ nullus potest perfecte, & scientifice cognoscere alias propositiones: nisi prius cognoscat primas: licet possit eas aliqualiter cognoscere, non prius cognitis primis. vnde & dicitur. 1. Post. p̃ maior propositio prius tempore cognoscitur contradictione. Similiter Euclides præmittit suæ geometriæ propositiones per se notas, tãquam prius tempore cognoscibiles. Dicitur secundo, p̃ non oportet propter hoc metaphysicam prius acquiri: quia licet metaphysica de ipsis determinet disputando contra negantes eas; non tamen determinat de eis demonstrando illas: quia per scientiam non cognoscuntur, sed naturali lumine intellectus. Dicitur. 3. p̃ ad notitiã illarum propositionum; sufficit notitia terminorum per simplicem apprehensionem; quæ potest sine metaphysica haberi.

Sine primarum notitia ppositionũ, aliæ perfecte cognosci nõ possunt.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum dicitur, p̃ philosophus. 1. post. accepit singularia absolute, quæ cognoscuntur sensu. in lib. autem physi. accipit singularia respective. s. minus uniuersalia: unde non est contradictio.

Tex. 3.

Tex. 4.

Ad secundum dicitur primo, p̃ species intelligibiles dicuntur esse primo speciei specialissimæ: quia perfectissimum, quod representant est species specialissima. Dicitur 2. p̃ prius via originis repræsentant intellectui naturã sub ratione magis vniuersalis, quàm sub ratione minus vniuersalis. species enim intelligibilis, causata in intellectu ab indiuiduo hominis, quod est ẽt indiuiduũ animalis, & corporis, prius repræsentat intellectui hominem sub ratione corporis, & sub ratione animalis, quàm sub ratione hominis. Ad argumentum ergo negatur minor, loquendo de prioritate originis: quia il lę prius repræsentant genus, quàm speciem: nec ualet quod dicitur de ideis Platonis; quia naturæ specificæ sunt naturæ determinatæ: non autem naturæ genericæ: ideo posuit Plato ideas specierum; non autem generum: sed non sic est apud intellectum, qui est cognoscitiuus non solum specierum, sed etiam generum.

Ad 3. dicitur primo, p̃ causa naturalis non agit semper in perfectissimũ effectum simpliciter in quem põt; sed in perfectissimum in quem potest pro tunc: sicut cum homo generat hominem; non a principio producit perfectissimum effectum simpliciter; quem potest producere scilicet hominem: sed eum quem pro tunc potest producere, scilicet aliquam dispositionẽ ad hominem. Dicitur 2. p̃ perfectissimus effectus simpliciter, quem possunt procedere causæ intellectionis, est conceptus specici specialissimæ: sed perfectissimus quem possunt primo, secundum ordinem originis producere; est conceptus vniuersalioris: unde maior argumẽti absolute sumpta ẽ falsa.

Perfectissimus effectus dicitur dupliciter.

Ad 4. dicitur, p̃ metaphysica est ultima ordine doctrinæ: quia ea quæ considerat sunt posteriora omnibus, quãtum ad inuestigationem proprietatum, & principiorum eorum in sua abstractione consideratorum, in quo sensu concessum est, minus vniuersalia esse prius nota, quo ad nos: cũ hoc tamen stat, p̃ quantum ad simplicem apprehensionem intellectus; magis uniuersalia sint prius nota, quomodo etiam Metaphysica deberet esse prior

ordine doctrinæ: unde omnes aliæ ſcie rationes terminorum metaphyſicaliũ præſupponunt: poſterius tamen addiſcitur, quia in ea inueſtigantur proprietates eorum, quæ maxime cõmunia ſunt: ulterius de ſubſtãtijs omnino immaterialibus, quæ nobis difficillimè ſunt cognitu determinatur propter quod eſt difficillima.

Ad 5. reſpondetur, q̃ non eſt incõueniens dicere; oportere multum temporis expendi ad cognoſcẽdum diſtincte ſpeciem alicuius ſingularis ei, qui numquam nouit definitionem eius; & numquam conſiderauit prædicata eſſentialia eius. ſi enim aliquis velit incipere ſcire, quid eſt homo diſtincte; oportet, q̃ prius inquirat quid eſt animal; & ſic de alijs prædicatis eſſentialibus: quia non poteſt ſcire quid eſt hõ diſtincte, niſi diſtincte cognoſcendo oĩa eius prædicata eſſentialia: et inde eſt q̃ philoſophi multũ in inueſtigatione quidditatis rerum laborauerunt.

ADDI.

1.p.q.55.ar.3 VNIVERSALE tripliciter ſumitur, pro uniuerſali ante rem, pro uniuerſali in re, & pro uniuerſali poſt rem; ſingularia præcedũt vniuerſalia in eſſe, ſed vniuerſalia præcedunt ſingularia in intelligentia primæ philoſophiæ, auctoritate A-
12.cõ.27.q.12 lex. pro opinione Scoti, uide Antonium Andreæ, pri. meta, & Caie. in libello de ente, & eſſentia in prologo q.pri. & Magiſtrum Chryſoſtomum in tractatu, de tranſcendentibus: & primo contra gentes. Et adde hic multas opiniones, quas
cap.50. auctor cauſa breuitatis reliquit, nam ſi ad antiquos reſpiciamus, conſidera quomodo Plato, Socrates, Pythagoras, & Emp & omnes qui ſcire noſtrum aſtruũt eſſe a natura, & non de nouo, coguntur dicere, nec uniuerſale, nec minus vniuerſale, nec ſingulare eſſe primum cognitum: quia cum hæc a natura inſint, & coæqualiter neutrum prius altero præcognoſci poteſt ab intellectu, ut intellectus eſt; ſed cum dicant noſtrum ſcire eſſe potius reminiſci co guntur dicere magis de ordine reminiſcentiæ, quàm cognitionis; ſi uero reſpicias ad græcos, Themiſtius, Theophraſtus, Eudemus, Simplicius cogun ur dicere intellectui in ſe, nihil eſſe prius notum: quia omnes hi faciunt intellectum ſpeculatiuum eſſe æternum (nam per eos omnia intellecta ſunt æterna, & in æternis nihil eſt prius) iure merito etiam nihil prius, uel poſterius notum eſſe poteſt ipſi intellectui: nam intellectus, ut eſt endelechia totius ſpeciei humanæ, omnia intellecta habet, & nihil ut ſic, ſibi deeſt, & ita ſimul in illo ſunt: atque neutrum in illo dici poteſt altero prius.

Inter Arabes Auicenas primo ſuæ metaphyſi. cap. 6. cns & rem dicit eſſe primo impreſſa in anima, & hoc tenuit Auempace, & Apharabius, Algazel, & multi alii, declarantes ordinem intelligendi eſſe, ut primo intellectus intelligit uniuerſale corpus, deinde animal uniuerſale, ac demum hominem uniuerſalem.

Inter Latinos ſunt quatuor opiniones famoſæ. Prima eſt Burlei, & Burindanæ, primo phy in prologo; & Gregorij Ariminenſis ſent. diſt. 3. q. 3. ar. 2. & Dur. 2. ſent. diſtin. 3. q. 7. omnes iſti affirmant primum ſenſatum, quod eſt ſingulare prius cognoſci a noſtro intellectu: quia hoc eſt illud, quod prius expiſcatur a noſtris ſenſibus. Secunda eſt Marci Antonij Zimaræ in quæſtione peculiari ſua, qui non ſemper ponit unum ordinem neceſſarium ab uniuerſalibus ad particularia, ſed ab his quorum accidentia magis ſentiuntur. unde aliquando uniuerſalia ſunt priora
Tex.31. ut uiuens animal, quàm equus aliquando poſteriora; nam ut dicitur 7. metaphyſi 31. equus, & aſinus habent unum commune genus, præter animal, & id eſt innominatum, hinc noluit Ari. q̃ in genere nõ poſsũt fieri cõparationes, quia in eo

in eo latent æquiuocationes; ſed ſolum in ſpecie athoma: quia ſpecies ſpecialiſsima ſumitur ab ultimo gradu formæ, non autem genus.

Tertia eſt opinio Scoti, & Antonij Andreæ, & Antonij Trombectæ in quæſtionibus ſuis ſuper primũ meta. q. 12. iſti omnis tenent ſpeciem ſpecialiſsimam, & ex conſequenti minus uniuerſale, cuius ſingulare fortius mouet ſenſum, & quod eſt facilioris abſtractionis, hoc prius cognoſcit noſter intellectus, & nõ ens quod habet conceptum ſimpliciter ſimpliceem in uia ipſorum.

Quarta eſt opinio D. Tho. in prologo primi phyſic. & 1. par. & in opuſculo de ente q.85.art.3 & eſſentia in prologo: & hanc ſequuntur omnes ueri philoſophi & theologi, cum ſit germana opinio ar. quòd uniuerſale magis eſt prius cognitum ab intellectu noſtro; cum hoc expreſſe dicat ipſe philoſophus. primo phyſico. quòd ſunt primo Tex. 5. nobis manifeſta, & certa confuſa magis, poſterius autem cognoſcimus diſtinguẽdo diſtincte principia, & elementa, unde in tex. 4. concluſit, quòd ex uniuerſalibus ad ſingularia oportet deuenire, & hæc eſt opinio Auerr. in prologo primi phyſico. ubi habet, quòd uniuerſalia ordine doctrinæ ſunt proponenda particularibus. i. minus vniuerſalibus exiſtentibus ſubeis: propter tres cauſas, tum quia ſunt notiora, tum ut tractatus, & demonſtratio ſit uniuerſalis & ſecundum quòd ipſum, tum etiam ut non fiat repetitio in ſcientia; & tex. 49. primi phyſico. quoque, quid aliud voluit per illa uerba, quando dixit vniuerſale notum eſt, ſecundum intellectum, ſingulare autem ſecundum ſenſum, niſi quòd uniuerſale magis prius cognoſcitur ab intellectu noſtro? utendo etiam argumento Scotiſtarum, ſicuti ſimpliciter ad ſimpliciter, magis ad magis, maxime ad maxime: ſi uniuerſale cognoſcitur cognitione confuſa actuali, quanto erit magis uniuerſale, tanto magis, & prius cognoſcitur.

Ridicula equidem eſt illa opinio exterorum ponentium actum eſſe primum cognitum propter auctoritatem Ar. 9. metaphy. tex. 20. Actus eſt ratio intelligendi, & cognoſcendi; propterea non eſt digna, ut inter tot illuſtres Doct. recẽſeatur.

Quæſtio quarta. vtrum materia ſecundum ſe conſiderata ſit diuiſibilis in partes eiuſdem rationis.

At uero, ſi eſt indeuiſibile, nullum erit quantum, aut quale. Tex. XVIII.



Væritur quarto. Vtrum materia ſecundum ſe conſiderata, ſit diuiſibilis in partes eiuſdẽ rationis: & uidetur, q̃ ſic. Primo quicquid eſt cauſa antecedentis, eſt cauſa conſequentis: ſed diuiſibilitas in partes eiuſdem quantitatis cõſequitur eſſentiam quantitatis; & eſſentia quantitatis cauſatur ab eſſentia materiæ: ergo & diuiſibilitas: ergo diuiſibilitas conuenit prius materiæ quàm quãtitati. Secundo remota quantitate a materia, non corrumpitur materia: ergo remanent omnes partes eius: ſed prius habebat partes eiuſdem ratiõis: ergo & remota quantitate habet illas partes; & per conſequens eſt in illas diuiſibilis.

Tertio ſi materia non eſſet, ſecundum ſe diuiſibilis, hoc haberet ab alio. ſ. a quantitate: ſed hoc eſt falſum: ergo &c. probatur falſitas. Nullum accidens largitur aliquod eſſentiale

suo subiecto: sed diuisibilitas est essentialis materiæ: aliter generatio non posset in infinitum perpetuari, quod est contra phil. 2. de generatione.

Respondeo, ad euidentiam istius difficultatis, primo declarabitur titulus quæsiti. Secundo dicetur ad q̃onẽ.

Aliquid conuenire alicui per se potest intelligi tribus modis.

Quantum ad primum sciendum, primo; ꝙ aliquid conuenire alicui per se; potest intelligi tripliciter: uno modo, quia prædicatur de ipso essentialiter, tamquam existens de definitiõe eius; sicut rationale prædicatur ꝑ se de homine: alio modo; quia est propria passio eius; sicut risibilitas conuenit per se homini. tertio modo; quia conuenit sibi solitarie. i remoto ab eo omni alio, quod non est de essentia eius; sicut dicimus, ꝙ uniuersale secundum se est incorruptibile. Sciendum secundo, ꝙ

Partes sunt duplici differentia.

duplices sunt partes; quædã sunt eiusdem speciei inter se, & cum toto. i. quia idem nomen, & eadem definitio dicitur de eis, & de toto, sicut partes ligni & aquæ: quelibet enim pars ligni est lignũ; et quelibet pars aquę, est aqua: quædam uero sunt partes diuersarum specierum inter se, & a toto: quia non conueniunt in nomine & ratione, neque inter se; neq; cum toto: sicut partes hominis. non enim manus hominis est pes: neque manus est homo. Quæritur ergo: utrum materia secundum se considerata. i. solitarie considerata, & remoto quocũq; alio sit diuisibilis in partes; quarum quelibet sit materia.

Quantum ad 2. Dicunt quidam materiam secundum se, diuisibilem esse in partes eiusdem rationis; & ad hoc

1. phys. trac. 2. cap. 4.

mouentur rationibus supradictis. Albertus autem, tenet, ꝙ materia sola, & uniuersaliter substantia remota q̃titate, non est diuisibilis: quod uerius credo. Pro ista tgitur opinione sciendum primo, ꝙ ponentes quantitatem differre, a substantia, & substantiam secundum se non esse diuisibilem in partes eiusdem rationis; dicunt ꝙ quãtitas suo subiecto dat duo. s. partibilitatem, & extensionem: partibilitas idem est, ꝙ diuisibilitas in partes eiusdem rationis: extensio est distantia unius partis ab alia, & positio earumdem partium in loco. Sciendũ secundo ꝙ partibilitas, et extensio possunt tripliciter accipi. Uno modo pro principio formali, quo aliquid habet partes eiusdem rationis: aut quo partes ab inuicẽ distant; & istud est quantitas: secundo pro esse, quod dat istud principium formale suo subiecto. s. ꝙ esse partibili in plures; aut pro distantia partium: & partibilitas isto modo reducitur ad genus quantitatis: sicut effectus formalis reducitur ad genus suæ causæ. Tertio modo pro relatione quadam; scilicet totius ad partes & econuerso; qua substantia dicitur tota, & partes dicuntur partes: aut pro relatione, quæ est ordo partiũ in loco; aut in toto.

Partibilitas & extẽsio tripliciter considerari põt.

Ponitur itaque ista conclusio, Materia secundum se considerata, nõ est diuisibilis in partes eiusdem rationis. Probatur tripliciter; licet eam Albertus pluribus aliis mediis probet. Primo materia absque quantitate accepta; aut simplex est; aut composita: si simplex: ergo non est diuisibilis, quia diuisibile habet partes in quas diuidi potest: si composita, aut prima compositione; aut secunda: non prima; quia prima est ex potentia & actu; materia autem est pura potentia: nec etiam secunda, quæ est ex subiecto & ac-

Materia secundũ se, cõsiderata non est diuisibilis in partes eiusdem rationis.

& accidente, quia ubi non est ꝓma compositio; non potest esse secunda: eo ꝙ secunda causetur a prima; sicut accidens causatur a substantia: ergo &c. Hæc est primn ratio, quam adducit Albertus. Ad quam respondetur, ꝙ separata materia a quocumque alio: ipsa est composita. Ad improbationem dicitur, ꝙ tres sunt compositiones in genere; & non duæ tãtum. Prima ex partibus eiusdem rationis cum toto, & hæc est in materia prima: alię uero sunt compositiones tactæ in argumento, quæ non conueniũt materiæ nudæ. Sed contra istam responsionem arguitur, sicut se habet ens ad substantiam & accidens; ita compositio ad compositionem substantialem, & accidentalem: sed omne ens est substantia, aut accidens: ergo omnis compositio est aut substantialis, aut accidentalis. & per consequens non potest dari tertia compositio, quæ neque sit accidentalis, neque substantialis. omnis autem compositio substantialis, secundam compositionem præueniens est ex actu & potentia: ergo &c.

Compositio est tantũ duplex.

Secundo arguitur sic. Si materia secundum se considerata, esset diuisibilis, esset quanta: sed hoc est impossibile: quia ipsa esset quanta sine quantitate: ergo &c. probatur consequentia: quia philosophus. 5. Metaphys. definiens quantũ dicit, Quãtum dicitur, quod est diuisibile in ea, quæ insunt.

Tertio. In omni habente partes; necesse est, quòd partes inter se differant: aut ergo illę partes materiæ distinguuntur differentia essentiali: aut differentia accidentali: non differentia accidentali: quia ponimus materiam nullum accidens habere: non etiam differentia essentiali: quia non differunt formis; eo quòd accipimus materiam sine omni forma: non etiam suis materijs: quia conueniunt in principio materiali: ergo nullo modo differunt: & per consequens materia non habet partes. Respondetur, quòd differunt differentijs substantialibus, quæ sunt ipsæmet: & cum dicitur, quòd conueniunt in principio materiali; verum est in specie, sed non in numero. Sed contra istam responsionem arguo. Omnis differentia numeralis materiæ est, aut propter diuersitatem formarum; quia scilicet sunt sub diuersis formis numero: aut propter quantitatem; quia scilicet sunt sub diuersis partibus quantitatis, sed materia non habet formas, neque quantitatem per ypothesim: ergo non possunt illæ materiæ numeraliter distingui.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum quidem dicitur primo, quòd non inconuenit causas esse sibi inuicem causas, ut dicitur. 2. Physicor. in diuersis generibus causarum: sicut quòd unum fit causa alterius in genere causæ efficientis, ut medicina sanitatis: & illud aliud ipsius in genere causę finalis; ut sanitas medicinæ. Dicitur secundo, quòd non oportet id, quod est causa alicuius in quocumque genere causæ prius habere illud in se: sicut licet forma det esse composito, non tamen esse conuenit primo et per se formæ, tamquã subiecto: sed primo, & per se conuenit composito. Secundario uero formæ, ut habetur. 7. metaphys. tex.

27. Di-

Tex. 17. 17. *Dicitur tertio, quòd materia est causa quãtitatis, et diuisibilitatis eius in genere causæ materialis: quantitas uero est causa diuisibilitatis materiæ in genere causæ formalis. Vnde non oportet materiam, prius in se habere diuisibilitatem: unde negatur ultima consequentia.*

Ad secundum dicitur, quòd remota quantitate a materia per impossibile remanent partes materiæ: sed nõ in esse partis integralis; quia de ratione partis inquantum pars; est quantitas. pars enim inquantum pars; est integrans totum quantitatiuum: non integrat autem, nisi ut est quanta.

Ad tertium negatur falsitas consequentis. Ad probationem negatur minor: ad eius probationem negatur consequentia, non enim perpetuatur generatio eoquòd materia secundum se habeat infinitas partes: sed quia cum secundum se sit in potentia ad omnes formas generabiles, & corruptibiles; dum spoliatur una forma recipit aliam, & aliam quantitatem.

ADDI.

NOTA hic unum, quod est notatione dignum, q̃ alia est diuisio entitatiua, & alia quantitatiua: diuisio entitatiua ex contradictione causatur, ut quia, est a, & b, est b, ideo a, & b, sunt duo in entitate distincta, in hoc, errauit uehementer
Com.4. Auic. ut inquit S. Tho. de ipso in 4. primæ philos. quia opinatus fuit, quòd idem esset unum, quod est synonimum enti cum uno, quod est principium numeri, immo sunt ualde diuersa, ut disputat idem D. Tho. contra ipsum Auic, pri. parte. q. 11. art. pri. unum enim, quod est principium numeri est accidens, & est principium numeri prædicamentalis, qui causatur ex diuisione continui, & talis numerus non est nisi in rebus materialibus, & in generabilibus, & corruptibilibus, alius autem est numerus transcendens, & causatur, secundum D. Tho. ex cõtradictione, & partes eius sunt vnitates. quæ sunt eadem cum essentijs rerum: nam unum & ens unam naturam significant, & non distinguuntur nisi ratione, & non addit unum supra ens, nisi indiuisionem in entitate tantum. ut latius scripsit Caie. contra Scotum, super pri p. D. Th. q. 11. ar. 1. alia est diuisio quantitatiua de qua Ar. 5. diuinorum. tex. c. 18. dicebat quantum dicitur, quod est diuisibile in ea, quæ insunt quorum utrumque, aut singulum unum aliquid, & hoc aliquid natum est esse, & de hac diuisione est sermo impresenti disputatione.

Scire etiam debes propter multiplicitatem, ne contingat confusio apud intellectũ, q̃ partes sunt dupplices, subiectiuæ, & integrales, partes subiectiuæ sunt, q̃ sũt sub toto uniuersali, quod quidditatiue, & in recto, prædicatur de ipsis, sicut superius respectu inferioris: & isto modo species sunt partes subiectiuæ generis, & decem genera generalissima, sunt partes subiectiuæ entis, & indiuidua respectu speciei. partes etiam integrales sunt duplices, quædam enim sunt, quæ integrant totã essentiam substantiæ compositæ quarum una non potest naturaliter esse sine alia, sicut materia & forma respectu substantiæ compositæ, & hæ alio nomine partes
Comm.5. essentiales nuncupantur, & ab Auer. pri. physi. dicuntur partes, secundum quatitatem: aliæ sunt partes integrales, eiusdem rationis, quarum quælibet de se apta nata est esse sine reliqua, diuiso toto: & de his partibus intelligo quęsitum; nũ materia, secundum se considerata sit diuisibilis in partes eiusdem rationis, pro præsenti disputatione facit dictum Auer. primo physi. com. 63. materia non denudatur a corporeitate: quia tunc haberet, dispositionem substantialem, & haberet nomen

nomen & definitionem: quod dictum, declarant Auerroistæ stantibus tribus suppositis quorum primum est, materia prima. numquam potest denudari ab omni forma substantiali: secundum est, quòd ad hoc q̃ materia prima recipiat aliquam formam substantialem diuisibilem, aut materialem, oportet quòd sit extensa, aliter non quantum reciperet quantum; tertium est, quòd materia non est extensa, nisi per dimensiones, quæ dicuntur corpus: ex quibus sequitur, quòd si materia prima non esset denudata a corporeitate, non esset extensa, per tertium suppositum, & per consequens non posset recipere aliam formam substantialem, materialem, diuisibilem: quia quælibet forma, substantialis materialis est diuisibilis, & extensa, & per consequens nullam formam substantialem, materia recipere posset, quia non potest stare sine omni forma, & sequitur quòd si materia denudaretur a corporeitate, quòd materia haberet aliquam formam substantialem dantem nomen, & definitionem: stante ergo hac opinione Auerroica, potest pro opinione Alberti (quam hic sequitur auctor) sumi ratio irrefragabilis: quia quantitas cum sit ratio formalis extensionis, & diuisibilitatis, & sicuti sine albedine paries non potest esse albus, ita materia, & per consequens nulla substantia posit esse diuisibilis absque quantitate, & est doctrina D. Thom. prima parte. quæstio. 50. licet non omnia, quæ dicta sunt de mente Auerr. acceptentur a nobis.

Animaduerte tamen, quòd in hac disputatione loquitur auctor naturaliter, & non de potentia Dei (ut quidam uolunt) miscentes diuina cum prophanis, ita asserentes, quòd Deus potest separare omnẽ quantitatẽ a Titio, & Callia, & hinc potest conseruare illas duas materias, absque quantitate continua illarum, sicuti conseruat quantitatem sine substantia panis, & uini, in sacramento altaris: ita posset, & panem absque quantitate conseruare & multos panes, sicut multas quantitates: cum maior sit dependentia accidentis a substantia, quàm substantiæ ab accidenti. sed he non sunt ad propositum cum pertineant ad Theo-
3. par. q. 77. dist. 11. q. 1. De cõse dist. 2. c. species. logos, & est unum de pertinentibus ad fidem nostram, ut patet 3. par. & in 4. sent. Attende etiam ne fallaris, quia hic est sermo de quantitate molis, quæ attenditur secundum longitudinem, & cæteras dimensiones, non autem de quantitate uirtutis, quæ attenditur in perfectione substantię rei, uel operationis ipsius, secundum quam dicimus Deum infinite perfectum, & magnum: hæc enim inuenitur in rebus incorporeis, de quibus non agitatur præsens quæsitum.

Nolo te uelle transire, quin non consideres, quomodo secundum aliquos Thomistas, non inconuenit materiam separari a quantitate, secundum operationem in-
Tex. 69. tellectus, siue in esse cognito, quia licet materia non possit concipi, nisi per analogiam ad formam, ut dicitur primo physic. non tamen cadit in conceptu eius hęc determinata forma, quæ est quantitas: sed loquendo de separatione secundum rem, implicat materiam esse sine quantitate, quia materia non potest esse sine forma, contra Scotum; hanc doctrinam sequitur Ioannes de Ianduno primo physi. q. 9. & Paulus Soncinas. lib. 5. meta. q. 22. & Franciscus Toletus. 1. phy. q. 7.

Quæstio.

Quæstio Quinta. Vtrum totum a suis partibus distinguatur.

Præterea cur si est unum immobile est cur enim, & uniuersum, non perinde, atque pars, quę quidē est unum. Tex. XXV.



Væritur quinto. Vtrum totum a suis partibus distinguatur. & uidetur, quòd non.

Primo si totum distingueretur a suis partibus, aliqua entitate distingueretur ab illis; tunc-que ex illa entitate addita; & illis partibus resultaret aliud totum: aut igitur illud totum distinguitur a suis partibus; aut non: si non: ergo eadem ratione erat standum in primo, si sic: ergo aliqua entitate distinguitur; cum autem illa entitas cum partibus constituat aliud totum, quæritur de illo: aut distinguitur a partibus; aut non: oportet ergo aut, ꝙ procedatur in infinitum in totis; quod est inconueniens, aut ꝙ dicamus totum esse idem, quod suæ partes.

Secundo. Si totum differt a partibus suis; aut differt ab illis seipso toto; aut aliquo sui: si seipso toto: ergo suis omnibus partibus distinguitur a suis partibus. hoc enim significat totum, quod omnes partes: hoc autem contradictionem implicat: si aliquo sui; aut illud est pars totius aut passio; non pars, quia totum non potest differre ab omnibus partibus per aliquā partem, quia tunc illa pars differret ab omnibus partibus; & sic non esset pars: non etiam est passio: quia passio supponit suum subiectum esse: & per consequens distinctionem realem eius ab vnoquoque, quod non est ipsum: ergo &c.

Tertio. Omne absolutum potest separare Deus ab alio absoluto, a quo realiter distinguitur: sed non potest separare totum a partibus: ergo totum non distinguitur a partibus. Dicetur forte, ꝙ maior si habet veritatem; est uera, vbi unum essentialiter non dependet ab altero; ubi autem unum ab altero essentialiter dependet, non est uera: modo sic est, ꝙ totum essentialiter dependet a partibus vnitis, cum ex ipsis eius essentia cōstituatur: ideo non potest vnum ab altero separari. Sed contra, si partes unitæ sunt causa necessaria totius; aut hoc est ratione suarum partium; aut ratione unionis; aut ratione vtriusq; : nō ratione partium; quia tunc positis illis poneretur totum, quod est falsum; quia si ponerentur separatæ, non poneretur totum: non etiam ratione vnionis; quia vnio, cum sit relatio, est posterior partibus & toto; posterius autē non imponit necessitatem priori: nec etiam ratione vtriusque; quia possibile esset intelligere partes vnitas sine toto; quia essent priores toto, prius autem potest intelligi sine posterio ri: ergo responsio nulla.

Vide Cai. de ente, & essentia. c. 5. cōtra Ant. Trōbetā Scotizantem & errātem.

Quarto. Tunc sequeretur, quòd sex essent septem: quia sex includeret sex vnitates, & entitatem qua distinguitur a sex vnitatibus: quæ entitas cum esset etiam vnitas, senarius numerus haberet septem vnitates: & per consequens esset septem.

Tex. cō. 10. *Quinto philosophus secundo de anima dicit, ꝙ animal est anima & corpus. sicut oculus est pupilla & visus. & Auicena. 4. suæ Meta. dicit, quòd homo est anima & corpus; & neutrum per se: ergo totū est suæ partes.*

Vide D. Th. 1. par. q. 76. arg. 8. *Ad euidentiam istius difficultatis sciendum, quòd triplex est totum; scilicet, essentiale; integrale, & uniuersale. Totum essentiale est compositum ex partibus essentialibus, scilicet essentiam suam constituentibus; sicut homo, qui constituitur ex materia, & anima intellectiua. totum quantitatiuum est compositum ex partibus quantitatiuis: quæ scilicet sunt quantæ & integrant quantitatem eius, ut linea quæ componitur ex alijs lineis. totum vniuersale est, quod habet partes subiectiuas, de quibus prædicatur, sicut animal in comparatione ad hominem, bouem, & alias species animalis. Nō est hoc loco qō de toto uniuersali; qa illud non componitur ex suis speciebus: non enim animal componitur ex homine, boue, & alijs speciebus: sed est idem secundum rem cum illis. animal enim in homine est idem ꝙ homo. & similiter in alijs speciebus. sed est quæstio de alijs totis, quæ ex suis partibus componuntur.*

Ad quæstionem ergo tribus conclusionibus respondetur. Prima est, totum tam quantitatiuum, quàm essentiale ab unaquaque suarum partium realiter distinguitur. Probatur ratione philosophi in littera tex. sic, Si totū esset idem cuilibet parti, tunc totum continuum esset indiuisibile. sed hoc ē contra rationem continui, quæ datur in primo cœli, ubi dicitur, Continuum quidem igitur est, quod diuisibile in semper diuisibilia: ergo totum non est idem cuilibet parti, probatur consequentia. Id, quod non habet diuersitatem partiū est indiuisibile: sed si continuum esset idem cuilibet parti, non haberet diuersitatem partiū: ergo esset indiuisibile, minor probatur. Si totum esset idem vni parti; eadem ratione & alteri: quia non est maior ratio de una, quàm de altera: tunc arguitur sic, Quæcumque vni, & eidem sunt eadem, sibiinuicem sunt eadem: sed unaquęque partium est eadem toti per suppositum: ergo partes eędem erūt inter se: ergo in toto non erit distinctio partium.

Totū tā quātitatiuū, q̄ essentiale ab vnaquaque suarum partium distinguitur.

2. *Conclusio est. Totum essentiale; est aliud realiter ab omnibus suis partibus, etiam simul sumptis, probatur primo. Idem non est constituens, & constitutum: sed partes simul vnitę: constituunt totum: ergo partes simul vnitæ; non sunt idem, quod totum. minor videtur ex se nota: quia de ratione partium est constituere totum maior etiam patet: quia idem non constituit se ipsum. Ad istam rationem respondetur; ꝙ licet quælibet pars secundum se considerata constituat totum; non tamen ambæ partes simul sumptæ constituunt totum; sed ut sic vnitæ, sunt idem, quod totum. Contra istam responsionem arguitur sic, Vna pars constituit totum, & similiter altera: ergo ambæ constituunt totum. Valet n. Sor. trahit nauem: & Plato trahit nauem: ergo Sor. & Plato trahunt nauem: ergo falsum est, ꝙ unaquęque constituat: sed non ambę. Si dicatur, ꝙ ualet quidem ista consequētia, ista pars constituit totum: & ista constituit totum: ergo ambæ constituunt totum.*

Totum essē tiale & aliud realiter ab oībus suis partibus simul sumptis.

Universidad de Navarra Biblioteca

tiuum totum diuisim: sed non ualet cõ iunctim: ergo ambę simul vnitæ constituunt totum. Contra arguitur. supponitur enim, primo, quòd partes essentiales rei se habeant, sicut potentia & actus. supponitur secundo, ꝙ nulla huiusmodi pars constituat totũ, nisi vnita alteri parti: nõ. n. forma substantialis causat, aut componit totum: nisi vnita materiæ, neque materia, nisi unita formę: materia. n. non constituit, nisi inquantum recipit formam, nec forma, nisi inquantum dat esse materiæ. Tunc arguitur sic, Materia est causa compositi, ut unita formę, & forma ut unita materię: ergo materia & forma simul sumpta, sunt componentia totum. patet consequentia, qa ex opposito consequentis, infertur oppositum antecedentis. ualet enim materia; & forma simul sumpta, nõ causat totum: ergo materia non causat totum, ut unita formę, & similiter de forma. Confirmatur, quia si sortes non potest trahere nauim; nisi unitus Pla. nec Pla. nisi unitus Sor. inquantũ trahit: ualet ergo Sor. & Plato simul sumpti, trahunt nauim. Confirmatur secundo, Materia non prius causat totum, quàm forma; nec forma prius, quàm materia: ergo simul sumpta causant. Secundo arguitur, si totum non esset alia entitas a partibus: tunc corruptio hominis nõ esset corruptio substantialis: sed hoc est manifeste falsũ: ergo &c. probatur consequentia: nõ enim corrumpitur materia, cũ sit incorruptibilis: non etiam forma; cum & ipsa incorruptibilis sit: nec cõpositum, quia nihil aliud est compositũ per te, quàm materia, & forma; nec alia substantia est in homine: ergo nulla substantia corrumpitur: ergo non est corruptio substantialis. Respondebitur forte, quòd ad hoc, ꝙ sit corruptio substantialis sufficit, ꝙ partes substantiales, quę prius erant vnitę separentur ab inuicem. sed contra, sicut corruptio accidentalis terminatur ad definitionem formę accidentalis; ita corruptio substantialis terminatur ad definitionem alicuius substantię: per separationem autem unius partis ab alia, non definit aliqua substantia, si totum sit idem quod partes: ergo ad corruptionem substantialem non sufficit separatio vnius partis ab alia.

Confirmatur ista conclusio, etiam auctoritatibus Auerrois. nam 2. phy. ponit differentiam inter materiã, formam, & compositum, ponitque formam esse causam compositi: & propter hoc digniorem. Item de anima in solutione secundæ quæstionis principalis dicit, ꝙ ex intellectu & intelligibili verius fit unũ, quàm ex materia, & forma: quia quod componitur ex eis, non est aliquod tertium aliud ab eis, sicut est in compositis ex materia, & forma. 5. quoque metaph. in fine dicit, ꝙ in compositis est natura addita naturę componentium, illud quod fit ex compositione. Item 7. metaph. dicit, ꝙ generatum componitur ex materia. & forma, & est aliud ab eis. In eodẽ quoque cõformiter ad Aristotelis uerba, ponit ꝙ sint aliqua composita: illa scilicet quę sunt unum per se, in quibus ex pluribus cõgregatis fit aliquod additum, quod est aliud a componentibus. Nec valet dicere, ꝙ est aliud ab vnoquoque componentium, non autem ab omnibus simul sumptis: quia etiam in eo, quod est unum per aggregationem tantum; totum est aliud ab vnaquaque partium suarum, non autem ab

Aue. 1. phys. comm. 4. Idé. 3. de anima. com. 6.

Idé. 5. Meta. com. 6.

omnibus simul: & sic nõ differret ab eo, quod est simpliciter unũ, vt commenta. intendit ponere inter illa differentiam. Sed uidetur, ꝙ hæc conclusio ad mentem Commentatoris non sit. Nam. 7. Metaph. expresse dicit, ꝙ in indiuiduo non est substantia, nisi materia & forma particularis ex quibus componitur. Respondetur, ꝙ hæc auctoritas propositum nõ infringit: loquitur enim ibi Commen. ut ex processu apparet de substãtia, ex qua indiuidua substantia componitur. & vult ꝙ vniuersalia quæ de indiuiduis substantijs prædicantur, non sunt indiuiduorum constitutiuæ tamquam ip sorum partes; cum non sint aliud ab ipsis indiuiduis: sed ipsa tantum materia, et forma particularis ipsum indiuiduum tamquam eius partes essentialiter constituunt: huic autem non repugnat, ꝙ ipsum totum indiuiduum ab omnibus suis ptibus distinguatur.

Auer. cõ. 44. 7. Meta.

3. conclusio est, totum integrale nõ est aliud ab omnibus suis partibus, simul sumptis, probatur auctoritate Cõmen. Primo quia. 1. physi. dicit, quòd totum nihil aliud est, quàm aggregatio partium: & in fine commenti cõcludit, ꝙ unaquæque partium dicitur esse aliud a toto: sed omnes insimul non possunt dici esse aliud a toto: constat autem, quòd ibi de toto integrali loquitur. Secundo quia. 4. physi. dicit, ꝙ totum nihil aliud est quàm partes. Tertio quia. 3. cœli. dicit, ꝙ unaquæque partium non est totum: & cõgregatio est totum. Ad ista autem respondetur a quibusdam mentem Commen. esse in locis supradictis; non ꝙ totum non sit alia entitas a partium entitate: sed ꝙ est a partibus simul sumptis, tam actu, quam potentia inseparabile. Sed quòd istud non sit ad mẽtem Commen. facile conuinci potest. Primo enim physi. illa uerba inducit, quę stionem determinando, quam philosophus insolutam dimittit. Arguit enim philosophus non esse tantum vnũ ens: quia si omnia sint unum ens continuũ, sequitur multitudo; tum quia totũ habet multitudinem partium; tum etiam forte propter multitudinem totius & partis; quia videlicet habet dubitationem, utrum totum sit unum cum suis partibus; an distinguatur ab eis: constat autem, ꝙ philosophus loquitur de distinctione totius a partibus: non autem de inseparabilitate ab ipsis: ergo &c. Secundo quia. 4. physi. illud contra Themistium inducit dicẽtem: corpus cœleste esse in loco secundum partes; non autem secundum totum. vult enim sic instare. Si est in loco ratione partium: ergo etiam ratione totius: quia totum nihil est aliud, quàm suæ partes: non ualeret autem sua ratio, si intenderet hoc solum. s. ꝙ totum est a suis partibus inseparabile: starent enim simul, si totum esset distinctum a partibus; sed ab illis inseparabile; ꝙ esset in loco ratione partium; non autem ratione totius. Nam & figura cœli est inseparabilis ab ipso: & tamen non oportet; ut ratione figuræ sit in loco, sed sit in loco ratione totius; aut ratione partium.

Tex. 17. pri. physi.

Per easdẽ rationes patet illã quoque responsionem, quæ dicit, Cõmentatorem intellexisse, ꝙ totum est suæ partes constitutiuæ. i. ꝙ est ex suis partibus constitutum; non esse ad mentem ipsius. nam hic sensus nullo modo suo proposito deseruiret. Potest ad hanc conclusionem adduci ratio: quia sola continuatio partium integralium, vi-

detur constituere totum integrale; & sola totius diuisio illud destruere: non uidetur autem, ꝙ ex sola continuatione aliquorum generetur aliquid ab ipsis continuatis distinctum, quod sit ex illis compositum: neque ꝙ ex sola totius integralis diuisione; aliquid a ptibus distinctum corrumpatur. Sed contra hanc cõclusionem occurrit dubium, sicut enim partes totius essentialis, simul unitæ constituunt totum essentiale; ita & partes integrales totum integrale: sed ex hoc, quòd illę constituunt suum totum; argutum est, ꝙ totum aliud sit ab ipsis: ergo & eadem ratione dicendum erit, ꝙ totũ integrale a suis partibus constituentibus distinguatur. Respondetur, quòd non est eadem ratio de partibus essentialibus, & de partibus integralibus: partes enim essentiales se habent, sicut potentia & actus; ex quibus unitis in quantum huiusmodi habet resultare aliquod tertium; cuius sint causa: partes autem integrales omnes habẽt rationem materiæ; ex sola autem materia non habet constitui aliquod alterum, ab ipsa realiter distinctum; quod rationem habeat totius: ideo licet quælibet pars dicatur cõstituere in ratione materiæ: omnes tamen unitæ non dicuntur aliquid constituere; sed simt ipsum totum coostitutum. Cæterum licet in doctrina. S. Th. indubitatum sit: totum essentiale a suis partibus realiter distingui, ut patet. 3. q. & 3. sent. Idem teneat Scotus. 8. Meta. q. 4. difficile tamẽ est uidere, quomodo inter se realiter distinguantur.

Differẽtia inter partes essẽtiales, & integrales.

Pro declaratione itaque istius, sciẽdum ꝙ aliqua distingui realiter potest tribus modis contingere. Uno modo, quia tota essentia unius est totaliter distincta ab essentia alterius, ita. s. ꝙ unum nullo modo est aliquid alterius, sicut quantitas & substantia. 2. quia unum addit aliquid reale partiale supra alterum: ut homo albus distinguitur ab homine; quia supra hominem dicit albedinem. 3. quia essentia unius ex natura sua habet, ꝙ non sit alterum; licet, illud suam essentiã ingrediatur. Cum ergo dicimus totũ distingui realiter ab omnibus partibus, simul sumptis, non intelligimus primo modo, quasi totum, & suę partes sint res totaliter disparatæ; ita ꝙ partes nõ sint aliquid totius: nõ etiam intelligimus secundo modo, quasi totũ per aliquam partem additam partibus; distinguatur a partibus simul sumptis: sed tertio modo; totum. n. ex natura sua qua est totum habet, ꝙ non sit partes; sed ꝙ sit constitutum ex partibus: homo. n. distinguitur a materia & forma; non quia materia & forma non sint aliquid hominis; nec quia homo ꝙ partiale aliquod additum partibus distinguatur a partibus; sicut homo albus distinguitur ab homine, tamquam addens albedinem supra hominẽ: sed quia homo ex natura sua, qua est talis natura composita; habet ꝙ non sit materia & forma; sed ꝙ sit ex his. nã cum dicimus totũ non distingui a partibus per aliquid additum; hoc potest habere duplicem sensum. unus est, ꝙ totum per nullam omnino entitatem additam partibus distinguatur ab illis; & iste sensus est falsus & impossibilis: impossibile est enim, ꝙ aliquid distinguatur ab altero realiter; & ꝙ per nullã entitatẽ distinguatur. alius sensus est, ꝙ totum non distinguatur a partibus per aliquod additum partibus. s. quod non sit ipsum totum, et iste sensus

In quo sensu totũ essentiale realiter a suis partibus simul sumptis distinguitur.

Totum non distingui ꝙ additũ a ꝙ tribus dupliciter intelligi potest.

Aliqua distingui realiter põt tribus modis cõtingere.

sensus est uerus. Non enim totum distinguitur a partibus per aliquam entitatem, quæ non sit ipsum totum: sed per seipsum ex natura sua, qua hẽt, ꝙ sit tale totum, habet, quod ab ipsis partibus distinguatur. Difficultatem autem in hac re facit; quia cum dicitur distingui totum a partibus; uidetur dici totum esse quandam entitatẽ; omnino aliam a partibus; quæ & ipsas partes excludat. sicut cum dicimus Sor. a Platone distingui. sed sicut dictum est hunc sensum non accipimus. sed dicimus ita totum distingui a partibus; quòd tamen ipsas partes includit, tamquam eam entitatẽ, quæ est totum constituens.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam dicitur, quòd totum distinguitur a partibus per aliquam entitatem; non quæ sit aliud a toto: sed per entitatem; quæ est ipsummet totum. Ad improbationem negatur, quòd ex illa entitate, quæ est totum; & ex ipsis partibus constituatur aliud totum: illa enim entitas est totum, & partes eius ipsum constituunt: unde non oportet procedere in infinitum in totis: procederet autem ratio, si totum supra partes aliquid poneret; quod rationem partis haberet: sed hoc non dicimus.

Ad secundam dicitur, quòd totum potest dupliciter sumi: scilicet cathegorematice, & sincathegorematice. cathegorematice significat compositum, & perfectum ex partibus: sinlibet pars: si ergo sumatur totum cathegorematice dicitur, quòd totũ distinguitur a suis partibus seipso toto. i. sua entitate composita, & perfecta ex partibus: humanitas enim sua entitate, & natura composita ex materia, & forma ab ipsa distinguitur materia & forma: si aũt sumatur totum sincathegorematice dicitur, ꝙ totum distinguitur ab omnibus partibus, nec seipso toto. i. qualibet sui parte, nec aliquo sui, quod non sit ipsum totum: sed seipso toto, accipiendo totum cathegorematice.

Totum qũo cathegorematice, & sincathegorẽatice a partibus distĩguitur.

Ad 3. dicitur, quòd responsio ibi data bona est. Ad improbationem dicitur, quòd est ratione utriusque. i. ratione partium, ut unitę sunt. Ad huius improbationem dicitur, quòd intellectum intelligere unum sine alio potest esse dupliciter; uno modo per primã operationem intellectus: intelligendo scilicet unum; altero non intellecto: sicut si aliquis apprehenderet quidditatem hominis, non apprehensa quidditate risibilis diceretur intelligere hominem sine risibili: alio modo per secundam operationem intellectus; remouendo scilicet unum ab altero per propositionem negatiuam: sicut si aliquis apprehenderet hominem non esse risibilem. Si accipiatur consequens in primo sensu, negatur falsitas consequentis: non est. n. inconueniens, intellectum apprehendere materiam & formam hominis unitas; & non intelligere quidditatẽ hominis: si autem accipiãtur in secundo sensu; negatur consequentia: non enim oportet, si aliquid est prius altero natura ad quod alterũ naturaliter consequitur, ꝙ possit uere intelligi esse sine posteriori saltem suæ naturæ derelictũ; licet apprehendi possit altero non apprehenso: ut est de hoĩe, & de risibili: non enim potest intelligi uere: hominem non habere risibilitatẽ; si suæ naturæ relinquatur.

Intelligere unũ sine alio dupliciter cõtingit.

Ad 4.

Ad 4. negatur cõsequentia. ad probationem posset dici primo: ꝙ entitas totius numeri senarij non est una vnitate numerali; quia vnitas numeralis dicitur tãtum de rebus materialibus: sed est una vnitate transcendente: unde cum alijs sex unitatibus nõ constituit numerum septẽnarium. Sed ista responsio non valet: quia etiam vnitas, quæ est principium numeri est una unitate transcendenti; & non vnitate numerali; alioquin procederetur in infinitum in unitatibus; & tamen constituit, & uariat numerum. Et ideo dicitur secundo, ꝙ in numero est duplex vnitas; vna est partialis, siue rationem partis habens; ea scilicet ex qua componitur numerus; & ista addita, aut subtracta variatur numerus: alia est totalis scilicet entitas ex partialibus vnitatibus resultans; & per istã non variatur numerus. vnde ad argumentum, quo probatur consequentia dicitur, ꝙ licet numerus senarius; includat se. x. unitates partiales, et unã totalem; quæ. s. est ipsum totum; non sequitur, ꝙ sex sint septem: quia numerus accipit variationem solum ex vnitatibus partialibus; non autem ex vnitate, quæ est totum.

Numerus ex vnitatib. partialibus uariatur nõ ex unitate totali.

Prædicatio duplex identica, & causalis.

Ad 5. dicitur, ꝙ duplex est prædicatio: vna identica. s. qua idem significatur per prædicatum et subiectum, sicut cum dicitur homo est homo, aut rationale est animal: alia causalis. s. cum causa prædicatur de effectu; sicut cum dicitur domus est lapides, cementum &c. est. n. sensus, ꝙ domus est composita ex lapidibus cemento, &c. Philosophus ergo, & Auicẽna loquuntur de prædicatione cãli. hõ. n. est aïa et corpus. i. est cõpositus ex aïa et corpore; & similiter aïal: non autẽ de prædicatione omnino identica.

2. de anima tex. 10.

ADDI.

QVIA tres sunt modi compositionis, ut ait Auer. 1. physi. com. 5, compositio speciei ex suis causis; & compositio generis ex suis speciebus; tertia est compositio individui ex suis partibus, additur & quartus modus compositionis, ratione qua partes sunt in dupplici differentia, quia quędam sunt partes essentiales: ut materia, & forma; & quædam sunt partes integrales, propterea dixit auctor, quod est multiplex. totum uniuersale, ut animal respectu suarum specierum, quæ dicũtur partes subiectiuæ, datur, & totum definibile, ut homo respectu generis, & differentiæ; datur, & totum essentiale, ut Bucefalus respectu suæ animę & corporis, & totum integrale, siue quantitatiuum: puta domus respectu parietis, tecti, & fundamenti; datur, & totum potestatiuum, ut anima rationalis continẽs plures virtutes, & facultates. ueluti etiam mistum continens elementa; datur, & totum per accidens, ut homo albus, aliquando totum capitur pro ente perfecto, ut habetur tertio physi. totum est extra quod nihil est, aliquando totum capitur pro omni, ut scribitur 1. cœli ad principium, totum & omne, & perfectum idẽ sunt, unde D. Thom. pri. par. q. 76. art. 8. & apud Dionysium de diuinis nominibus. c. 2. ubi distinguit de toto ante partes, & de toto ex partibus, in presenti disputatione est sermo de toto essentiali, hoc est illud, quod realiter distinguitur a partibus coniunctim, ut habetur in secunda conclusione.

Tex. 64.

Considera quomodo principes huius ꝙsiti fuerunt Auic. & Auerr. Aui tertio libro suę metaph. c. 4. absolute dixit omne totum distingui a suis partibus, & singulis, & coniunctim, ut declarat de denario, Auerr. 1. physi. scripsit nullum totum distingui a suis partibus: sed omne totum esse suas partes coniunctim: hoc patet expresse

Tex. 17.

presse apud ipsum. opinionẽ Auicennæ sequutus est D. Th. 1. physi. in expositiõe. 18. tex. ubi mouet hanc dubitationem an totum distinguatur a partibus, & in 7. metaph. in expositione ultimi tex. quem postea sequutus est subtilis Doctor Scotus. 3. sent. dist. 2. q. 2. & Herueus quolibet. 2. q. 14. ut potes uidere apud Capreolum. 3. sent. dist. 2. Verum inter Thomistas non est æqualis concordia, quia aliqui ex eis tenent, quòd totum non distinguitur a partibus simul sumptis, etiam loquendo de toto essentiali, adducunt sententiam D. Tho. 4. contra gentes c. 51. ubi dicit humanitatem esse materiam & formam simul coniuncta, & pri. par. q. 75. ar. 4. ait hominem, esse corpus & animam simul, item p. 2. q. 13. arti. 1. & huius opinionis uolunt etiam fuisse Græcos: puta Themistium, philoponum Alexãdrũ, Simplicium, Eudemum: immo & ipsummet Auer. quia dupliciter dicũtur partes simul sumptæ uno modo, quo ad omnium collectionem tantum, ut nulla sit excepta; altero modo, quo ad unionem quanda m inter se præter illam collectionem, ut partes simul sumpte dicantur oẽs partes, talem unionem habentes, dicũt modo, quòd S. Tho. intelligit, quòd totum non distinguitur a partibus simul sumptis, 2. modo, & argumenta aduersariorum procedunt, primo modo, quia si totum distinguitur a partibus, simul sumptis quæritur, de illa tertia entitate distincta ab entitatibus partium simul, uel facit compositionem cum illis, uel non, si non ergo homo non est unus per se: sed plura; quia habet substantias nõ cõponentes in se Si uero facit ergo præter cõpositionem materiæ. & formæ est illa cõpositio, quã nullus immaginatur; præterea non est intelligibile, quod aliqua res tertia fiat ex duabus, nisi per mistionem & corruptionem illarum duarum, sicut mistum fit ex elementis corruptis, & colores medii ex extremis: at materia & forma, non miscentur: sed manent unitæ, non ergo intelligi potest; quomodo tertia substantia ab omnibus simul iunctis, & unitis distincta producatur, & sic uolunt; ut D. Th. & tot illustres doctores cõsiteantur illud, quod si superstetissent, non dicerent ppa indubitanter teneas tu, ꝙ totum essentiale distinguitur realiter a partibus simul unitis: quia causæ per se, & essentiales alicuius distinguuntur, essentialiter, & realiter a causato: sed materia & forma sunt per se, & essentiales causæ, simul unitæ, igitur totum realiter distinguitur ab eis simul iunctis; & hoc uoluit Ar. 2. de aïa. tex. 2. ubi distinxit substantiam in materiam, & formam; & compositum, & dixit compositum esse tertium, quod est ex his, hoc uoluit Auer. 3. de anima cõm. 3. in solutione, 2, q. ubi inquit, & est manifestũ, quod materia & forma, copulãtur ad inuicem: ita quòd congregatum ex eis sit unicum: & maxime intellectus materialis, & intentio intellecta in actu: quod. n. componitur ex eis non est aliud tertium aliud ab eis: sicut est in aliis compositis ex materia & forma; quid clarius: nõ ergo ualet glossa de toto essentiali, quod totum ẽ suæ partes, simul iunctæ constitutiuæ, & integratiuæ: licet de toto integrali, hæc glossa uerificari possit, & ad auctoritates. S. Tho. iam respondit auctor in resp. ad sent. quod sunt prædicationes causales, non aũt identice, uel denominatiue, ad illud excerptum in quo exteri dicunt argumenta, quibus probatur totum distingui a partibus, simul sumptis teneri, quo ad collectionem tm, dicimus hoc esse falsissimũ, quia argumentũ de cã, & causato ẽ demonstratiuum, & concludit absolute, ad primã rationem exterorũ, in qua quærunt, si illa tertia entitas facit compositionem cum partibus, uel non, dicis tu, ꝙ facit compositionem, quæ uocatur cõpositio cum his, non aũt compositio ex his: ut docet D. Th. q. 3. 1 par. ad secundã rationem in qua dicunt: non intelligere quo ex materia, & forma fit aliquid tertium, & tamen materia & forma manent, dico, ꝙ hoc non est mirum, quia nolunt intelligere ueritatem, cum Ar. dicat, 2. de anima tex. 6. quare ex materia & forma fiat unum non est quærẽda alia causa: nisi quia hoc est potentia, & illud actus; si ambo essent, & entia in actu concluderet rõ suas; sicut dicit de elementis, & de mediis coloribus ex extremis.

Quæstio sexta. Vtrum infinitum sit ignotum.

At uero, si est indiuisibile, nullum erit quantum, neque quale, neque iam infinitum; quod est sicut Melissus dicit. Tex. XVIII.



Væritur sexto. Vtrũ infinitũ sit ignotũ: & videtur, ꝙ non. Primo continuũ est infinitum; quia est diuisibile in ĩfinitũ, et est notũ: ergo ali quod infinitum est notum. Secundo in intellectu possunt esse infinitæ species: ergo intellectus potest cognoscere infinitum: ergo infinitũ nõ est ignotum. patet prima consequentia: quia intellectus potest cognoscere omnia, quorum habet species. probatur antecedens, In intellectu possunt esse duæ species: ergo in eo possunt esse infinitę species. probatur ista consequẽtia; quia simili modo arguit philosophus.

4. physi. tex. 76. *4. physic. duo corpora possunt esse simul in eodem loco: ergo & quæcumque corpora possunt esse simul in eodem. Respondeo.*

De infinito duplicit cõtingit loqui materialiter & formaliter. *Ad euidentiam istius difficultatis, Primo notanda sunt aliqua: deinde dicetur ad quæsitum. Sciendum itaque primo, ꝙ quia infinitum est quædam natura, cui attribuitur ratio infinitatis; de infinito possumus loqui dupliciter. vno modo de ipsa ratione infiniti: alio modo de eo, cui attribuitur ratio infiniti. ſ. de linea; aut superficie; & huiusmodi, si ponerentur infinita.*

Sciendum 2. ꝙ duplex est infinitũ. ſ. materiale & formale. cum n. materia finiatur per formam; eoꝙ materia an, equam recipiat formam, est in potentia ad multas formas, & cum unam recipit iam nõ remanet amplius in potentia: similiter forma specifica finiatur per materiam, inquantũ forma secundum se communis est ad multa indiuidua; dum autem recipitur in materia fit forma determinata huius rei; potest aliqui dici infinitum dupliciter. vno modo per carentiam termini, qui est forma: & tale dicitur infinitum materiale, idest non terminatum per formam: & hoc modo infinitum secundum quantitatem; dicitur infinitum materiale, tum quia quantitas immediate consequitur materiã, tum etiam, quia terminus quantitatis habet rationem formę eius: punctus n. est quasi forma lineæ finitæ: & linea forma superficiei: & ideo quod est infinitum. i. carens termino quantitatis; dicitur infinitũ materiale: quia est quasi materia sine forma. alio modo potest aliquid dici infinitum, per negationem materiæ terminantis, & limitantis eius esse: & istud dicitur infinitum formale: quia est sicut forma non limitata per materiã. & hoc modo prima substantia quæ est Deus; est infinita: quia suum esse non recipitur in aliquo, ut possit per illud terminari, sed est ipsum esse non receptum in alio. Inter ista duo infinita est differẽtia: quia infinitum materiale habet rationem imperfecti, dicitur. n. infinitum per carentiam formę, forma autem habet rationem perfectiui: ideo

Differẽtia inter infinitũ materiale & formale.

tale infinitum dicitur per carentiã per fectionis. Infinitum autem formale habet rationem perfecti. nam forma non perficitur per materiã, immo magis imperficitur; eoquòd sua amplitudo ad perficiendum plura limitatur.

Infinitũ materiale, siue quãtitatiuũ dupliciter põt intelligi, & cognosci. *vnde tale dicitur infinitum per negationem imperficientis. Sciendum 3. ꝙ infinitum materiale, siue quantitatiuũ posse cognosci, potest dupliciter intelligi. vno modo, quòd cognoscatur per modum infiniti. ſ. numerando una partem post aliam: cum enim de ratione quantitatis sit ordo partium; cognoscere infinitum per modum infiniti; est cognoscere omnes partes eius, numerando unam post aliam: alio modo, quòd cognoscatur per modum infiniti. ſ. quòd eius partes simul cognoscãtur; non autem numerando unam partem post aliam. Aduertendum 4. quòd intellectus noster, si debet intelligere infinitum non potest illud intelligere per modum finiti ſ. simul intuendo distincte omnes partes eius: non enim potest plura simul intelligere, ut dicitur.*

3. de anima. tex. 23. *3. de anima, sed oportet si distincte cognoscere debeat, ꝙ illud intelligat per modum infiniti. i. cognoscendo unã partem post aliam, unamquamque sci licet per se considerando.*

Infinitũ formale est, ſm se, maxime notum. *Quãtum ad ſm ponũtur 4. cõclusiones. prima est, Infinitum formale est, secundum se maxime notum, probatur. Vnumquodque est cognoscibile, inquantum est in actu, ut dicitur. 9. metaph. text. 20. ergo quod maxime est in actu; est secundum se maxime cognoscibile: sed infinitum formale, est maxime in actu, dicitur. n. infinitũ formale per negationem omnis materię, & potentialitatis: ergo est secundum se maxime cognoscibile.*

2. conclusio est, Licet infinitũ materiale; sit secundum se ignotum, est tamen cognoscibile per modum finiti ab aliquo intellectu. prima pars probatur. Id quod secundum se caret forma, est secundum se ignotum: quia per actum unaquæq; res cognoscitur: vnde et materia prima non cognoscitur, nisi per analogiam ad formã: sed infinitum materiale secũdum se caret forma, dicitur enim infinitum materiale per carentiam formæ terminantis: ergo est secundum se ignotum. Secunda pars probatur, Intellectus potest simul intelligere, quæ simul per unam speciem intelligibilem repręsentantur: sed omnes partes cõtinui, quę sunt infinitæ; simul repræsentantur alicui intellectui per unam speciẽ: quia saltem intellectui diuino repræsentantur per diuinam essentiam, quæ est similitudo omnium: ergo saltem ab intellectu diuino potest cognosci infinitum per modum finiti.

Infinitũ per modũ infiniti, a nullo intellectu cognosci põt. *3. conclusio est, Infinitum per modum infiniti a nullo intellectu cognosci potest; idest cognoscendo & enumerando unam partem post aliã, probatur. Quandocumque cognoscitur totaliter aliqua quantitas per partem post partem, aliquando peruenitur ad partem ultimã: sicut si aliquis cognoscit mille homines, prius cognoscendo unum, & post alium, aliquãdo peruenit ad vltimum: sed in cognitione infiniti non potest ad ultimam partem peruenire, cum infinitum non habeat ultimum: ergo infinitum per modũ infiniti, nullo modo cognosci potest. consequentia nota cum minori, & probatur maior. Ex oppositio enim prædicati infertur oppositum subiecti: valet enim non peruenitur ad ultimam par-*

tem quantitatis; cognoscendo vnam partem post aliam: ergo non cognoscitur totaliter.

4. conclusio est, Infinitum materiale est ignotum nobis, etiam per modū finiti. probatur, Intellectus noster non potest simul plura intelligere: ergo non potest simul intelligere infinitas partes distincte. Si autem quæratur, quomodo intelligat philosophus istam propositionem, Infinitum est ignotum, inquantum infinitum est ignotum, arguendo contra Anaxa. dicitur, ꝙ intelligit eam in isto sensu, ꝙ infinitum materiale quantum ad id, secundum quod est infinitum. s. aut secundū quantitatem continuam, aut secundū quantitatem discretam, aut quocumq; alio modo est secundum se ignotum. i. non habens ex se unde cognosci possit, & est ignotum nobis tam per modum finiti, quàm per modum infiniti. Ex quo habetur, ꝙ si principia rerum naturalium sint infinita, erunt ignota nobis, & per consequens res naturales erunt etiam nobis ignotæ.

3. phyſi. tex. 15.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum dicitur, quòd licet continuum habeat infinitas partes in potentia. est tamen finitum in actu, & cognoscitur inquantum est finitum in actu, non autem distincte secundum omnes partes suas, quæ sunt infinitæ in potentia.

Species infinitas nō repugnat esse in intellectu ex pte intellectus, secundū rōnē infiniti. & intellectu a gēte.

Ad 2. dicitur primo, quòd non repugnat intellectui ex se habere infinitas species intellectuales: immo sicut est in potentia ad unam speciem, ita ad infinitas; quia vna non impedit alteram. Dicitur 2. quòd repugnat intellectum habere infinitas species; tum ex ratione infiniti; quia tunc esset infinitum in actu: infinito autem repugnat esse actu (ut dicitur 3. physic. text. 56.) tum etiam quia intellectus agens non potest cum phantasmate producere simul infinitas species in intellectu: sed oportet quòd eas successiue produceret, & infinito tempore; & sic numquam simul essent in intellectu. Dicitur 3. quòd utique valet ista consequentia, Si duæ species possunt esse simul in intellectu: ergo & infinitæ species possunt esse in intellectu, quantum est ex parte intellectus: sed tamen aliunde repugnat infinitas species esse actu in intellectu; vt dictum est; non autem repugnat ibidem esse duas species. Dicitur 4. quòd consequentia facta, & consequentia quam facit philosophus in 4. physic. sunt similes, loquendo ex parte intellectus: nam eadem repugnantia est, quòd duo corpora sint in eodem loco; & quòd infinita. s. quia quātitates æquales, non possumus imaginari esse distinctas; nisi per situs. unde remota est repugnantia, qua ratione duo corpora possunt esse simul, eadem ratione, & infinita. sed posito, quòd duo corpora possibile esset esse simul; adhuc tamen repugnaret infinita corpora esse simul, non ratione corporis: sed ratione infiniti: quia infinitum non potest esse in actu. Similiter in proposito non est maior repugnantia, quòd duæ species sint simul in intellectu; & quòd infinitæ, quantum est ex parte intellectus, & specierum: ideo ista cōditionalis est uera, si in intellectu possunt esse duæ species, eadem ratione, & infinitæ, quantum est ex parte specierum & intellectus. sed cum hoc stat, quòd duæ species sint simul in intellectu; & tamen non possint ibi esse infinitæ propter

pter aliam repugnantiam, ut dictum est. Dicitur quinto, quòd licet in intellectu possint esse duæ species in actu imperfecto, et habitualiter: non tamē possunt ibi esse in actu perfecto. i. ita ꝙ intellectus simul actualiter intelligat per illas species: quia intellectus nō potest simul uti pluribus speciebus intelligibilibus: unde pp multiplicem defectū ratio non cōcludit.

ADDI.

DIGNVM annotatione duximus, cum dicat D. Tho. pri. par. q. 7. & q. 45. ar. 5. ad 3. & q. 86. ar. 2. nihil præter Deum, est infinitum actu, nec potest esse etiam per potentiam Dei, nec secundum essentiam, nec secundum esse, nec secundum uirtutem, nec secundum magnitudinem, nec secundum multitudinem; quod auctor quoque tertio physic. q. sua 6. & 7. hoc asserit, uane uidetur, quòd perquirat hic an infinitum sit ignotum, si non datur infinitum, & non ens, non potest cognosci. pri. poster. tex. 5, nisi dicamus, quòd Auctor quærit hoc, tum propter rationē, quam adducit Arist. in tex. contra Anax. ponentem principia rerum naturalium infinita, & arguit; quia infinitum. Secundum, quòd infinitum est ignotum: quia si est infinitum, secundum magnitudinem, uel multitudinem erit ignotum, secundum quantitatem: si autem est infinitum secundum speciem; puta quod cōstituatur ex infinitis secundum speciem, diuersis, tunc erit ignotum secundum qualitatem: quia id quod est notum apud intellectum comprehenditur ab ipso, quantum ad omnia, quæ ipsius sunt; quod non potest contingere in aliquo infinito. Si ergo alicuius rei principia, sunt infinita oportet ea esse ignota, uel secundum quantitatem, uel secundum speciem; sed si principia sunt ignota, oporet esse ignota eaque, sunt ex principiis: quia tunc arbitramur cognoscere, unūquodque compositum, cum scimus ex quibus, & ex quantis sit; tum etiam, quia infinitum multis modis dici potest, propter uariationem illius dictionis; in, quæ potest negare, aut priuare, aut contrarium ponere, & si negat efficitur infinitum negatiue, de quo dixit philosophus. 3. physi. punctum esse infinitum: quia non est finibile, ueluti dicimus uocem inuisibilem: quia non est colorata, si uero dictio in, priuat, tunc efficitur infinitum priuatiuæ, quod est quantum actu, sine principio, & fine: tamen est aptum finiri, de quo philosophus, multis rationibus probat. 3. physic. non reperiri, & D. Tho. pri. par. q. 7. art. 3. quia nihil in rerum natura esse potest sine terminis, quod sit aptum finiri, nisi forte motus cœli, secundum aliquos Auerroistas, ex 12. primæ philosophiæ, si autem li in, dicat contrarietatem, efficitur infinitum contrariæ, quod quidem est, sine principio, & fine; nec est aptum natum, aliqua ex parte finiri, & hoc dupliciter, aut actu, aut potentia, ut patet de continuo; datur adhuc infinitum, secundum entitatem, sicuti est essentia Dei, datur infinitum, secundum uigorem, ut potentia Dei, de quo D. Thom pri. par. q. 25. & datur infinitum, secundum durationem, ut est cœlum, datur infinitum, secundum indeterminationem, quod est materia prima: propter igitur hanc uariationem, & multiplicitatem infiniti necessariū erat perquirere, num infinitum sit cognoscibile? & determinauit Auctor, quòd infinitum ex parte formæ est secundum se maxime cognoscibile, licet non infinitum ex parte materiæ.

Nota quoque, quod clarior resolutio habetur a D. Tho. ut ostendi in quæstionibus meis metaphysicalibus contra Antonium Andræam, in 2. metaph. quod infinitū non est intelligibile a nobis per se, & quo ad definitionem quid rei, sed bene est intelligibile sub ratione, & definitione, quid nominis, unde non est concedendum ipsum posse. intelligi per speciem propriam, & proprio conceptu ab eo genito, sed per speciem ipsius finiti: seu conceptu genito ab ipsa re finita, ueluti

silentium percipitur ab auditu, sed non per speciem silentij, sed per speciem sonai, quæ primo, & per se repræsentat sonum, per accidens autem silentium: quia ut scribitur, nono primæ philosophiæ eadem est species contrariorum, unius .n. per se, alterius per accidens, sic ergo in uia Thomistica ipsum infinitum non est, per se intelligibile, per rationem, quid rei; sed per accidens, per rationem quid nominis: quia infinitum non per se, continetur sub ente sensibili, quod est per se obiectum intellectus, quod dicitur quidditas rei materialis, igitur non est per se intelligibile, nam obiectum nostri intellectus, ait D. Tho. pri. par. q. 12. est quidditas rei materialis. Adde quòd si infinitum intelligeretur, aut una, aut pluribus intellectionibus, non una: quia una intellectio fit ab una specie, sed infinitum nõ potest per se efficere speciem in intellectu: quia tunc esset in actu; & ita finitum; omne enim, quod est in actu, per eius actum finitur: nec pluribus: quia tunc oportet fingere plures species, & sic plures formæ, & plura accidentia eiusdem speciei possent esse in eodem subiecto, quod est contra Arist. 5. diuinorum. & pri par. q. 12. adducit aliam rationem D. Tho. quia inter obiectum & potentiã debet esse proportio: Sed inter infinitum & inter intellectum finitum, non est proportio, propterea noster intellectus non poterit cognoscere infinitum, quantum uidelicet ad quid rei, sic enim concludunt istę rationes; immo fuit dubitatio, an Deus cognoscat infinita apud Theologos: & multi tenuerunt, quòd Deus scientia uisionis, non cognoscit infinita; quæ opinio est erronea, ut ostendit D. Tho. pri. par. q 14. quia Deus scit cogitationes, & affectiones cordium, quæ in infinitum multiplicabuntur, creaturis rationabilibus permanentibus absque fine, & quia Deus cognoscit per suam essentiam, tamquam per speciem intelligibilẽ, quæ est similitudo sufficiens omnium quæ sunt, uel esse possunt, non solum quantum ad principia cõia; sed etiam quantum ad principia propria; cuiuscumq; rei, iccirco per istam speciem cognoscit infinita etiam, secundum ꝙ sunt ab inuicem distincta nedum scientia simplicis intelligentiæ, sed etiam scientia uisionis.

Quæstio septima. Vtrum cuiuslibet rei naturalis, detur maximum, & minimum.

Igitur infinitum, secundum quòd infinitum ignotũ est, secundum multitudinem quidem.

Tex. XXXIII.



Væritur septimo. Vtrũ cuiuslibet rei naturalis detur maximum, & minimũ, & uidetur ꝙ non. primo si daretur minimum rei naturalis sequeretur, quòd corruptio substantialis non esset terminus alterationis: sed hoc est cõtra philosophũ. 1. de generatione: ergo &c.

Tex. cõ. 18. *probatur consequentia. Accepto minimo ignis diuidatur; tunc arguitur sic: aut partes illæ remanent separatæ; aut non, sed corrumpuntur: si dicatur, quòd remaneant: ergo dabitur minus minimo; quia pars est minor suo toto; hoc autem est impossibile: si dicatur, quòd corrumpantur; & ibi nulla est alteratio precedens: ergo talis corruptio non est terminus alterationis.*

2. omne graue est grauius aliquo; ut dicitur. 4. cœli: ergo non datur minimum graue. patet cõsequentia; quia ex oppositio consequentis infertur oppositum antecedentis: si enim datur minimum graue: ergo non omne graue est grauius aliquo: quia minimum graue non est grauius aliquo, alioquin minimo daretur minus.

1. cœli. cõ. 2. *Tertio continuum omne est diuisibile in infinitum: ergo non datur minimum. Si dicatur, ꝙ continuum naturale est diuisibile in infinitum in partes inexistentes, non autẽ in partes per se existentes, est enim deuenire ad aliquam partem; quæ si diuideretur, partes eius non subsisterent, sed cor-*

Tex. com. 18 *rumperentur, Contra quia philosophus. 5 metaph. definiens quantũ dicit, Quantum uero dicitur; quod est diuisibile in eis, quæ insunt; quorum utrumque aut singulum unum quid, et hoc aptum natum est esse. quæ ultima uerba exponit. S. Tho. dicens, ꝙ ea ponit philosophus ad remouendum diuisionem in partes essentiales, quæ sunt materia & forma: nam neutrum eorum, aptum natum est esse unum aliquid per se: ergo quantum est diuisibile in partes; non solum inexistẽtes; sed etiam per se subsistentes.*

1. de anima. tex. 41. *4. Ignis est augmentabilis in infinitum; ut dicitur. 2. de ãia: ergo non datur maximũ cuiuslibet rei naturalis.*

5. quia dato maximo igne, apponatur sibi aliquod combustibile; tunc quæritur, aut maximus ignis comburet illud combustibile; aut non: si dicatur ꝙ non: contra. Paruus ignis potest illud comburere: ergo a fortiori maximus ignis: si dicatur ꝙ sic, tũc ignis ex conuersione illius combustibilis augebitur; et sic efficietur maior: ergo dabitur maior ignis maximo.

6. Sequitur, quòd dato maximo homine, non posset pinguefieri, neque tumefieri ex percussione; quod est inconueniens: ergo non datur maximũ. Respondeo.

Ad euidentiam istius difficultatis, primo declarabitur titulus quęstionis, secundo dicetur ad quæsitum. Sciendum itaque primo, quòd ens naturale dicitur a natura: dupliciter autem aliquid habet ordinem ad naturã. uno modo tamquam ad sui principium intrinsecum, & essentiale; quia. s. natura est eius principium constitutiuũ; & hoc modo compositum ex materia & forma dicitur res naturalis: alio modo tamquam ad principium a quo fluit; quia. s. consequitur naturam: & hoc modo omne accidens originatum a composito ex materia & forma, dicitur res naturalis. per rem ergo naturalem intelligimus: tam illud quod est compositum ex materia et forma; q̃ illud qđ est accidens compositi ex materia & forma.

Sciendum 2. ꝙ minimum alicuius naturæ est, quo non datur minus secundum quantitatem in tali natura; & maximum quo non datur maius in tali natura.

Quæritur ergo utrũ cuiuslibet rei naturalis detur maximum, & minimum. i. utrum detur aliquid ita paruæ quantitatis, quòd ipso non det aliquid minoris quantitatis in tali natura: & aliquid ita magnum, quòd non detur aliquid maius in tali natura. uer. gra. vtrum detur homo, ita paruus, ꝙ ipso non potest dari minor homo; & aliquis ita magnus, ꝙ ipso non potest dari maior homo.

Non incõuenit aliqd uni repugnare secũdum

Quantum ad secundum notandum primo, quòd non inconuenit aliquid uni re-

unam rõnē & tamen sē cũdũ aſiam conuenier.

vni repugnare, ſecundum unam rationem conſiderato; quod tamen non repugnat ſibi ſub alia ratiõe. uer. gra. eſſe diſciplinæ ſuſceptibilem, non repugnat aſino, inquantum eſt animal; quia tunc nullum animal eſſet diſciplinabile: repugnat tamen ſibi inquantum eſt irrationalis. Notandum 2. q̃ ens naturale, & eſt naturale inquantum habet formam naturalem, & eſt continuum inquantum eſt unitum formæ, quæ eſt quãtitas continua. poſſumus ergo conſiderare ens naturale, inquantum ens naturale: & poſſumus ipſum conſiderare ſolum ſub ratione continui.

De minimo rei naturalis cõtingit loqui dupliciter.

Sciendũ 3. q̃ de minimo rei naturalis poſſumus loqui dupliciter. vno modo de minimo per ſe ſubſiſtenti. ſ. quo non poteſt eſſe minus per ſe ſubſiſtens in tali natura: ut (uer. gra) illud ſit minimum aquæ, quo non poteſt dari minus ſubſiſtens in natura aquæ. alio modo de minimo inexiſtente ſcilicet, quo non eſt minus in toto. ver. gra accepta aliqua tota aqua, illa pars totius aquæ diceretur minima; qua nulla eẽt minor exiſtens in illa tota aqua.

Iſtis notatis ponuntur tres concluſiones, quarum prima eſt, Rei naturalis inquantum continua eſt. i. conſiderata in ea ſola ratione continui, non datur minimum. probatur, Si daretur minimum rei naturalis conſiderata ſola ratione quantitatis: tunc quantitatis etiam mathematice cõſideratę, daretur minimum: ſed hoc eſt falsũ: ergo &c. Probatur cõſequentia: quia conſiderare in re naturali ſolam rõnẽ quantitatis, eſt conſiderare quantitatem mathematice: mathematicus enim conſiderat ſine materia ea, quæ habent eſſe in materia. probatur falſitas conſequentis: quia continuum mathematice acceptum, eſt diuiſibile in infinitum: cum nihil ſit in eo diuiſioni repugnans.

2. concluſio eſt iſta, Non datur minimũ rei naturalis inexiſtẽs. uer. gra. non datur minima pars aquę inexiſtẽs toti aquę: ſed quacumque parte data datur minor exiſtens in tota aqua. probatur ſi daretur tale minimum; ſequeretur q̃ totum naturale eſſet compoſitum ex indiuiſibilibus: ſed hoc eſt falſum: ergo non datur minimum inexiſtens, probatur conſequentia, ſi datur minimum inexiſtens; ſequitur, q̃ illud ſit indiuiſibile: quia ſi eſſet diuiſibile, tunc haberet aliquid minus ſe. ſ. partem, & per conſequens non eſſet minimum: ergo totum naturale reſoluetur ad indiuiſibilia: ſed unumquodque componitur ex his, in quæ reſoluitur: ergo totum naturale componetur ex indiuiſibilibus, falſitas conſequentis patet, ut habetur 6. phyſicorum: quia indiuiſibile additum indiuiſibili non facit maius. Tex. com. 1

Patet etiam ex uerbis Commen. dicit q̃ conuenientia eſt inter mathematicum & naturalem in hoc, q̃ quilibet ponit lineam diuiſibilem in infinitum: ſemper enim diminuitur dicit Comm. ſiue conſideretur, ſecundum quòd eſt in materia, ſiue ſecundum quòd eſt in imaginatione. Auer. 3. phy. com. 60.

3. concluſio eſt iſta, Cuiuslibet rei naturalis datur minimũ per ſe potẽs ſubſiſtere, & maximum. probatur, ad quamlibet formam naturalem conſequuntur determinata accidentia: ſed quantitas eſt unum de accidentibus cõ ſequentibus formam naturalem: ergo cuiuslibet rei naturalis eſt determinata quantitas, & non poteſt minui, nec augeri

Cuiuslibet rei naturalis datur minimum per ſe potens ſubſiſtere, & maximum.

augeri in infinitum. Dicetur forte ad iſtam rationem, quòd concludit quantitatem vniuſcuiuſque indiuidui eſſe determinatam. uer. gra. quantitatem Sortis, ita q̃ non poteſt augeri, nec minui in infinitum, quia ſequitur formã Sortis, quæ requirit determinatam quantitatem: non autem concludit, q̃ in tota latitudine ſpeciei detur maximum & minimum. uer. gra. minimus, & maximus homo. Sed contra, ſicut formam numeralem conſequuntur determinata accidentia, ita formam ſpecificam, non enim poteſt homo habere albedinem lactis, neque figuram quamcumque: ergo non ſolum forma numeralis requirit quantitatem determinatam, ſed etiam forma ſpecifica. eſt enim aliqua quantitas, ita parua, & aliqua ita magna ſub qua non poſſet ſaluari forma hominis.

Scotus 2. ſenté. d. 2. q. 9. 2.

Contra iſtam concluſionem arguitur ex Sco. 2. ſent. ubi etiam habetur argumentum, contra reſponſionẽ ad 3. poſitum in principio quæſtionis. Primo ſic, Partes alicuius totius ſũt eiuſdem rationis cum toto, ſecundum materiam & ſecundum formam: ergo qua ratione poteſt totum per ſe exiſtere, eadem ratione, & quælibet pars eius. 2. partes ſunt naturaliter priores toto: ergo poſſunt eſſe ſine toto, et per conſequens omnes poterunt per ſe exiſtere: ergo non datur minimũ potens per ſe exiſtere. probatur ultima conſequentia. quia non datur minimũ inexiſtens: ergo ſi unaquęque pars poteſt per ſe exiſtere, non datur etiam minimum per ſe ſubſiſtens. 3. quælibet pars habet naturam, ut poſſit eſſe indiuiduum eiuſdem ſpeciei cum toto: ergo quælibet poteſt per ſe exiſtere extra totum. 4. etiam argui poteſt ſic, In motu locali nõ poteſt eſſe minimũ. & tamen eſt, ut forma naturalis: ergo non cuiuslibet rei naturalis datur minimum. maior probatur: quia ſi daretur minima pars motus localis daretur minima magnitudo ſuper quam fit motus: ſed hoc eſt falſum, quia non datur minima magnitudo inexiſtẽs, ut dicit ſecunda concluſio: ergo &c. Ad iſta reſpondetur. Ad primum quidem dicitur, q̃ conſequentia non ualet. nõ enim per ſe exiſtere conſequitur naturam, quocumque modo ſe habẽtem: ſed ſpeciali modo & determinato, id eſt, ut ſtat ſub tanta quantitate: ideo poteſt aliquod totum per ſe exiſtere, & tamen partes ſuæ, per ſe exiſtere non poſſunt. Ad 2. dicitur primo, q̃ ſupponit falſum, ſcilicet quòd totũ integrale ſit aliud a ſuis partibus, cuius oppoſitum dictum eſt ſuperius. Dicitur. 2. etiam illo admiſſo, q̃ prima conſequentia eſt falſa: non enim omne quod eſt prius altero natura, & cauſalitate poteſt eſſe ſine alio, idem uinuoce manens: caput enim, quod eſt pars hominis, non poteſt eſſe ſeparatum ab homine. ſi enim ſeparetur, non erit amplius caput, niſi æquiuoce. Ad 3. negatur antecedens: licet. n. pars in homogeneis, ſit eiuſdem naturæ cum toto: hoc tamen non ſufficit ad hoc, ut poſſit eſſe per ſe indiuiduũ: ſed requiritur, ut habeat quantitatẽ quam ſibi determinat forma ad hoc, ut ſit in actu: hoc autem non cõuenit cuilibet parti exiſtenti. Ad 4. dicitur primo, q̃ motus localis poteſt dupliciter diuidi. vno modo ad diuiſionem mobilis. Alio modo ad diuiſionem magnitudinis, ſuper quam fit motus. Si diuidatur ad diuiſionem mobilis, ſic datur minimum per ſe ſubſiſtẽs, ſicut eſt de

Qõ. 5. com. 3.

Datur minimũ motu i motu locali ſi ad diuiſionem mobilis diuidatur: ſecus ſi. ſi ad diuiſionem magnitudinis.

est de alijs accidentibus, scilicet albedine; aut dulcedine, & sic de alijs: non quòd accidētia sint sine subiecto, sed dicuntur subsistere per se. quia sicut licet existunt separata ab alijs suis pūtibus quantitatiuis. Si autem diuidatur ad diuisionem magnitudinis, super quam fit motus, sic non datur minimum, ut deducebat argumentum. Dicitur 2. quòd si diuidatur per comparationem ad magnitudinem, super quam fit motus; tunc non consideratur, ut forma sensibilis rei, quæ mouetur: sed solum, tunc habet rationem quanti: ideo non sequitur, quòd non detur minimum rei naturalis, si non datur minimum motus: sed quòd non detur minimum quanti, considerata in eo sola ratione quantitatis, qđ concessum est in prima conclusione.

1. phy. te. 36. Confirmatur hæc conclusio auctoritate philosophi. 1. physic. nam hanc arguens contra Anaxagoram. text. 36. expresse ponit. Dicūt autem quidam, quòd philosophus in illo loco voluit, ꝙ est dare minimum corpus per se sensibile de tali specie; ita quòd minus eo per se subsistens de tali specie sentiri non potest: & hoc sufficiebat contra positionem Anaxago. Sed manifeste conuincitur, hanc responsionem nullam esse: quia etiam Anaxagoras hoc ponebat enim in sensibiles partes infinitas; ut dicit philosophus. tex. 34.

1. phy. te. 34. Præterea 2. de anima dicit philosophus, quòd natura constantium omnium terminus est, & ratio magnitudinis. Arguitur etiam auctoritate Commentatoris. dicentis, Si compositum est finitæ, & terminatæ quantitatis, necesse est, ut partes ex quibus componitur, sint finitæ in mensura, & in numero: sed composita sunt finitę quantitatis, & terminatæ: ergo & partes eius sunt terminatæ, & finitæ. Item commento. 37. dicit, Caro enim habet in paruitate magnitudinem terminatam, quam non pertransit: scilicet, quòd non inuenitur caro, habens magnitudinem minorem ista. Item commento. 38. Manifestū est per se, quòd quantitas carnis est terminata in magnitudine, & paruitate. Item. 6. physi. Minimum de omni generato est determinatæ quantitatis. Item 7. physico. Primum motum in igne est minima pars, quæ pōt esse ignis in actu. Sequitur ex ista conclusione, quòd nihil potest agere ad corruptionem partis minimi, quin agat ad corruptionem totius. Si enim ageret in vnam partem corrumpendo eā, & non corrumperetur totum minimum; tunc aliqua pars minimi per se maneret; & sic daretur minus minimo, per se subsistens: & quod dicitur de substantia dicitur etiam de qualitate: nam si daretur in aliquo minima caliditas, non posset aliquod alterans agere ad corruptionem partis illius, quin ageret ad totius corruptionem: & ideo posito alterante sufficienter applicato, in istanti totam illam minimam caliditatem corrumperet, nec repugnat alterationi formæ habentis minimum gradum, vt fiat in instāti pſertim in primis qualitatib.

Auer. 1. phy. cóm. 36. 2. de anima. Tex. 41.

Idé. 6. phyſ. cóm. 32. & 7. phy. com. 2.

Nō pt minimi pr eos rūpi qn totum corrū patur.

Ad argumenta in oppositum respōdetur. Ad primum quidem dicitur, ꝙ generatio est duplex una naturalis, et similiter corruptio, quæ. s. fit per abiectionem dispositionum secundum ordinem a natura institutum, & istā præcedit alteratio: & de hac loquitur philosophus, de qua loquendo negatur consequentia; & ad probationem dicitur

Generatio & corruptio. alia est naturalis, alia uiolenta, & quid utraq.

dicitur, ꝙ diuiso minimo corrumpuntur partes: sed non ista corruptione. Alia est generatio, quæ non est sm ordinē naturæ; & similiter corruptio, quæ non fit per abiectionem formæ, secundum ordinem naturæ, quæ magis dicitur corruptio violenta, quàm naturalis. De hac non loquitur philosophus: vnde negatur falsitas consequentis. Posset secundo dici, ꝙ in tali corruptione partium minimi, diuisio tenet locum alterationis. Contra istam

2. dist. 2. q. 9. responsionē, inquantū dicit, ꝙ partes minimi corrūperētur arguitur ex Sco. ubi supra, Si corrumperentur; quæritur in quid corrumperentur: si dicatur, ꝙ in continens, uel in aliud elementum. Contra; quia tunc non erit ad propositum; quærimus. n. de minimo potenti existere per se, ex ratione intrinseca, hoc est cui per aliquid intrinsecum repugnet minus eo esse. Si autem corrumpantur partes eius in cōtinēs, repugnabit alicui dari minus eo, solum ex ratione extrinseca. s. ratione continentis corrumpentis minus eo: vnde remoto omni extrinseco continenti, aut corruptiuo non corrumpentur partes illæ, & per consequens dabitur minus minimo. Dicitur ad hoc primo, ꝙ si corrumpantur in elementum, uel aliquod continens; talis corruptio non solum est ab extrinseco, sed etiam ab intrinseco: quia. s. formę illius ignis, repugnat esse sub minori quantitate. Dicitur 2. ꝙ casus implicat contradictionem; dum ponit ꝙ remoueatur omne corruptiuum; & ponit esse aliquid diuisiuum carnis. nam omne diuisiuū minimi est eius corruptiuum. 3. dicitur, ꝙ casus est naturaliter impossibilis, ꝙ s. remoueatur omne corruptiuum minimi rei naturalis.

4. cęli. tex. 7. Ad 2. dicitur, ꝙ philosophus nō loquitur ibi secundum opinionem propriam, sed secundum opinionem illorum, qui definientes graue & leue, definiebant solū graue, & leue in respectu: & non graue & leue simpliciter, ut patet ex processu philosophi ibidem.

Ad 3. dicitur primo, ꝙ continuum mathematice consideratum, est diuisibile in infinitum: non autem continuum naturale inquantum naturale. Dicitur 2. loquendo de continuo naturali, ꝙ responsio ibidem data est bona: essentiale. n. est cuilibet quāto, diuidi posse in infinitum in partes inexistentes. i. habere infinitas partes; quarum vna non sit alia: sed non est essentiale quanto in materia existenti, diuidi in partes infinitas per se subsistētes. Ad improbationem illius responsionis dicitur, quòd philosophus ibi definit quantitatem non autem quātum naturale; unde text. comm. 18. habet istum terminum quantitas: ubi tex. nō ster hunc terminum quantum.

5. met. te. 18

Ad 4. dicitur, quòd mens philosophi non est, quòd ignis simpliciter possit augeri ad quācumque quantitatē: immo ipse ibidem dicit, quòd omnium natura cōstantium est determinata ratio magnitudinis, & augmenti. Sed ꝙ cum uellet inferre, augmentationem in rebus uiuentibus non fieri ab

2. de anima. tex. 7. V. de Cæle. 1. p. q. 7. ar. 3. ad dub. Sco.

G igne,

igne, ut aliqui philosophi voluerũt, assumpsit, quòd ignis est augmentabilis in infinitũ. i. potest excedere omnem magnitudinem rei uiuentis, si sibi apponatur combustibile, ex quo sequebatur, quòd si esset causa augmenti, ꝙ perduceret viuentia ad multo maiorem quantitatem, quàm sit quantitas uiuentium. Respondetur 2. ꝙ loquitur Arist. de igne, qui est unus per aggregationem secundum quòd in diuersis materijs, forma ignis introducitur: nam cum aliquod combustibile ignitur, nõ augmentatur ignis præexistens; sed fit unus ignis per aggregationem tantum: & talis ignis augeri potest in infinitum, sicut augeri potest cumulus lapidum per adiunctionem aliorum lapidum: nos aũt loquimur de uno simpliciter; quia unus numero augeri non potest in infinitum; vt scilicet semper vnus numero producatur maior in infinitum: uoco autem vnum ignem numero, qui cõstat ex vna duntaxat materia, & vna forma: non autem, qui aggregatus est ex multis formis ignis, & multis materijs.

Ignis dr vnus dupliciter simpliciter .s. & per aggregationẽ.

Ad 5. dicitur, uel quòd ille ignis non combureret tale combustibile: uel si combureret & conuerteret illud in ignem, tãta quantitas ignis corrumperetur ex alia parte ab influxu cœli; aut ab aliquo contrario sibi applicato, eo quòd natura intendat determinatam quantitatem in elemẽtis. Ad improbationem primæ partis responsionis dicitur, quòd licet paruus ignis combureret; non tamen ille maximus: quia forte repugnaret maximo, eo quòd non posset esse sub maiori quantitate: non autem repugnaret paruo igni. Potest etiam dici conformiter ad prædicta; quòd combureret quidem, & conuerteret illud combustibile in ignem; non tamẽ daretur maius maximo: quia per talem conuersionem combustibilis in ignem; nõ augeretur ignis præexistens; sed alius ignis generaretur: & sic fieret aliqd maius per aggregationẽ plurũ igniũ; non autem fieret aliquid unum simpliciter, quod esset maius maximo.

Ad 6. respondetur primo, ꝙ maximus homo non posset tumefieri ex percussione, propter repugnantiam formæ ad maiorem quantitatem. Respondetur 2. quòd in heterogeneis, licet detur maximum ad quod peruenire possit per naturale augmentum, & ab intrinseco; non tamen datur maximũ, ad quod peruenire possit per uiolentiam, & ab extrinseco: unde talis homo ex percussione tumefieret; & tunc dicitur, quòd non est inconueniens maximo naturali dari maius, & per uiolentiam, & ab extrinseco.

ADDI.

NOTA, quòd cum triplex sit compositio, ut docet philosophus 2. de partibus c. 1. prima compositio est elementorum ex materia & forma; secunda partium similarium, ex elementis: tertia partium organicarum ex similaribus, partes organicæ, & heterogeneæ determinãtur ad maximum, & minimum; quia cum detur terminus agendi & actionum; & actiones proueniunt a partibus organicis, debet etiam, in ipsis dari terminus ad maximum, sub quo maiori non possunt ab ipsis actiones prouenire, & ad minimum sub quo minori non possunt actiones produci presens igitur disputatio, non est de speciebus in quibus est, & cognoscitur maximum & minimum, nec de indiuiduis in quibus est, sed non cognoscitur. in hoc enim omnes philosophi conueniunt, quòd oportet dare minimũ per se existens, & præcipue in heterogeneis; nam Auerroistæ, communiter tenent, quòd entia naturalia determinantur ad maximum, & minimum: datur enim minima pars ignis, minima caro, minimum os, quæ non patiuntur amplius diuisionem: siquidem diuisio minimi est eiusdem corruptio, & quemadmodum datur minimum sub quo minori non potest stare forma naturalis, sic datur maximum, sub quo maiori forma naturalis esse nequit: & sic minimum est constans, ex materia, & forma; ut habet Auer. 3. metaphy. tex. 17. quòd minima pars ignis est composita ex materia, & forma; & minimus calor est terminatus per se, sicut minima forma; & ita est in corporibus simplicibus, sicut in compositis: hoc clarius scribitur 6. physi. commento 9. & 49. & 8. physi. 44. & comm 62. & in multis aliis locis; hanc opinionem sequutus est. D. Tho. ubi supra, & sequuti sunt omnes philosophi, usque ad hæc nostra tempora, & currit per omnes scholas, immo simplicius auctoritate Theophrasti idẽ substinet in hoc primo lib. phy. & quia Theophrastus fuit Discipulus Arist. & oretenus ipsum intellexit, signum ergo est, quòd hæc fuit, & est uera & germana sentẽtia Arist. & præcipue 2. de generatione, ubi habet, quòd ex minima parte aeris producuntur decem partes ignis, propter nimiam raritatem, & primo de generatione cap. ulti. ubi loquitur de mistione, dicit quòd non potest fieri mistio; nisi miscibilia reducantur ad minima, adeo, ut minimũ unius tangat minimum alterius, & dat exemplum de grano ordei, non enim potest misceri cum grano frumenti: nisi fiat farina, & reducantur ad minimas partes. hic ergo locus inficiari non potest, quin omnes dicant de mente philosophi dari minimum in entibus naturalibus, & 8. physi. tex. 23. ubi loquitur de scisione lapidis, & dicit, quòd scisio, & concauatio lapidis fit tota simul. nunc sic quæras a Scoto, & a sequacibus illud totum, quòd simul cauatur, uel habet partes, uel non; si non habet partes, hoc est minimum, quod simul introducitur existens indiuisibile, si habet partes falsum est ergo dicere, quod totum habens partes, simul cum partibus introducatur, quòd est contra Ar. Deinde philosophus, in tempore & in motu, quæ sunt entia successiua adinuenit minima, siquidem in tempore ponit nunc; siue istans 4. physi. tractatu de tempore, & in motu posuit momentum, & quare in continuo, quod etiam est de genere successiuorum. 3. physi. ad principium, non inuenit minimum. aliter esset diminutus, & in lib. de sensu, & sensato. c. 6. ait ꝙ species sensibiles sunt diuisibiles ad diuisionem suppositorum, & deuenitur in ipsis ad minima, quæ resoluuntur in continentia; ut minimus sapor infusus mari, quod clarius ponit primo de gen. c. de mistione de gutta uini, si ponatur in mille amphoris aquæ, immo 8. physico. adeo amplexus est istam opinionem Arist. quòd posuit 44. contex. quod in entibus diuisibilibus deueniendum est ad unum primum, quod est minimum indiuisibile, & 7. politicorũ. c. 4. adeo sibi placuit, hæc opinio, quod loquens de ciuitatibus dixit, ꝙ & ipsæ habent certos limites, sicuti animalia, & plantæ de quibus 2. de anima 41. determinauit oĩum natura constantium. i. uiuentium (quia de istis loquitur ibi) est certus terminus augumenti, & decrementi, & aduerte, ꝙ loquimur modo scrutãdo merita naturæ, quia respectu potentiæ Dei absolutę nulla res habet certum & terminatum limitem suæ magnitudinis, aut paruitatis, ut scripsit D. Tho. pri. par. q. 25. unde imponendum est perpetuum silentium huic quęsito, amplectendo opinionem D Tho. quæ est tot Illustrium uirorum, & reiiciendo opinionem Scoti, qui in hac disputatione sibiipsi aduersatur. tenet. n. ipse in heterogeneis dari minimũ per se existens: quia hæc talia habent determinatam uirtutem, & sic determinatam quantitatem in maius, & in minus. sed homogeneis negat minimum, bonæ Deus, si heterogeneum componitur ex homogeneis, & homogeneis non datur minimum per Scotum, igitur, nec in heterogeneis dabitur contra ipsum Scotum, &

Universidad de Deusto Biblioteca
Bibliotheca Facult. Philosophiae Provinciae Loyolensis S.I.

tum, & contra alios hoc uolentes; deinde 2. de anima, Actus actiuorum recipiuntur in patiente bene dispositio: sed una dispositio est quantitas; si ergo reliquę dispositiones ipsius materiæ sunt determinatæ, igitur, & quantitas ipsa, ut omnibus luce meridiana clarius est.

Quæstio octaua. Vtrum prima principia rerum sint prima contraria.

Hoc autem facere est impossibile, & secundum quantitatem, & secundum qualitatem: secundum quantitatem quidem, quia non est minima magnitudo. Tex. XXXVIIII.



*Q*Væritur octauo. *Vtrum prima principia rerum, sint prima contraria; & videtur, quòd nõ. Primo, prima principia nõ sunt ex aliys; sed prima contraria sunt ex aliys: ergo prima contraria non sunt prima principia. consequentia nota cum maiori: minor probatur; prima contraria continentur sub genere, & sunt ex ipso; eo quòd contraria sunt, quæ maxime distant sub eodem genere: ergo prima contraria sunt ex alio. 2. prima principia naturalium rerum, sunt principia substantiæ, quia substantia est primum ens mobile: sed principia substãtiæ non sunt contraria; quia substantiæ nihil est contrarium, ut dicitur in prædicam: ergo &c. 3. in cælo non sunt principia cõtraria: & tamen cælum est ens naturale: ergo prima principia entium naturalium, nõ sunt contraria. 4. principia rerum naturalium simt simul in eis: sed contraria nõ possunt esse simul in eodem subiecto: ergo contraria nõ possiunt esse principia. 5. ad generationem rei sufficit, quòd vnum sit actiuum; & sit alterum passiuum: & hæc sunt materia & forma, quæ non sunt contraria: ergo non oportet principia esse contraria. Responsio.*

In Cæ. de substantia.

Ad euidentiam istius difficultatis, primo præmittentur aliqua: 2. dicetur ad dubium. Intelligendum itaque primo, quòd duplicia sunt principia rei, scilicet intrinseca & extrinseca: intrinseca sunt, quæ sunt in ipsa re; sicut materia & forma: extrinseca sũt, quę sunt extra rem; faciũt tamen ad productionẽ rei; sicut agens & finis. Loquimur autem hic, & loquitur philosophus in litera de principijs intrinsecis: non autem de principijs extrinsecis. Sciendum secundo, q̃ duplicia sunt principia intrinseca rei. s. principia trasmutationis rei; & principia esse rei: principia intrinseca trãsmutationis rei dicuntur illa, quæ necessario sunt in re; ex eo q̃ transmutatur: & ista sunt materia, forma; & priuatio; ut dicetur inferius. principia intrinseca esse rei sunt illa, ex quibus rei essentia constituitur, sicut materia & forma in compositis ex materia et forma. Sciendum 3. q̃ quia in omni cõ-

Text. 42. & sequen.

Principia intrinseca rei sunt duplicia.

contrarietate, includitur oppositio priuationis & habitus; eo quòd vnum contrariorum semper est deficiens, & imperfectum respectu alterius: ideo contrarietas aliquando accipitur in proprio significato, scilicet, pro oppositione duarum formarum, aliquando accipitur magis extẽso vocabulo; vt etiã nomen cõtrarietatis extẽdatur ad priuatiuã oppositionẽ, vt scilicet, priuatiue opposita dicantur contraria.

Prima principia rerum naturalium sunt prima contraria.

Istis præmissis ponitur cõclusio ista de mente philosophi tex. 42. & in sequentibus, Prima principia rerum naturalium sunt prima contraria: quæ cõclusio intelligenda est de principijs intrinsecis quo ad fieri; & de aliquibus talibus principijs: non est enim verum de omnibus: nam materia & forma, quæ etiam sunt principia, non sunt contraria, cum vnum perfectio alterius sit. Istam conclusionem probat philosophus dupliciter: primo auctoritate, secundo ratione. Auctoritate: quia antiqui philosophi omnes, principia contraria ponebant: illi enim qui ponebant vnum ens immobile, ponebant principia calidum & frigidum, quæ sunt contraria; & calidum attribuebant igni, frigidum vero terræ: illi vero qui ponebat vnum principium mobile dicebant rarum, & densum esse principia; quæ aliquo modo sunt contraria. similiter Democritus ponebat vacuum & plenum: & similiter alia contraria esse principia rerum; vt patet ex philosopho. Sed circa opinionẽ Parmenidis dubiũ est. Si enim posuit vnum ens immobile; nõ videtur quogidum esse principia: iam enim essent plura entia. Sed dicendum vt habe-

Ibidem.

tur. 1. Meta. quòd Parmenides posuit esse vnum solum ens secundum veritatem, & secundum iudicium rationis, posuit autem esse plura secundum iudicium sensus: vnde dicebat, q̃ vnum istorum contrariorum, scilicet, calidũ erat ens secundum iudicium rationis, & secundum veritatem: alterum autem scilicet frigidum secundum rationem, & secundum veritatem erat nõ ens: sed secũdũ iudiciũ sensus erat ens.

1. Met lect. 9. tex. c. 4

Ratio hæc habetur tex. 42.

Ratione vero arguitur sic, De ratione primorum principiorũ sunt tria, scilicet quòd non sint ex aliys; quia si essent facta ex aliys, non essent prima: quòd non sint ex alterutris ideſt, quòd vnũ non fiat ex altero; quia si vnũ fieret ex altero, vnũquodq; esset principiũ, & principiatũ; & sic non essent simpliciter principia: & tertio q̃ omnia sint ex illis; quia omnia sunt ex secũdis principijs; aut ex primis immediate: & si sunt ex secũdis principijs (cũ illa sint ex primis) sequitur q̃ etiã omnia sint, ex primis. Sed ista tria cõueniũt primis cõtrarijs. prima. n. contraria non fiunt ex aliys; eo q̃ sunt prima: neq; fiunt ex alterutris, etsi enim frigidũ fiat ex calido, inquantum id q̃d est subiectũ caliditatis, fit subiectũ frigiditatis; numquã tamen frigiditas fit ex caliditate; ita q̃ frigiditas cõponatur ex caliditate, aut mutetur in caliditatẽ. omnia etiã fiunt ex contrarijs. nam albũ fit ex nõ albo; & nõ ex quolibet nõ albo; quia nõ fit ex scãno; sed ex tali nõ albo, q̃d est nigrũ; aut ex medio. s. rubeo, aut viridi; aut alio colore: similiter musicũ sit ex nõ musico; et nõ ex quolibet nõ musico; sed ex opposito. s. ex immusico. i. quòd est natũ habere musicam, & non habet. item consonans fit ex inconsonanti, & sic

de

de alijs: ergo omnia fiunt ex contrarijs aut ex medijs: & cum media fiãt ex contrarijs; sicut colores medij, ut rubedo & uiriditas; ex albedine, & nigredine; sequitur ꝙ omnia fiant ex contrarijs: ergo contraria prima sunt prima principia. Sed circa istam ratio nẽ sunt duo dubia, primũ est: quia uidetur, ꝙ philosophus contradicat sibijpsi. Dicit enim. 1. physi. tex. 42. & 43. quòd contraria non fiunt ex alterutris: posterius uero tex. sequentib. dicit; ꝙ unumquodque fit ex suo contrario: ista autem contradicunt. 2. dubium est: quia cum corrumpitur homo; tunc fit cadauer pallidum; & tamen tunc nõ fit pallidum ex cõtrario: quia stat, ꝙ homo prius non fuerit niger; aut albus, sed pallidus: ergo nõ oportet unumquodque fieri ex cõtrario; Si dicatur, ꝙ si fuit homo pallidus: non est generatum pallidum, hoc nihil est: nam remota forma substantiali a materia, remouentur omnia accidentia consequentia formam: ergo non potest remanere eadem numero palliditas, in homine & cadauere: ergo oportet, ut nouiter producatur.

Ad primum istorum de mẽte Simplicij respondetur, ꝙ dupliciter potest intelligi aliquid ex alio fieri, uno modo, quia fit post illud: alio modo; quia illud est eius materia, & elementum; sicut lectus fieri ex ligno dicitur. Primo modo, non inconuenit contrarium ex contrario fieri, immo est necessarium: & sic contraria prima ex inuicem fiunt. Secundo uero modo unũ contrarium, non fit ex alio: nõ enim unum contrarium subijcitur alteri ueluti eius materia. 2. respõdetur de mẽte Ammonij; cui prædicta responsio non placet, ꝙ secundum quem sensum dicitur prima contraria non fieri ex alijs; secundum eundem dicitur ea ex alterutris non esse. primum autem dicitur; nõ quia prima nõ fiant ex alijs, tamquam ex subiectis, & permanentibus: sed quia nulla sunt illis priora, & uniuersaliora ex quibus fiant. ideo & secundum dicitur: non quia unum non fiat ex altero tamquam ex materia: sed quia unum altero principalius, & uniuersalius esse non potest: cum æqualis sint uirtutis inter se; & nullum ipsorum plus altero in ratione principij aliquid habeat: cum hoc autem stat, ꝙ alia contraria inferiora ex alijs contrarijs fiant. Videtur autem mihi, hæc Ammonij interpretatio ad mentem Arist. non esse: neque enim secundum eundem omnino sensum intelligendum est prima contraria non esse ex alijs; et non esse ex alterutris: cum ab Aristo. alia & alia horum dictorum assignetur causa. Cãm. n quare non sint ex alijs assignat hanc: quia prima sunt: : quare autem non sint ex alterutris, pro causa assignat: quia sunt contraria. Et si dicatur, ut ipse Ammonius interpretatur, ꝙ per esse contraria intelligit æqualis uirtutis esse: patet ex Aristo processu hoc ad eius mentem non esse. quare Simplicij responsio, melior esse uidetur. Potest etiam dici secundum Aue. ꝙ unũ contrariũ nõ mutatur in aliud. albedo .n. nõ fit ingredo: & tamen subiectum ex uno contrario mutatur in aliud.

Ad secundum dicitur, ꝙ aliquid fieri dupliciter põt intelligi: uno modo primo & per se: alio modo secundario & consecutiue. illud fit primo, & per se, quod est primus; & per se terminus mutationis; sicut Sor. est primus; & per se terminus generatiõis suæ: tunc omne, quod fit ex contrario fit. Sor. enim fit ex non Sorte: & de hoc philosophus intendit, cum dicit omne, quod fit ex contrario fieri. Illud autem dicitur fieri secundario, & consecutiue, quod scilicet principalem terminum mutationis consequitur; sicut omnia accidentia Sortis, cõsequuntur formam substantialem Sortis existentem in materia. & id quod fit isto modo non oportet, ꝙ fiat ex cõtrario. Dicitur ergo, quòd pallidum in exemplo dato fit consecutiue: ideo non oportet, quòd fiat ex contrario.

Sed cum contrarietas aliquando accipiatur proprie: aliquando uero pro oppositione priuationis & habitus, remanet dubium quomodo accipiat philosopus contrarietatem, dũ dicit principia rerum naturalium esse cõtraria.

Albertus. 1. phy. tract. 3. cap. 3.

Circa istam difficultatem aliter sentit Albertus & aliter Commentator. Pro notitia opinionis Alberti, secundum mentem eius. 1. Physi. tract. 3. c. 3. Sciendum primo, ꝙ sicut est de genere, & differentijs respectu speciei constituendæ, ita est de materia; & contrarijs respectu rei constituendæ: per fieri, & moueri secundum naturam. Sciendum secundo, ꝙ genus est generalis forma, quę ideo generalis dicitur, quia est imperfecta & indeterminata; & cum trahitur ad perfectum determinatur confusio eius & communitas, & conducitur ad esse speciei. Verbi gratia animal est generalis quædam natura non determinata ad hominem; aut asinum: sed secundum se indeterminata, & imperfecta: per istam autem differentiam rationale; determinatur ad istam naturam perfectam, & determinatam, quæ est homo.

Sciendum tertio, quòd antequam diuidatur genus per differentias, omnes differentię sunt in eo, in quadã habituali potestate, & confusa non habentes esse distinctum: est enim in genere quidam habitus confusus, qui nihil aliud est, quàm quædam habitualis potestas, qua natura generis continet habitualiter omnes differentias: sicut si diceremus, ꝙ homo habens habitum philosophiæ habet in se quandã habitualem potestatem, qua continet in se potentialiter omnes conclusiones philosophiæ; cum autem actualiter accipiuntur ipsæ differentiæ, dum .s. diuiditur per intellectum genus in differentias, & componitur cum illis, iã distant inter se sub illo genere, quæ prius erant unitæ in illo habitu confuso; & mutuo se expellunt a genere. per hoc enim, quòd una differentia unitur generi actualiter: alia non potest uiri sibi actualiter: cum enim adiungitur animali rationale, sibi non potest actualiter adiungi irrationale. animal enim rationale, non potest esse irrationale: & quia per hunc modum se habent contrariæ qualitates ad subiectum, ꝙ scilicet sunt simul in eodẽ subiecto habituali potestate, sed in actu una expellit alteram a subiecto: ideo differentiæ substantiales dicũtur contrariæ a philosopho. 10. Metaph. tex. 23. Per omnia similiter dicit esse de materia & contrarijs; hoc excepto, ꝙ genus est forma generalis: & materia non est forma, sed subiectum generale. Primo enim materia est subiectum formarum in entibus: & habet in se habitum confusum formarum: qui habitus imperfectus est, & indistinctus; & hic est quædã habitualis potestas, qua materia claudit

10. metaph. tex. 23.

in se

in se omnes formas, si accipiatur materia prima simpliciter; aut plures, vel pauciores, si accipiatur materia propinqua, & appropriata. Secundo ipsæ formæ se habent sub illo habitu confuso; sicut differentiæ sub genere; ita. s. q̃ se expellunt a materia secundum esse suum actuale: dum. n. vna est in materia, altera non potest ibi esse; & propter hoc etiam ipsæ formæ dicuntur contrariæ: sicut & differentiæ substantiales. Tertio materia numquam hẽt eẽ, nisi sub altera formarũ; ideo cum motus conueniat materię, secundum esse; oportet q̃ conueniat ei secundum exitum de contrario in contrarium. i. de una forma, a qua habet vnum esse ad aliam formam, a qua habeat aliud esse. Dicit ergo, q̃ principia rerum naturalium, secundũ fieri, & transmutationem sunt contraria proprie. i. duæ formæ, a quarum vna ad alteram transmutatur materia. Sed aduertendum vlterius secundum Albertum, quòd quælibet formarum existentium in eadem materia potestate habituali: & est contraria alteri: & est priuatio ad illam. Si. n. cõsiderentur illæ formæ, secundum quòd dant esse materiæ actualiter, sic sunt contrariæ: quia dum una est in materia non potest esse altera in ea. Si aũt considerantur, secundum quòd sunt vnitæ in illo habitu confuso materiæ, sic vnaquęq; habet aptitudinẽ ad alterã; secundũ esse, sed deficit ab actuali esse eius: & sic comparatur ad ipsam sicut priuatio. Vnde quòd mouentur adinuicem, habent ex hoc, q̃ vnaquæq; priuatiue se habet ad alteram. Sic. n. tã habent subiectum commune, quàm aptitudinem habitualẽ recipiendi formam oppositam: vnde licet principium motus, sit ab aliquo contrario: tamen contrarium non est principium motus, nisi ut priuatiue oppositũ. Ista declaratio pulchra est, & subtilis: sed non videtur esse ad mentem philosophi. Nam exemplificans, quomodo vnumquodque fiat ex contrario dicit, quòd musicum fit ex non musico, & non ex quocumq; nõ musico: sed ex immusico. Ex quo arguitur sic. Musicus fit ex immusico, & non ex aliqua forma contraria musicæ: sed solum ex priuatione: ergo non omne quod fit, fit ex contrario proprie dicto. tex. enim commen. 66. apparet, quòd philosophus per contrarium intendit priuationem, quam ponit principium per accidens. Ideo alia est expositio Commentatoris cõmento. 43. dicentis, quòd per contraria intelligit philosophus non solum proprie dicta contraria, sed etiam priuationem, & habitum: unde ista sunt verba sua. Intẽdit hic per contrariũ, illud, quod est commune contrarijs, & priuationi, & habitui: & ideo cum induxit exemplum de contrarijs. s. albo, & nigro, induxit aliud exemplum de priuatione, & habitu. Sed aduertendum, q̃ aliter intelligendum est; principia prima esse contraria, & aliter unumquodque fieri ex contrario. in secunda enim propositione accipitur contrarietas, vt est quoddam commune ad contrarietatem propriam, & ad priuationem, & habitum: in prima autem aliter. Nam dupliciter principia possunt dici prima. s. primitate causalitatis, & sunt illa quæ sunt causa omnium aliorum, & ipsa non sunt ex alijs; & sic prima principia sunt forma substantialis, & priuatio sibi opposita: et primitate prædi-

Aue. cõ. 6

Principia dici possũt prima primitate causalitatis & primitate prædictionis.

prædicationis: & sunt illa quæ sunt cõmunia omnibus principijs particularium transmutationum: & ista sunt forma in communi & priuatio. Si ergo loquamur de primis primitate causalitatis; cum dicitur prima principia esse contraria, accipitur contrarietas pro oppositione priuationis & habitus: nam forma substantialis, & sua priuatio sunt opposita priuatiue, si vero loquamur de primis principijs primitate communitatis; tunc cum dicũtur contraria, accipitur contrarietas communiter, vt se extendit ad contrarietatem propriam, & priuatiuam oppositionem.

Sed cõtra istam expositionem, quæ est etiam Auicennæ arguit Albertus. Et Primo sic, vbi Arist. probat nõ solum duo contraria esse principia scilicet, text. commen. 51. ratione vtitur ad hoc, q̃ ad agendum non sufficiunt duo contraria: ergo secundum philosophũ principia sunt agentia: sed priuatio non agit cum nihil sit: ergo priuatio & habitus non sunt illa duo contraria; quæ philosophus dicit esse principia. Secundo cum distincta sint genera oppositorum, quid causæ fuit dicere, principia esse contraria? cum tamen per te principia sint priuatio & habitus.

Ad primum istorum respondetur, quòd non intendit philosophus principia esse agentia: sed vult quod duo cõtraria non sufficiunt ad agendum idest ad transmutationem; & ad hoc vt aliquid agatur et fiat; sed requiritur etiã subiectum; quod transmutetur secundum illa: & cum dicit ibidem quòd vtrumque contrariorũ transmutat aliquid; intelligit, quod vtrumque cõtrariorum est id, secundum quod aliquid transmutatur formaliter; uel quia est forma; vel quia se habet ad modũ formæ; eo quòd denominet subiectum; sicut est priuatio: non quòd ipsa contraria sint actiua.

Ad 2. dicitur, quòd prima principia primitate causalitatis nominauit contraria, cum tamen sint priuatio & habitus: quia consueuimus vti nomine contrarietatis in his, quæ non possunt simul stare. hic autem considerat philosophus prima principia opposita, inquantum se expellunt ab eodem subiecto: considerat enim ea, inquãtum sunt principia transmutationis: ideo illa vocat contraria.

Dicitur 2. quòd cum dicere omne fieri ex contrario, per contrarietatem accipit oppositionem tam contrariam quàm priuatiuam; & omnem vocat contrarietatem, ratione dicta.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum negatur minor: ad probationem dicitur primo, quòd non omnia principia sunt contraria positiue: sed aliqua priuatiue.

Dicitur 2. quòd genus non est principium contrariorũ; eo modo quo cõtraria principia sunt aliorum: contraria enim sunt principia transmutationis rerum: genus autem est principiũ cõtrariorum, vt forma eorum. Et hoc sufficit secundum Albertum ad prima principia scilicet, quòd nõ sint ex alijs secundum illum modum, quo alia sunt ex ipsis.

Dicitur 3. quòd si accipiantur principia prima primitate causalitatis id-est quæ sunt causa omnium aliorum; & ipsa non causantur ex alijs; cuiusmodi sunt forma substantialis, & priuatio sibi opposita, talia principia nõ constituuntur ex genere: quia non sunt

in genere: nisi reductiue: si autem accipiantur prima principia, primitate prædicationis; quæ sunt communia omnibus principijs particularibus omnium transmutationum; cuiusmodi sunt forma, vt continet sub se formam substantialem & accidentalem, & priationem sibi oppositam, talia non cõstituuntur ex genere: quia non sunt in genere; sed circuunt omne genus: in omni enim genere est priuatio, & habitus. Ex quo patet, quòd illa propositio est falsa. s. prima contraria continentur sub genere, & fiunt ex ipso: prima enim contraria, siue primitate causalitatis; siue primitate prædicationis, non fiunt ex genere. Et si dicatur, q contraria habent genus pro principio. dicitur quòd verum est de contrarijs positiuis: sed prima contraria, nõ sunt contraria positiue. prima enim primitate causalitatis. s. forma substãtialis, & priuatio sibi opposita, opponuntur priuatiue pure: prima autem primitate prædicationis. s. forma in communi, & priuatio abstrahunt a cõtrarijs positiue, & a contrarijs pure priuatiue: quia in aliquibus principia, sunt contraria positiue; in aliquibus vero priuatiue, vt dictum est: vnde magis dicuntur genera contrariorum, quam contraria.

Aduertas, tex. quæst. 8. ad quæst. 7. ac tex. 7. ad 6. petinere. & huius 8. q. hic verus est tex. 41. oés igitur cõtraria principia faciunt.

Ad 2. dicitur, quòd principia substantiæ sunt contraria priuatiue, & q substãtiæ licet nihil sit contrariũ positiue (vt intellexit philosophus in prædicamentis) tamen substãtiæ potest esse aliquid contrarium priuatiue: formæ enim substantiali contrariatur sua priuatio.

Quomodo substãtiæ nihil esse contrarium intelligẽdum sit.

Ad 3. dicitur, quicquid alij dicant, quòd cum philosophus dicit principia rerum naturalium esse contraria, loquitur de principijs rerum naturaliũ, quæ transmutantur inquantum transmutantur. Cœlum autem secundum substantiam suam, non transmutatur: quia est ingenerabile, & incorruptibile, vt dicitur. 1. cœli. tex. 20. 21. 22. ideo non oportet principia substantialia cœli esse contraria.

Ad 4. dicitur, quòd principia esse rei sunt simul in re, non autem principia transmutationis rei: modo dictum est contraria, de quibus est hic sermo, esse principia transmutationis; non autem principia esse rei.

Ad 5. negatur maior: nisi enim passiuum esset priuatiuum, forma non posset transmutari ad formam: ideo præter subiectum & formam; oportet etiam esse priuationem formæ in subiecto: dicitur tamen secundo, quòd forma non est actiua: alia est enim causalitas formæ, & alia causalitas efficientis.

ADDI.

ADDE hic quòd prima principia, quę sunt prima contraria, de quibus agit hic philosophus non sunt illa de quibus Ar. 4. metaph. ait, quòd contraria prima ad quæ omnia alia reducuntur a prima philosophia sunt scienda: quoniam ibi philosophus, per prima contraria, intelligit vnum & multa, ad quæ omnia entia reduci oportet propterea in primo phys. tex. 6. inuestigaturus numerũ principiorum naturalium primo posuit diuisionem principij per vnum & multa, sed hic per prima contraria intelligit materiam formam & priuationem, quæ non fiunt ex alijs nec ex alterutris, sed omnia fiunt ex his, & nedum forma & priuatio sunt contraria (vt docet Auctor) in corpore quæsiti, sed etiam materia ipsa potest dici vnum con-

Tex. 6

contrariorum: & ad rationem quæ contra hoc inducitur, quòd vnum contrariorum non est perfectio alterius, dico quòd tenet de secundis contrarijs non autem de istis primis, quia forma est perfectio materiæ: & nihilominus, formæ & materiæ conueniunt proprietates & conditiones primorum contrariorum: siquidem materia non fit ex alijs, cum sit æterna, nec fit ex materia aliqua, uel forma, & priuatione: & omnia naturalia fiunt ex ea, vnde per uitam meam, nescio quare omnes allucinantur, in hoc, negando materiam esse vnum ex contrarijs. nonne etiam videmus, quòd formæ, & materiæ conueniunt, illa quæ dicuntur ab Arist. 2. cœli cõtrariorũ si vnũ fuerit in natura, ergo & reliquum, quoque esse oportet? etsi verũ est, quod materia sine forma esse nequit, sequitur de necessitate, quòd si materia est in rerum natura, igitur & forma. sunt ergo materia & forma contraria ea nempe contrarietate, quæ est secundum conditiones illas tres, quæ competunt principijs rerum naturalium, sed nõ contrarietate priuatiua aut positiua, quia sic propositio hæc, Prima principia sunt prima contraria non est uniuersalis, sed indefinita .s. forma & priuatio sunt contraria: & sic currit communis opinio philosophantiũ. sed quod ego immaginatus sum videbitur consonare satis dictis Ari. in hoc primo phys. vbi assignat leges & attributa primorum principiorum, quod satis etiam corroboratur intuendo id commune, quod apparet omnibus contrarijs. nonne inter ipsa quædam sunt determinantia, quædam determinata? vt per pulchre ostendit philosophus 49. primi phys. assignans quomodo antiqui ponentes principia contraria, asserit quòd conueniebant in hoc quòd eadem dicebant principia secũdum analogiam, quilibet enim in positione propria posuit principia determinãtia & continẽtia alia, & ut Alex. ibi exponit principia determinantia & continentia sunt formaliora: contenta & determinata sunt materialiora nam formę est continere & materiæ contineri 4. phys. & determinatio est a forma primo c. de substãtia orbis. ex his patet etiam tonsoribus & lippis quòd materia & forma sunt contraria modo quo dictum est, supra.

Com. 49

Vis adhuc tutius certificari lege illud quod scribitur 4. meteororũ, & 2. de generatione contrariorũ contrariæ sunt causę: sed materia & forma producunt cõtrarios effectus. ergo & ipsæ erunt tamquam contrariæ causę & sic colligo istam propositionem esse vniuersalem, prima principia naturæ. s. omnia sunt prima contraria; nec te moueant quæ aducuntur in contrarium, quod contraria. s. non contingit esse simul. 10. Metaph. quia si contraria ponuntur, in eodem sequitur contradictoria uerificari, & contraria simul esse, quod nullus intellectus intelligere potest. 4. metaph. & primo de generatione, & corruptione, & pluries primo phys. sexcentis in locis, ait philosophus materiam vnã semper contrarijs supponere oportet, siue transmutetur secundum locum, siue secundum augmentationem, & diminutionem, siue secundum alterationem. & 70. tex. primi phys. colligens philosophus numerum principiorum ait primum quidem igitur dictum est quòd principia cõtraria sunt, posterius autem quod necesse est, & aliud quoddam subiici & esse tria, vnde dicit manifeste quòd materia est subiectum contrariorum, & non contrariatur alicui quia omnis contrarietas est inter duo. Si ergo prima materia est vnum ex contrarijs cui contrariabitur? non formę non priuationi quia eis subiicitur, sequitur quòd ista imaginatio est falsissima & cõtra Arist. & omnes philosophos, sed vnico uerbo hęc omnia & similia concordare de facili potes, dicendo quod verificantur de his, quæ sunt contraria contrarietate priuatiua, vt habitus & priuatio, puta ęcitas & uisio, & contrarietate positiua vt calidum & frigidum, non autem de materia quę est vnum ex contrarijs, illa. s. contrarietate quę est secundum proprietates leges & attributa primorum principiorum. hæc est rei veritas quam nullus inficiari potest, nec appareat tibi hæc ueritas noua philosophia, sed antiquissima & iuxta placita Arist. quę omnibus pręualent cum sint fortiora & potiora, & magis rationi consona, sed tu prudens lector substine vt vis, & ne carpes alios in opinionibus suis.

Quæstio Nona. Vtrum sint tantum tria principia rerum naturalium .s. materia, forma, & priuatio.

Vnde est sicut duo dicenda sunt esse principia, est autem sicut tria. Text. LXIII.



Væritur nono. vtrũ sint tãtum tria principia rerum naturalium .s. materia, forma, & priuatio; & videtur q̃ non.

Primo, quatuor sunt principia aliquarum mutationum naturalium: ergo non sunt tantum tria: antecedens probatur. Cum aliquid mutatur, de albedine in nigredinem, est ibi subiectũ, quod transmutatur, est terminus ad quem .s. nigrum, est non nigrum, quia mutatur de nõ nigro in nigrum, & est album, quia mutatur etiam ex albo in nigrum: ergo sunt quatuor principia.

2. Principia sunt ex quibus omnia sunt: sed non omnia naturalia sunt ex materia, forma, & priuatione, quia accidentia non sunt composita ex materia & forma: ergo illa non sunt principia.

3. Principia, secundum se sunt notiora principiato: sed materia & priuatio non sunt notiora rebus naturalibus, cum materia secundum se sit pura potentia, priuatio autem sit negatio, quorum vtrumque secundum se est minime cognoscibile: ergo materia et priuatio non sunt principia. Confirmatur, quia eadem sunt principia essendi, & cognoscendi: sed materia & priuatio non sunt principia cognoscendi, cũ potẽtia et negatio sint remota ab actu, & vnumquodque cognoscatur inquantum est in actu: ergo non sunt principia essendi.

4. Principia sunt contraria, sicut dictum est supra: sed ista non sunt contraria; priuatio enim & materia, similiter materia & forma non sunt contraria: ergo &c.

Ad euidentiam istius difficultatis, sciendum quòd cum philosophus inquirat hoc loco numerum principiorum, tam essendi quam fiendi, inquirit principia solum eius, quod per naturalem transmutationem producitur .s. eius, quod est primo & per se terminus trãs mutationis: & quia solum compositũ; siue sit compositum ex materia & forma substantiali, siue ex subiecto & forma accidentali, non autem forma per se sumpta, est primo & per se terminus transmutationis. vt dicitur. 7. Meta. ideo inquirit principia rerum naturalium compositarum, non autem principia formarum. Text. 49. sequẽtibus. Tex. 16

Ad quæstionem ergo respondetur quatuor cõclusionibus philosophi, quarum prima est, Non est solum vnum principium rerum naturalium. probatur, Vnum non est cõtrarium sibi ipsi: sed principia rerum naturalium sunt contraria (vt superius probatum est) ergo non tantum vnum est principium rerum naturalium. Text. 49

2. conclusio est, Principia rerum naturalium non sunt infinita: hanc cõclusionem probat philosophus duabus rationi- Text. 50

rationibus inter alias. Prima ratio est ista, Prima principia sunt prima contraria: sed non sunt infinita prima contraria: ergo prima principia non sunt infinita: consequentia nota cum maiori ex supradictis: minor vero probatur. prima contraria simpliciter sunt illa, quę sunt primi generis .s. substantiæ: sed substantiæ sunt tantum duo principia contraria; quia vnius generis est tantum vna prima contrarietas: ergo prima contraria sunt tantum duo; & per consequens non sunt infinita.

Circa istam rationem tria occurrunt dubia. Primum est quid nomine substantiæ intelligatur, cum dicitur, quòd substantia est unum genus. Secundum est, Quæ sunt illa prima contraria primi generis. Tertium est, Quid generis nomine significetur hoc loco.

Quid nomine substãtiæ intelligatur: cum dicitur substãtia est vnũ genus. text. 50

Quantum ad primũ respondet Alexand. nomine substantiæ, forma materialis, siue potius compositum ex forma et materia intelligitur: in hoc enim solo genere, substãtiæ cõtrarietas inuenitur; non autẽ in omni substantia. Simplicio vero placet, ut nomine substãtiæ nõ illud genus accipiatur, quod generibus entium est condiuisum: sed tota natura mutabilis, de qua hoc loco loquitur Aristot. & cuius principia quærit: Contrarietas enim formæ & priuationis, non in solo genere substãtię: sed etiam in generibus accidentiũ, quę mutationem suscipiunt inuenitur. Sanctus vero Tho. absolute ipsum genus substantiæ, videtur noẽ substãtiæ intelligere. Licet enim Aristo. principia tantũ substantiæ mobilis, siue mutabilis inquirat, ad probandum tamẽ, quòd illa non sint infinita, efficax medium est, quòd in genere substãtię; vna tantum sit prima contrarietas, quæcũque sit illa: quia constat quòd si ipsius totius generis substantię; est vna tantũ prima contrarietas, particularium generum substãtiæ, nõ erũt infinita principia prima, quæ sunt prima cõtraria. Posset autem opinio Alex. & S. Tho. cum opinione Simplicij concordari, dicendo, quòd dupliciter possumus intelligere contraria esse prima .s. primitate dignitatis, & perfectionis: & primitate communis prædicationis. si de primitate dignitatis & perfectionis loquamur, sic vera est opinio Alexãdri, & S. Tho. quibus & Ammonius subscribere videtur. Nam sicut genus substantię, est primum inter omnia genera; dignitate, & perfectione: ita et prima eius contrarietas, primis aliorũ generum contrarietatibus est prior, & hanc primam substantiæ contrarietatem, primo inuestigat Aristo. secundario vero contrarietates in aliis generibus inuentas. Nec obstat Simplicij ratio contra Alexan. inquientis, quòd tunc erit tantum vnum primum genus entis, non autem decem prima genera. dicitur enim quòd vtique est tantum vnum primum genus dignitate & perfectione: sunt autem decem prima genera primitate prędicationis, quæ .s. non recipiunt in recto alicuius superioris generis prædicationem. Si vero de primitate communis prędicationis loquamur, opinio Simplicij vera erit: sic enim prima contraria, quæ de contrarietate omnium generum mutabilium prędicantur erunt contraria naturæ mutabilis absolute, & in communi, non autem huius determinati generis, quod est substantia: & ideo nomine substantię, non primum genus intelligemus; sed materiam mutabilem absolute.

Quę sint prima contraria primi generis.

solute. Quantum ad secundum tenet Syrianus, quòd prima contraria sunt excessus & defectus: ad hanc enim differentiam omnium contrarietatem reduci ait. Sed licet verum sit in omni genere, hanc excessus & defectus contrarietatem inueniri: non loquitur tamen Arist. de hac contrarietate hoc loco, vt ex eius processu manifestè apparet. Alex. vero & Simplicius dicunt, quòd per primam cõtrarietatem Arist. contrarietatem formæ & priuationis intendit: hæc enim primo in natura materiali corruptibili inuenitur. S. Tho. cõcordare cum Alexandro, & Simplicio videtur. Nam quod dicit hoc loco, primam contrarietatem cuiuslibet generis esse primarum differentiarum, per quas diuiditur genus, declarat exponendo tex. 68. inquiens, ꝙ oppositio formæ et priuationis in omni mutatione inuenitur: & quòd formę substantiales non sunt contrariæ, licet differentiæ substantiales cõtrariæ sint secundum quòd vna accipitur cum priuatione alterius, sicut patet de animato & inanimato.

S. Tho. tex. com. 68

Quid generis nomine Arist. intelligat text. 50

Quantum ad 3. nomine generis accipit Syrianus prædicamẽtum: in quolibet enim prædicamento (ait) vna prima contrarietas inuenitur. Ammonio placet, ut nomine generis accipiamus, nõ id quod vere & proprie genus est, sed ipsum primum subiectum: morem enim Arist. aitesse, vnamquamque subiectam naturam genus appellare. Nam sicut circa numerum contrarietas paris & imparis consideratur, & circa superficiem contrarietas lenis et asperi: ita circa subiectam substantiã contrarietas formæ & priuationis: & sicut numerus a pari & impari distinguitur; semper tamen cum altero illorum inuenitur, ita & substantia, quæ est subiectum ad formam & priuationem se habet. Simplicio videtur, quòd nomine generis naturæ cuiusque communitas sit accipienda. Sic enim naturam mutabilem, vnũ genus dicere possumus: sicut diceremus naturam intelligibilem, ingenerabilem, & immaterialem, omnino vnum genus esse. Quid vero sentiat. S. Tho. in expositione non explicatur: sed ex his quæ dicit interpretando Arist. rationem, videtur cum Syriano atque cum Simplicio (qui videntur melius Aristotel. mentem hoc loco interpretari) conuenire. Nam (vt ait Simplicius) quomodo nomen generis pro subiecto, & materia possumus hoc loco interpretari, cum nondum ostenderit Arist. oportere esse aliquod tertium principium contrarijs subiectũ, sed paulo post, hoc sit ostensurus.

Secunda ratio est ista, si principia sunt infinita, cum principia sint cõtraria, oportebit omnia cõtraria esse principia: sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas consequentis dupliciter. primo, Prima principia sunt prima contraria: sed non omnia contraria sunt prima cõtraria, cum quædam sint causata ex alijs, sicut dulce & amarum ex calido & frigido, humido & sicco: ergo &c.

2. Prima principia non fiunt ex alterutris (vt dicitur tex. 42.) & etiã patet ratione, quia principia oportet semper manere: illa autem quæ fiunt ex alterutris non semper permanent, eo quòd vnumquodque fit ex alio, & corrumpitur in aliud: sed aliqua contraria fiunt ex alterutris, vt amarum ex dulci, et albũ ex nigro: ergo aliqua cõtraria non sunt prima principia.

Ad

Ad euidentiam istius rationis notãda sunt tria. Primo, quòd vbi litera nostra habet ex alterutris. litera commen. habet ex alijs: & est tex. græco

Auer. c8. 60 conformis; & sic exponit Commentator volens, quòd ideo aliqua contraria non sunt prima principia, quia sunt ex alijs, vt sapores aliqui ex amaro & dulci; & aliqui colores ex albo & nigro, prima autem principia non fiunt ex alijs.

Sciendum 2. saluando text. antiquæ translationis; quòd scilicet aliqua contraria fiant ex alterutris (vt exponit S. Tho.) hoc nõ cõtradicit ei, quod superius dixit Arist. dum dixit, ꝙ prima contraria non sunt ex alterutris, eo quòd sunt contraria, vbi videtur velle, quòd nulla cõtraria fiant ex

Tex. 42 alterutris. Si enim sumantur solæ formæ contrariæ sine subiectis; tunc non fiunt ex alterutris: non enim caliditas fit ex frigiditate, & hoc modo intellexit tex. commen. 42. si autem sumantur contraria simul cum subiectis; tũc fiunt ex alterutris: ex albo enim fit nigrum; & hoc modo intellexit in ista ratione.

Text. 50 Aduertendum tamen circa istam declarationem; quæ est. S. Tho. quòd si ly ex, importet ordinem solum, vt sit sensus vnum fieri ex alio; ideſt post aliud; tunc iuxta superius dicta de mẽte Simplicij, vna forma contraria potest fieri ex alia; eo modo quo fieri potest competere formæ: caliditas enim fit ex frigiditate ideſt post frigiditatẽ in subiecto, quod prius habebat frigiditatem, & postea accipit caliditatẽ. Si autem ly ex, denotet causalitatem; denotando s. id cui additur transmutari in aliud; tunc vna forma contraria non fit ex alia: non enim frigiditas fit ex caliditate ideſt, caliditas non trãsmutatur in frigiditatem; aut eius materia fit & subiectum: sed bene frigidum fit ex calido; quia quod prius erat calidum, efficitur frigidum: accipit ergo S. Tho. istam præpositionem in secundo sensu.

Sciendum 3. quòd istam propositionem. Principia oportet semper manere, Alexander (vt Simplicius refert) dicebat primo ad hunc sensum, debere intelligi; quòd prima scilicet principia sunt sempiterna: quia si fierent etiam corrumperentur, & consequenter ea, quæ ex illis fiunt: & sic aliquando deficeret generatio nullo existente, ex quo aliquid fieret. addebat autem & Platonis rationem, hanc s. si fierent, ex principijs fierent: hoc autem esse non potest: quia tunc non essent prima principia. dicebat tamen 2. quòd principiorum quædã sunt, quę præexistunt, & ista ingenerabilia sunt & sempiterna secundum numerum; sicut primum efficiens et materia: quædã vero sunt, secundum quæ fit generatio & corruptio, scilicet contraria, & ista non sunt secundum numerum ingenerabilia, & sempiterna. Dicebat 3. quòd tantum prima principia sunt sempiterna; non autem principia proxima. Dicebat 4. quòd ipsa principia contraria, si in singulari accipiantur, non sunt sempiterna sed corruptibilia: sed si in vniuersali accipiãtur, tamquam communissima, sub quibus omnia contraria continentur, priuatio, scilicet & forma, sic sunt sempiterna: vniuersalia enim incorruptibilia sunt.

Sed contra hanc Alexandri interpretationem, arguit Simplicius. primo contra tria prima eius dicta simul, Contraria secundum te sunt ea,

secun-

Tex. 50

secundum quæ fit generatio & corruptio; & taliæ secundum numerum non sint sempiterna: sed philosophus dum induxit, quòd principia oportet semp manere; de principijs, tamquam de contrarijs est locutus: ergo illud eius dictum, non est ad hunc sensum intelligendum, quòd ipsa principia sunt sempiterna. 2. contra quartum eius dictum, Illud dicens philosophus, intẽdit aliquid proprium primis principijs dicere: sed ꝙ principia prima in vniuersali sint incorruptibilia, in singulari vero corruptibilia, non est illis proprium, sed omnibus contrarijs conuenit: nõ enim sola forma & priuatio in vniuersali est incorruptibilis, sed etiã albedo vniuersalis, & nigredo vniuersalis: ergo non est sensus verborũ Aristo. ꝙ prima principia in vniuersali sũpta, sint sempiterna. 3. contra totam positionem arguit. Philosophus demõstrare intendit (vt ipse Alexander exponit) esse vnam primam contrarietatem: sed ad hoc nihil cõfert, quòd principia sint sempiterna: non.n. si sint sẽpiterna, iam sunt duo: ergo &c.

Respondet autẽ ipse Simplicius de mente Ammonij, ꝙ principia oportere manere semper, sempiternitatẽ hoc loco nõ significat: non enim intẽdebat Aristo. demonstrare, hæc principia ingenerabilia esse, & incorruptibilia: sed quomodo secundum ipsarum mutationem, generatio fit & corruptio: sed significat, quòd oportet in omni re generabili & corruptibili, quæ transmutatur inueniri, aut formam, aut priuationem: aut potius vtrumque: vnumquodq; enim formam habet, & priuationem illius formæ, in quam natũ est transmutari: album enim habet albedinem, & nigredinis priuationẽ. Hoc autẽ istius primę cõtrarietatis est proprium: ideo hoc ipsum induxit Aristo. tamquam causam, quare alia posterio ra contraria, nõ sunt naturaliũ rerum principia: nulla enim aliarum contrarietatum, in omni re naturali inuenitur: neque enim naturalia omnia alba sunt; neque omnia nigra: sed bene in omnibus est forma, in sempiternis quidem sola, in generabilibus autẽ et corruptibilibus simul cũ priuatione; non eiusdem quidem formæ: sed oppositæ, in quam potest transmutari. vnde hoc loco, ly semper, non temporis sempiternitatem, sed vniuersitatem demonstrat. Et est simile, sicut si diceremus materiam primam semper manere, nõ autem materiã secundam: quia prima in omnibus rebus materialibus inuenitur; non autẽ secunda. Quomodo autem S. Tho. dictam propositionem intelligat non apparet, cum ipsam nõ ponat. Fortasse.n. tex. suus illam non habebat: sed si in suo tex. erat, videtur eam intelligere ad sensum Alexandri .s. quòd oportet prima principia ingenerabilia esse. Nam cũ proposita hac propositione, Fiunt alia contraria ex alterutris, deberet Aristo. subsumere; prima principia nõ fiunt ex alterutris, ea prætermissa ipsius probationem adduxit .s. ꝙ principia oportet semp manere. nam si sempiterna sunt principia; constat ꝙ ex alterutris non fiunt: hanc autem .s. principia nõ fiunt ex alterutris (vt clarior esset ratio) assumpsit. S. Tho. Sed attendendum sequendo S. Tho. expositionem, & eius tex. ꝙ illam propositionem; principia non fiunt ex alterutris; & hanc, principia oportet semper manere, nõ accipit philosophus tamquam verã, sed tamquã a quibusdam antiquorum philosophorum

Propositio illa principia, oportet semper manere, quo sit a thomistis sumenda.

rum concessam: licet enim verum sit; ꝙ priucipia non fiant ex alterutris, si sine subiectis sumantur; non enim albedo conuertitur in nigredinem; si tamẽ cum subiectis sumantur est falsum: nã id quod est album, fit postea nigrum: quidam tamen philosophorũ dicebant verum esse, ꝙ contraria nõ fiunt ex inuicem, etiam coassumendo subiectum: vnde Empedocles negabat elementa fieri ex inuicem. Non est autem incõueniens, quòd philosophus vbi disputatiue procedit, vtatur propositionibus ab alijs concessis; contra quos arguit: licet in se veræ non sint. Vbi autem veritatem huius rei determinat, oppositũ dicit: nam tex. 60. hoc principiũ, quod vocat subiectum & materiam, a principio quod oppositum vocatur, distinguit per hoc, ꝙ ipsum in transmutatione manet; non autem oppositum. et sic non est verum; quòd prima principia, quæ sunt prima contraria sint sempiterna.

3. conclusio est, Tria sunt principia rerum naturalium. Ad hanc conclusionẽ philosophus inter alias; duas adducit rationes; quarum prima est.

Tex. 51

Prima principia sunt, ex quibus alia fiunt: sed ex solis contrarijs nõ possunt alia fieri: ergo oportet oponere aliud principium: cõsequentia nota cum maiori, & probatur minor. Si ex contrarijs solis possent fieri res; hoc esset, ꝙ vnum transmutaret reliquum: nõ possumus.n. imaginari, quòd ex duobus cõtrarijs fiat aliquid, nisi aut vnum trãsmutet reliquum; aut ambo transmutẽt aliquod subiectum: si ergo ex contrarijs solis fiat aliquid remoto omni subiecto: hoc erit, quia vnum agit in reliquum: sed hoc est impossibile (nõ enim raritas nata est conuertere densitatẽ in aliquid) ergo ex solis contrarijs, nõ potest aliquid fieri. Sed circa hanc rationem dubium occurrit. videtur.n. ꝙ philosophus velit principia, quæ posuit esse cõtraria, esse formas actiuas; eo ꝙ vult ea (si sola sumuntur) nõ posse agere in se inuicẽ; & si sola contraria essent principia, ꝙ vnum transmutaret alterum. ex hoc.n. videtur velle, ꝙ ipsa contraria simul cum subiecto agãt in se inuicem; tum etiã quia vult ea aliquod subiectum transmutare. et sic videtur, ꝙ priuatio, & materia nõ sint principia; cum non sint formæ actiuæ; cuius oppositum superius est ostensum. Respondetur ad hoc dupliciter, Primo ꝙ quia causa agens apud nos est magis, quam aliæ causæ manifesta; ideo utimur actionis nomine ad causalitatem causæ cuiuslibet significandã: & dicitur, quòd agere contingit dupliciter: uno modo effectiue eo modo quo dicimus domificatorem facere domũ, alio modo formaliter: sicut dicimus, ꝙ albedo facit parietem albũ .s. sicut forma ad quam consequitur esse album. Prima ergo contraria sunt actiua, & transmutatiua subiecti; non effectiue sed formaliter: ideſt sunt formæ secundum quas subiectum transmutatur: & hoc modo priuatio agit in subiectum, quia scilicet se habet ad modũ formæ; eo ꝙ denominat subiectum: vnde negatur philosophum velle prima contraria, esse formas actiuas proprie.

Agere dictum dupliciter.

Posset secũdo dici, ꝙ philosophus uult arguere a maiori, admittendo, ꝙ sensit contraria, quæ accipit in ista ratione, esse formas actiuas. Vult enim arguere sic, Si contraria sufficiunt ad generationem, maxime essent contraria propria, q̃ sunt actiua: sed hoc non est: ergo nullo modo principia cõtraria sufficiunt.

ficiunt. ex hoc autem nõ tollitur, quin priuatio sit principium. Secunda ratio est ista, Si prima contraria sufficiunt, ad esse rerum naturalium, sequitur ꝙ omnia principia sint accidẽtia: sed hoc est impossibile: ergo &c. probatur cõsequentia, Vna substantia non est contraria alteri: si ergo omnia principia sint contraria; sequitur ꝙ omnia sint accidentia. Falsitas probatur, Si prima princip a sint accidentia; sequitur ꝙ aliquid sit prius primis principijs; nam subiectum est prius accidentibus: sed hoc est inconueniens: ergo &c. Sed uidetur, quòd philosophus sibijpsi contradicat: dixit enim superius, ꝙ in genere substantiæ est una prima cõtrarietas; hic autem dicit, ꝙ vna substantia non est contraria alteri. Sed dicendum, quòd loquitur philosophus secundum opiniones philosophorum, qui dicebant omnes formas esse accidentia: vnde sequebatur omnem contrarietatem inter accidentia esse: superius autem loquebatur secundum ueritatem, in substantia enim est contrarietas secundum oppositionem priuationis, & habitus, non autem secundum propriã rationem contrarietatis, quæ est oppositio formæ ad formam. Quomodo autem sit contrarietas in substãtia, latius dicetur in quinto.

Tex. 55. Quarta conclusio est, Non sunt plura prima principia, quàm tria. ad hãc arguitur duabus rationibus. & primo sic. Quod potest fieri per pauciora superfluum est, si fiat per plura: sed posita vna contrarietate, et vno subiecto, generatio rerum potest compleri, nam ad patiendum, sufficit vnum principiũ materiale, et duo termini, qui sunt duo contraria: ergo nõ sunt plura principia tribus. Notandum est secundum

Com. 52. Comment. ꝙ ideo natura non agit per plura, quod fieri per pauciora potest; quia si natura ageret pluribus principijs, quàm oporteat, ageret otiose: hoc autem non est attribuendum naturæ. Qui enim potest sanare modica actione inquit Commen. ille aget actione artificiali: si autem laborauerit actione maiori, otiose faciet, & superflue: & ita est de natura, sicut de arte.

Secundo arguitur sic, Si plura sunt prima principia quàm tria, oportet esse plures primas contrarietates, prima enim principia sunt prima contraria, cum suo subiecto: sed hoc est falsum; quia est vna sola prima contrarietas, scilicet quæ est primi generis quod est substantia: ergo &c.

Materia: forma: & priuatio dupliciter possunt accipi primo vt sunt propria principia substantiæ. secundo vt sunt cõia omnibus predicamẽtis.

Pro maiori euidentia istarum conclusionum, sciendum primo iuxta prædicta, quòd materia, forma, & priuatio, possunt dupliciter accipi: vno modo vt sunt de genere substantiæ, accipiendo s. materiam primam, quæ est subiectum formarum substantialium; & formam substantialem, & priuationem illi oppositam: alio modo, vt sunt communia omnibus predicamẽtis, accipiendo materiam pro subiecto formarum, siue substantiales sint, siue accidentales; & formam pro forma, siue substantialis sit, siue accidentalis, & priuationem similiter pro priuatione formæ, quæcumque sit illa. Si accipiamus ista primo modo; tunc prima principia sunt prima primitate causalitatis: sunt enim causa omnium aliorum; & de his maxime inquisiuit philosophus, & locutus est; dum concluſit numerum principiorum naturalium, & illa manifestauit tex. 69. quia substantia est primum ens naturale. Si autẽ accipiamus ista principia secundo modo;

dò; tunc sunt prima primitate communitatis: prædicatur enim de principijs omnium transmutationũ. nam in omni transmutatione, est substantiã forma, & oppositũ: & de ista locutus est philosophus, dum ostendit vniuersaliter in omni trãsmutatione esse tria principia. Tex. 60.61.62.

Sciendum secundo, ꝙ materia, forma, & priuatio, de genere substantiæ dicũtur esse causa principiorũ omniũ aliorum generũ: non ꝙ habitus principietur ab habitu, & priuatio a priuatione; sed secundũ ꝙ dicit Albertus: quia principia ista sunt causa substantiæ cõpositæ; principia autem aliorum generum principiãtur, & causantur a substãtia composita in triplici genere causæ .s. materialis, finalis, & efficientis: subiectum n. contrarietatiũ accidentalium, sicut albi & nigri; calidi & frigidi, non est materia, sed potius compositum; quod quidẽ est causa accidentiũ: in genere quidem causæ materialis, inquantũ sunt ipsa, sicut in subiecto: in genere vero causæ finalis, inquantum imperfectũ ordinatur ad perfectũ, sicut ad finem: in genere autẽ causæ efficientis, inquantum consequuntur substantiam compositam, cum producitur. dum n. producitur Sor. producuntur oĩa accidentia eius: vnde Sor. est causa ipsorum accidentium consecutiue.

Sciendum tertio, ꝙ si accipiamus principia de genere substãtiæ, illa sunt tria secundum genus principiandi: priuatio n. est principium per accidens, materia principium per se tamquam subiectum, forma principiũ ꝑ se tamquã terminans mutationẽ. Si autẽ accipiamus illa principia vniuersaliter, sunt tria etiã secundũ analogiam; forma. n. ꝑ prius dicitur de substãtiali, q̃ de accidẽtali: et similiter priuatio et materia.

Ad rationes in oppositum respõdetur, ad primam dicitur primo, ꝙ antecedens est falsum, & ad probationem, negatur consequentia: dicitur. n. ꝙ nigrum est priuatio; & non albũ aliquo modo; licet non sit pura priuatio. Dicitur secundo, ꝙ philosophus assignat principia necessaria transmutationis, & huiusmodi sunt materia, forma, & priuatio. siue enim fiat aliquid ex contraria forma siue non, semper tamẽ fit ex priuatione: quia in contrarijs includitur oppositio priuatiua, inquantum vnum contrariorũ est deficiens respectu alterius: non autem semper fit aliquid ex contraria forma: sed aliquando ex priuatione pura. & hoc est ꝙ intendit philosophus tex. 68. dum dicit, ꝙ alterum contrariorũ erit sufficiẽs facere absentia, et præsentia mutationem. Licet ergo in motu sint quatuor principia, accipiendo contrariũ, et priuationem pro duobus; tamen illa quatuor non sunt necessaria omni mutationi; sed sunt tantum tria necessaria, scilicet materia, forma, & priuatio.

Ad 2. dicitur, ꝙ accidentia in abstracto non sunt res naturales, de quibus loquitur hic philosophus: inquirit enim principia rerum, quæ producuntur per transmutationẽ; forma autem non producitur proprie, sed compositum ex subiecto & forma: ideo non oportet formas, siue substantiales, siue accidentales cõponi hmõi principijs.

Ad 3. dicitur primo, ꝙ principia ꝑ se sunt secũdũ se notiora principiatis, non autem principia per accidens, cuiusmodi est priuatio. Dicitur 2. ꝙ non omnia principia sunt notiora; sed solũ illa, quæ in sua essentia dicunt aliquem actum: materia autem secundũ se nullum includit actum, ideo non est notior

compositō. Dicitur 3. ꝙ licet materia secundum se considerata, nō sit notior, quia nec sic est causa compositi secundum tamen ꝙ consideratur sub forma, & est in actu, est notior, quia vt sic nō est in pura potentia. & secundum istū modum, est causa cōpositi: vnde eo modo, quo est principium eſſendi, est etiā principium cognoscendi aliquo modo. Ad confirmationem dicitur primo, ꝙ non omne principium essendi etiam ꝑ se, est principium cognoscendi: sed solum quod in sua essentia includit aliquem actum. Dicitur 2. ꝙ etiam materia est principium cognoscēdi aliquo modo; vt stat sub actu. Dicitur 3. ꝙ priuatio nō est principium essendi per se, sed per accidens, vt declarabitur in quæstione sequenti.

Ad 4. dicitur, quòd non omnia principia sunt contraria: sed solum duo scilicet forma, & priuatio, vt superius est ostensum.

ADDI.

NOTVM est apud omnes peripatheticos, quòd tria sunt principia rerū naturaliū quo ad fieri siue generari, sed quo ad rem factam & genitam sunt duo, & hæc talia non oportet vt fiat notiora principiatis, vt tangitur in responsione ad tertiū, quia per illa principia quæ sunt notiora principiatis ego intelligo principia complexa, ꝙ sunt propositiones immediatę & per se notę in sciētia naturali, de quibus solet fieri hęc distinctio: principia cognitionis sunt in duplici differentia, quædam cognitionis tantum, quæ sunt ex effectibus rerum naturalium, & sunt propositiones euidentes per se, quo ad nostram primam cognitionem naturalem, ut motū esse, & pluralitatem entium esse, & mobilia esse: quædā sunt principia cognitionis & esse simul, & istæ sunt propositiones per se notæ ex causis, quæ sunt euidentes quo ad naturam vt plura entia habere in se causas motus & quietis, nam quid est habere in se causam motus, nisi naturam quæ est principium motus & quietis, & de istis propositionibus tenet vniuersaliter propositio, principia sunt notiora principiatis, sed non tenet vniuersaliter de principiis in complexis præcipue de priuatione & materia qa cum materia multis nominibus nuncupetur, secundum nullum illorum potest dici principium cognitionis: dicitur enim materia yle, subiectū, massa, origo, elementum, dicitur quoque sylua, mater, fœmina, turpe, chaos: dicitur materia quia in ipsam resoluitur res, vt in alterum principiorum componentiū, dicitur yle inquātum ipsa existens indistincta susceptibilis est plurium formarum & communiter eam sic nominant poetæ, dicitur subiectum pro quanto substinet formam, dicitur massa prout ipsa de se indistincta existens diuersificat in diuersas species per diuersas formas substātiales, dicitur origo pro quanto ab ipsa incipit rei constitutio sm̄ quem modum est priuationi immista, a qua sm̄ intelligitur separata bene est principium essendi sed non fiendi, dicitur elementum quia ipsa est prima in constitutione & ultima in resolutione, dicitur sylua pro quanto ipsa habilis est ad omne artificiale ædificium sm̄ formas diuersas artificiales & per diuersos artifices, dicitur mater quia ex ipsa quasi pariendo per uirtutē agentis educitur forma, dicitur fœmina quia ipsa imperfecta existens perfectibilis est per formam sicut fœmina per uirum, dicitur turpe per metaphoram in illis in quibus dicitur, quòd actu non habent habitū virtutis sed apta nata sunt habere, dicitur chaos quia in ipsa veluti in quodā chao potentialiter confunduntur omnes formæ, vnde cum secūdū omnia ista nomina materia dicatur principium contingentiæ & contradictionis, non potest aliquo

modo

modo dici principium cognitionis hinc ualeat Scotus asserens materiam ex se habere actum entitatiuum sine forma & Greg. Arimi. 2. sent. dist. 12. q. 2. ponit habere actum existentiæ sine forma. Nam si non potest esse principium cognitionis, quomodo ergo habebit actum, licet actu sit substantia ens, & reliqua prædicata trā scendentia non tamen est dicendum ꝙ sit actus, quia hoc modo est forma, nec est in actu quia sic vocabitur subiectum prout est sub forma: valeat etiam Franciscus Tholetanus primo phys. q. 13. vbi ponit materiam habere actum imperfectum & sic videtur Scotizare.

Attende etiam circa illam propositionē, principia oportet semper manere, ꝙ uerior glosa est si ꝑ permanētiam intelligimus, nō quācumque sed permanentiam in conditionibus principiorum, quia oportet semper manere intransmutabilia, quatenus i qualibet trāsmutatione nō fiūt, neq; trāsmutātur ex aliis, neq; ex alterutris. &c.

Quæstio Decima, Vtrum priuatio sit principium per accidens, distinctum a materia.

Sed hoc differt plurimum, nos quidem enim materiam & priuationem alteram dicimus, sed horum hanc quidem non esse secūdum accidens materiam, priuationem autem per se nō esse. Tex. LXXIX.



Quæritur Decimo, Vtrū priuatio sit principiū per accidens distinctū a materia, & videtur ꝙ non.

Primo non ens non potest esse principium entis: sed priuatio est non ens, quia est negatio. ergo priuatio non est principium.

2. principia rerum naturalium, simul sunt in re naturali: sed priuatio nō est in re naturali cum forma: adueniēte .n. musica in subiecto, nō est amplius in subiecto priuatio musicę: ergo &c.

3. si priuatio est principium, hoc est Te. 60. & 66 *quia coniungitur subiecto, vt dicit Philosophus: sed ista ratio nō sufficit; quia potentia materiæ, & aptitudo eius ad formam, sunt in materia, & tamen nō ponuntur principia: ergo nec priuatio propter hoc debet poni principium.*

4. si priuatio esset principium per accidēs, posset esse trāsmutatio sine priuatione; quia quod per accidens inest, contingit nō ineſſe: sed hoc est falsum & contra Philosophum ostendentem, Te. 43. & 44. *quòd omne quod fit, fit ex opposito, & omne quod corrumpitur, corrumpitur in oppositum: ergo &c.*

5. si priuatio esset principiū, sequeretur quòd a priuatione ad habitū eundem numero, regressus fieret: sed hoc est contra Philosophum in 2. de generatione: ergo &c. probatur consequentia: qa corrupta aliqua forma adhuc Tex. 68. 70 *materia est priuatio illius formæ: ergo sicut antequā haberet formā reducta est ab hoc principio, qd̄ est priuatio ad formā, eadē ratione cū corrupta est forma (qa remanet in ea priuatio, q̄ est prīcipiū trāsmutationis) poterit materia reduci in actū, respectu eiusdē formæ.*

6. Il-

6. Illa quæ ſunt vnum numero; diſtincta ſolum ſecundum rationem, nõ diſtinguuntur realiter; ſicut Tullius, et Cicero: ſed materia & priuatio ſunt vnum numero ſecũdum philoſophum ergo &c. Reſpondeo.

Te. 60. & 66

In iſta quæſtione tria ſunt declaranda, primo quid ſit priuatio, 2. quomodo ſe habeat ad ſubiectum, 3. quomodo ſit principium.

' Oppoſitio priuationis & habitus poſt oppoſitionẽ cõtradictoriã primum locũ tenet.

Quantum ad primum, Sciendũ primo, ꝙ oppoſitio priuationis & habitus, poſt oppoſitionem contradictoriã primum locum tenet: priuatiue .n. oppoſita non habent medium eiuſdem generis; ſicut habent aliqua cõtraria, album namque & nigrũ habent rubeũ, & alios colores medios: nõ habẽt etiã dependentiam adinuicem, ſicut habẽt relatiue oppoſita, vt pater & filius: ſed priuatio ſe tenet ex parte vnius extremi contradictionis. ſ. ex parte negationis, habitus autẽ ſe tenet ex parte affirmationis, quod eſt cõtradictionis alterum extremum.

Negatio quę eſt extremũ cõtradictiõis aliter negat quàm negatio ſignificans priuationem.

2. ſciendum, ꝙ negatio quæ eſt extremum contradictionis, negat totaliter eſſe; non circa determinatum ſubiectum; ſed abſolute et totaliter negat eſſe, quod per affirmationem importatur: & ideo tam de ente, q̃ de non ente dicitur: non videns .n. negat abſolute actum viſionis: ideo & chimæra dicitur nõ videns; et Sortes cæcus, dicitur non videns: priuatio autẽ non eſt negatio ſimpliciter; ſed negatio circa ſubiectum ſuſceptiuum habitus: ideo non dicitur niſi de ſubiecto apto videre: vnde bene dicitur Sor. eſſe cęcũ, ſi careat viſu: ſed lapis quamuis careat viſu; non dicitur tamen cæcus: quia non eſt ſuſceptiuus viſus; licet dici poſſit non videns.

Sciendũ 3. ꝙ quia in genere actus, eſſe eſt primus actus propter quod nihil ſignificatur eſſe actu, niſi per eſſe: non.n. aliquis dicitur actu ſanus; niſi quia habet eſſe ſanitatis: ideo priuatio inquantum negatio eſt attingens. ſ. alterum extremũ cõtradictionis, quod eſt non eſſe, quod negat ipſum eſſe ſimpliciter, primo & per ſe opponitur eſſe, quod dat forma; ſecũdario autem ipſi formæ: cęcitas.n. primo & per ſe opponitur eſſe videntis; ſecundario autẽ formæ, quæ dicitur viſus. Si autem cõſideretur priuatio, inquantum deficit a contradictione; inquãtum. ſ. eſt negatio in tali ſubiecto determinato; primo & per ſe opponitur formæ, ſecundario autẽ eſſe, quod dat forma: nam cęcitas, inquantum negatio circa hoc ſubiectum, quod eſt oculus; primo & per ſe opponitur viſui; ſecundario autẽ eſſe illi, quod dat forma viſus: huius ratio eſt quia quantum ad inherentiã; forma præcedit eſſe. non.n poſſumus imaginari parietẽ, per eſſe albedinis actua ri; niſi imaginemur prius, ſibi inhærere albedinem, a qua fluat eſſe album: & quia priuatio, vt negatio circa determinatum ſubiectum, accipitur per modum inhærentis; ideo ſecundum iſtã conſiderationem primo opponitur formę, & ſecũdario opponitur eſſe, quod dat forma. Quia ergo priuatio eſt formaliter negatio circa determinatum ſubiectum; ideo in ſe cõſiderata, et intrinſece eſt non ens: negatio .n. nõ ens eſt: ſed extrinſece & continuatiue dicit aliquod ens. ſ. ſubiectum, hoc eſt dictu, ꝙ eſt non ens circa determinatum ſubiectum, non ens dico oppoſitum formæ, & eſſe receptibili in tali ſubiecto determinato: ſicut cæcitas eſt non ens circa ſubiectum ſuſceptiuum viſus oppoſitum viſui, & ipſi eſſe videntis.

Quantum ad ſecundum quomodo ſ. ſe habeat priuatio ad materiam, no-
Tex. cõ. 14 *tandum ꝙ ens, vt habetur. 5. Meta. dupliciter accipitur, vno modo, prout dicit actum exiſtendi: alio modo, vt dicit veritatem, & compoſitionem intellectus: cum.n. intellectus format propoſitionem affirmatiuam, dicit prædicatum habere cõuenientiam cum ſubiecto: cum aut format negatiuam, vt dicendo homo non eſt lapis, dicit prædicatum habere differẽtiam cum ſubiecto: poteſt ergo etiã accipi ens, vt ſignificat iſtam conuenientiam, aut differentiam inter ſubiectum & prædicatum adinuentam per intellectum, ſecũdum ꝙ adæquatur rei, in quo conſiſtit ratio veri. Ens primo modo, dicitur de natura reali exiſtenti: ſed ſecundo modo dicitur etiam de non ente. Omne.n. quod poteſt eſſe extremum propoſitionis, dicitur ens iſto modo: nihil.n. aliud ſignificat cum dico nõ ens eſt; quam ꝙ compoſitio, quam facit intellectus vera. dicendo non ens eſt nõ ens, eſt vera. Dicitur ergo primo, ꝙ priuatio non eſt ſubiectiue in materia, quaſi habens ibi aliquod eſſe: neque enim habet eſſe ſubſtãtiale, neque accidentale cum ſit negatio: vnde cum dicitur Sortes eſt cæcus, ly eſt non ſignificat aliquod eſſe extra intellectum, ſed ſignificat cõpoſitionem, quã facit intellectus, dum apprehendit Sortem ſine viſu, per quam compoſitionem cõformatur rei ad extra. intellectus.n. apprehendens Sortẽ ſine potentia viſiua, apprehendit illã negationem per modum entis, faciẽdo ipſam terminum propoſitionis: formãdoq; iſtam propoſitionẽ, Sortes eſt cæcus: vnde ly eſt in iſta propoſitione vocali, Sortes eſt cæcus, ſignificat illam compoſitionẽ, quam facit intellectus, dum accipiens negationem viſus per modum entis, componit illam cum Sorte: ex parte autem rei iſta propoſitio, Sortes eſt cæcus; ſignificat Sor. carere virtute viſiua. Dicitur ſecundo, ꝙ priuatio non eſt idẽ, quod materia, ſed ab ipſa realiter diſtinguitur: priuatio .n. formæ bouis, diſtinguitur a materia nõ habente formam bouis; in potentia tamen ad formã bouis exiſtẽte. Sed aduertendum, ꝙ dupliciter poſſũt aliqua diſtingui realiter, vno modo, quia ſunt duæ entitates reales, quarum vna non eſt alia, hoc modo muſica & albedo diſtinguuntur realiter: alio modo, quia realitas vnius non eſt id, quod ſignificatur nomine alterius, ſiue illud ſit ens reale, ſiue ens rõnis: & hoc modo materia, & priuatio diſtinguuntur realiter: oculus.n. non eſt illa negatio, quæ hoc nomine cæcitas ſignificatur. Iſtud probatur rationibus philoſophi, quarũ prima ponitur tex. 60. & eſt talis, Illa quorum vno non permanente, aliud permanet, diſtinguũtur realiter, alioquin idem permaneret & non permaneret: ſed non permanente priuatione manet ſubiectũ: ergo priuatio & ſubiectum diſtinguuntur realiter. minor probatur, Dum homo non muſicus, fit muſicus, adueniente muſica, non permanet nõ muſica, idem enim nõ eſt muſicus, & non muſicus; & tamen manet homo, quod eſt ſubiectũ: ergo &c.*

Aliquando diſtingui realiter dupliciter accipitur vno mõ qñ ſunt duę entitates reales. alio mõ qñ vna realitas vnius non eſt alia.

Tex. 61

2. Illa circa q̃ vtimur diuerſo modo loquendi, per ſe diſtinguuntur: ſed circa ſubiectum & priuationem, vtimur diuerſo modo loquẽdi: dicimus.n. de ſubiecto, ꝙ hoc fit illud ver. gra. homo fit muſicus, nõ autem, ꝙ ex hoc fit hoc: de priuatione autẽ dicimus, ꝙ ex hoc fit illud, vt ꝙ ex immuſico fit muſicus:

ſicus: licet poſſet etiã dici, hoc ſit hoc, quamuis non ita proprie: ergo &c. Iſta ponitur text. commen. 61.

Tex. 79 3. & ponitur tex. commen. 79. Illud quod intrat ſubſtantiam rei diſtinguitur ab eo, quod non intrat ſubſtantiam rei: ſed materia intrat ſubſtantiã rei, non autem priuatio: certum eſt.n. ℔ de eſſentia hominis muſici eſt homo, & muſicus: non autem non muſicus:

Tex. 81 ergo &c. 4. & ponitur tex.com.81. Si priuatio eßet idem quod materia, tunc priuatio appeteret formam, ver. gra. non muſica appeteret muſicam: ſed hoc eſt falſum, quia contrarium nõ appetit, immo deſtruit ſuum cõtrariũ: ergo &c. Probatur cõſequentia: materia appetit formã: ergo ſi priuatio ẽ materia, priuatio appeteret formã.

Quantum ad tertium principale, ſciendum primo, ℔ cum tria ſint principia rerum naturalium ſ. materia, forma, & priuatio, materia & forma, vt

Tex. 66 inquit philoſophus ſunt principium ℘ ſe: priuatio vero eſt principiũ per accidens. nam illa dicuntur principia ℘ ſe, ſecundum ℔ hic loquimur de principijs eſſendi ſ & fiendi, quæ intrant eſſentiam rei poſtquã facta eſt. Et hoc modo materia, & forma dicũtur principia per ſe: conſtituunt enim eſſentiam compoſiti ex materia & forma. Illud autẽ dicitur principium per accidens, quod non conſtituit eſſentiam rei factæ; licet ſit terminus a quo mutationis, & productionis: & hoc modo priuatio eſt principium rei factæ: non.n. non Sortes conſtituit Sortem. Sciendũ

Omne quod cõiungitur cauſę per ſe, eſt principiũ & cauſa per accidens. 2. ℔ omne, quod coniungitur cauſæ ℘ ſe, eſt principium & cauſa per accidens: ſicut ſi domificator ſit albus; dicemus, ℔ album domificat per accidẽs, quia accidit domificatori, qui domificat per ſe. ratio huius eſt, quia illud dicitur conuenire alicui per ſe, quod conuenit ei inquantum tale eſt. i. per formam et rationem a qua habet ℔ ſit tale: ſicut dicimus domificatorem domificare per ſe, quia hoc conuenit ei per artem domificandi, a qua habet ℔ ſit domificator. Illud autem dicitur conuenire alicui per accidẽs, quod conuenit ei, non inquantum tale, ſed inquãtum eſt aliquid aliud: ſicut dicimus, ℔ medicus ædificat per accidens, quia ædificare, non conuenit ſibi per artem medicinæ, a qua habet ℔ ſit medicus, ſed inquantum medicus eſt etiam domificator, & quia quod accidit cauſæ per ſe, eſt idem ſubiecto cum ea. ſicut medicus eſt idem ſubiecto cum domificatore, ſi medicus habeat artem domificandi; ideo quod attribuitur alicui per ſe inquantum tale eſt; attribuitur omni, quod ei accidit per accidens: attribuitur.n. ei non inquantum tale eſt; ſed inquantum eſt idem ſubiecto cum eo, cui conuenit per ſe. Dicimus enim ℔ medicus ædificat per accidens: quia non ædificat inquantum medicus eſt; ſed quia eſt idem ſubiecto cum domificatore, ſicut punctus dicitur principium lineæ. Sicendum 3. ℔ licet iſta principia; ſint non ſolum fiendi, ſed etiam eſſendi principia; & propter hoc oporteat ea, non ſolum in omni tranſmutatione inueniri, ſed etiam ſimul eſſe in re, poſtquam eſt producta, non tamen eadem priuatio, quæ eſt principiũ fiendi, eſt etiam principium eſſendi. Nam cum aliquid dealbatur, priuatio albedinis, oppoſita. ſ. albedini, eſt principiũ dealbationis: ſed poſtquã illud eſt dealbatum, illa priuatio non eſt principium, cum non ſit in talire: ſed priuatio nigri; tunc eſt principium eſſendi:

Eadẽ priuatio non eſt principium fiendi & eſſendi.

dum

dum enim aliquid eſt ſub albedine, ſub priuatione quoq nigredinis inuenitur. Iſtis notatis diciiur primo, ℔ accipiendo principiũ, vt dicit primũ in aliquo ordine, priuatio eſt principium in fieri per ſe: & tũc nihil aliud eſt dicere aliquid fieri ex priuatione, quã fieri poſt priuationem: ſicut fieri muſicũ ex immuſico, eſt fieri muſicũ poſt immuſicũ. Probatur ſic: quod conuenit alicui inquantum tale eſt, conuenit ei per ſe (vt ſuperius declaratũ eſt) ſed ℔ aliquid acquirens formam, acquirat eam poſt priuationem, conuenit priuationi inquantum priuatio eſt, oportet.n. prius priuationem eſſe in materia, quàm materia per tranſmutationẽ accipiat formam: ergo eſſe principium in fieri, cõuenit priuationi per ſe modo dicto. Di

Tex. 66 citur 2. ℔ accipiendo principium pro cauſa, priuatio non eſt principium per ſe, ſed principium per accidens, tam in eſſendo, quàm in fiendo: & hoc modo intellexit philoſophus cum dixit priuationem eſſe principium per accidẽs, & non per ſe. Prima pars probatur, Illud eſt principium per ſe, quod intrat eſſentiam rei factæ, cauſa enim per ſe intrinſeca conſtituit eſſentiam rei: ſed priuatio nõ intrat eſſentiam rei factæ: tum quia priuatio, quæ fuit principiũ in fieri, non manet in re facta, tũ quia eſt negatio, quæ non conſtituit ens, non .n. Sor. conſtituitur ex non Sorte, neq; ex alia negatione. Hoc modo autem materia, & forma dicuntur principia: integrant.n. eſſentiam rei factę, nam eſſentia Sortis conſtituitur ex ſua materia, & ex ſua forma. Secunda vero pars probatur, illud quod eſt vnũ numero cum cauſa per ſe, eſt cauſa per accidens (vt ſuperius declaratum eſt) ſed priuatio eſt vnũ numero cum materia, quæ eſt principium per ſe, quia materia numquam ſeparatur a priuatione; eo quòd dum eſt ſub vna forma, eſt ſub priuatione alterius formæ: ergo priuatio eſt principiũ per accidẽs. Aduertendum eſt autem ſecundũ Simplicium, quòd aliud eſt quærere principia naturaliũ, ex quibus primo inexiſtentibus ſunt per ſe, & non per accidẽs, et aliud mutationis prĩcipia quærere: primo.n. modo priuatio eſt cauſa per accidẽs, eo ℔ nõ ſit intrinſeca ſubſtantiæ rei: ſecundo vero modo eſt cauſa per ſe. Sicut.n. mutationis ad eſſe, forma eſt cauſa, ita priuatio mutationis in non eſſe: quamuis etiam fortaſſe, & mutationis in eße, eſt per ſe cauſa: non.n ex quocumque eſt mutatio, ſed ex non tali, apto tamen eſſe tale. Sed aduertendum, ℔ priuationem abſolute dixit eſſe corruptionis cauſam ℘ ſe, generationis autẽ eſſe cauſam ſub dubio ponit: quia.n. ex nõ eſſe tali ſpecificatur corruptio, ſicut ex eſſe ſpecificatur generatio, poteſt abſolute dici, quòd priuatio eſt per ſe cauſa corruptionis: quia vero nõ ſpecificatur generatio ex non eſſe, neque priuatio eſt materia, quæ eſt cauſa per ſe, ſed illi accidit, non poteſt dici proprie cauſa ℘ ſe, poteſt tamen dici improprie, & aliquo modo cauſa dici per ſe generationis, inquantum neceſſe eſt, vt forma in generatione priuationi ſuccedat: & hoc eſt qđ dicebamus, ſecundũ ℔ in ratione principij importatur ordo, priuationem eſſe principium per ſe. Attendendum etiam ſecundum Simplicium, quòd priuatio ſecũdum ℔ ponitur cauſa per accidens generationis, ab alijs cauſis per accidens differt. Alia.n.que dicuntur cauſæ per accidens, eo quòd accidunt ſubiecto per ſe, nihil cõferũt,

Priuatio alio modo eſt cauſa per accidens ad generationẽ quàm albũ & ſimilia.

Universidad de

neque necessaria sunt ad ea, quę fiunt inquantum huiusmodi: quando.n. dicimus album esse causam musici per accidens, album ad generationem musici nihil confert: nō.n. necesse est, vt præexistat musico, neque ꝙ aduenientę musica recedat. Absque priuatione autē generatio fieri non potest: necesse.n. est ipsam generationi præexistere, & aduenientę forma recedere: nō.n. aduenire forma, priuatione nō recedēte.

Sed circa secundam partem conclusionis duo occurrunt dubia. primū est, Si priuatio est principium per accidēs, quæritur in quo genere causalitatis sit principium. 2. dubium est, quia priuatio est causa per accidēs, quia est idem subiecto cum materia, eadē ratione forma erit causa per accidens, quia est idē subiecto cum materia: semper.n. materia est sub aliqua forma, sicut semper est sub aliqua priuatione: hoc tamē est falsum, quia forma ponitur causa per se: ergo nec priuatio propter illam rationem debet poni causa per accidēs. Ad primum istorū dicitur, ꝙ priuatio cum sit quædam materię dispositio: vt est ad formam transmutabilis reducitur ad genus causæ materialis. Omnis .n. dispositio materiæ ad genus causæ materialis reducitur. Ad 2. dicitur, ꝙ licet materia ita semper sit sub forma sicut sub priuatione, aliter tamen est de forma & aliter de priuatione. Primo, quia forma ex ratione sua habet, ꝙ sit causa per se: formæ.n. inquantum forma, est dare esse, et speciem ei, cuius est forma: priuatio aūt ex ratione sua non habet, ꝙ sit principium per se. Secūdo quia forma nō est dispositio materiæ, inquantū mouetur ad formā: ideo. n. materia appetit formā, & mouetur ad eā, quia habet eius priuationem: ideo priuatio eo ꝙ est idem subiecto cū materia, est principiū per accidēs, nō aūt forma, sed ē principiū p se.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primā dicitur primo, ꝙ priuatio licet secundum se sit non ens, quia est negatio, connotat tn ens. s. subiectū: est.n. negatio in subiecto (vt dictū est in quæstione) Dicitur 2. ꝙ illud, quod est non ens isto modo, licet non possit esse principiū per se, potest tn esse principiū per accidēs: & hoc modo dictū est priuationē esse principium. Ad 2. dicitur primo, ꝙ minor est falsa, accipiendo priuationē vniuersaliter: in materia.n. semper est priuatio. Dicitur 2. ꝙ principium per accidens in fieri, non oportet simul esse cū alijs in re facta, vnde maior est falsa de tali principio: modo priuatio opposita formę, quę introducitur est solū principium fiendi, ideo non manet aduenientę forma. Dicitur 3. ꝙ si loquamur de principio, tā per accidēs, quā per se in essendo, maior est vera: sed tunc negatur minor. & ad probationem dicitur, ꝙ priuatio musicæ est principium fiendi, non autē essēdi hominis musici: sed priuatio formę oppositæ musicæ est principium essendi, & illa simul est cum homine musico. Ad 3. negatur minor: ad probationem negatur consequentia, cuius ratio pōt esse duplex. Primo ꝙa potētia materiæ, nō est aliud secūdū rē ꝙ materia, priuatio autē est aliud a materia. 2. ꝙa posito, ꝙ potentia materiæ, & aptitudo ad formā sint distincta a materia, nō tn habēt alium modū principiādi a materia: ideo nō ponūtur aliud principiū a materia, sed cōprehendūtur sub materia, priuatio aūt licet ad causam materialē reducatur inquātū est causa, habet tn ēt aliū modū principiandi s. si-

cut terminus a quo: ideo ponitur aliud principiū a materia. Dicitur vlterius, ꝙ posito, ꝙ priuatio non haberet alium modum principiandi a materia: tamen phil. ponit eam principium expresse, quia aliqui specialiter errabant circa eam, nullo modo eam distinguentes a materia.

Ad 4. negatur consequētia, ad probationem negatur assumptum: nam, vt dicit Commen. est quoddam principium per accidens necessarium, cuius modi est priuatio in vniuersali, & est per accidēs rarissimū: primū autē non contingit non inesse, sed bene secundū. Tex. 66

Ad 5. negatur consequētia, ad probationē negatur prima consequentia: Et dicitur primo, ꝙ priuatio, q̄ est in materia post corruptionē formę, nō est eadem numero cū priuatione, q̄ erat in materia antequā acciperet formā: nec materia est in potētia ad eandē formā numero, quam amisit. Dicitur 2. ꝙ duplex est priuatio secundū Simpli. in 1. phys. vna quæ opponitur habitui, & aduenit rei tantū post formā: tamquā videlicet eius destructio, quā S. Th. vocat priuationē nō respicientē subiectū, nisi mediāte habitu. alia vero, quæ est opposita formæ, q̄ & ante & post formā, subiecto inesse potest, tamquā videlicet eius absentia, quā S. Th. priuatio nē vocat immediatū ordinē habentem ad subiectū. A prima priuatione ad habitū, nō est regressus, vt inquit phil. nō .n. ex cæco pōt quis naturaliter fieri vidēs, neq; viuēs ex mortuo: a secūda vero pōt fieri regressus ad formā, licet non eandē numero: pōt.n. aer ex tenebroso fieri lucidus. Siaūt quis obijciat, ꝙ aliquis pōt nasci cæcus: & sic nō est verū, ꝙ cæcitas tantū post habitū adueniat subiecto, & sic de alijs, duplici

Duplex est priuatio. eo. meta.

10. meta. In expositio tex. 16

3. meta. T. 14. & post ptædica.

ter respōderi pōt: primo ꝙ ille, qui nūq̄ quā habuit visum nō ꝙprie dicitur cæcus, sed non videns: quia cæcitas est q̄dam corruptio uisus, & negatio visus præexistētis in subiecto apto nato. 2. ꝙ cæcitas aduenit subiecto post visū, aut actu existētē, aut debentē tali tpe inesse. Si.n. visus in aīali præcedēs corrūpatur, cæcitas aduenit aīali posterius tpe, q̄ visus tamquā corruptio rei præexistētis: si vero nō corrūpatur visus præcedēs, sed homo generetur cæcus, cæcitas nō sequitur visū posterius nā, tamquā corruptio nō rei præexistētis, sed rei, q̄ tali tpe debebat naturaliter inesse: & ideo dicitur & ab Ari. & a Simpli. ꝙ talis priuatio opponitur non simpliciter formæ, sed habitui formę. s. q̄ debet naturaliter inesse rei: talis.n. rationem habitus habet, inquantum in natura rei est radicata.

Ad 6. dicitur primo, ꝙ unū numero dicūtur aliqua dupliciter, Vno modo, qa sūt idē indiuiduū eiusdē naturę specificæ sicut Marcus, et Cicero: alio mō qa habēt eādē materiā: sicut illa q̄ sūt in eodē subiecto, vt albū & musicū in Sorte: & illa quorū unū est in altero sicut ī subiecto, sicut homo & musicus. Dicitur 2. ꝙ aliqua pūt dici distincta rōne dupliciter, Vno mō, qa distinguuntur cōceptu intellectus, sicut albedo et similitudo, posito ꝙ relatio, et fundamētū sit idē realiter: alio mōdo, qa distinguūtur specie: nā et spēs dicitur ratio, sicut albedo & musica. Ad argumētū ergo dicitur, ꝙ illa, q̄ sunt vnū numero primo mō, distincta solum rōne primo mō, sunt idē realiter: sed tūc dicitur ad minorē, ꝙ phil. nō intendit isto mō, materiā & priuationē esse vnū numero. Illa aūt, q̄ sūt vnū numero secūdo mō, & distincta rōne secūdo mō, non sunt

Vnū numero dupliciter.

idē realiter: licet.n. musica et albedo, sint idem numero in Sorte musico & albo, non sunt tamen idem realiter: vnde in isto sensu maior est falsa, & minor est vera; & ad mentem philoso-phi: priuatio enim est in materia, sicut in subiecto, eo modo quo priuatio potest esse in subiecto: vnde dicitur vnum numero cum subiecto, sicut homo & albus, vnum numero dicuntur.

ADDI.

Principium dicitur septem modis uide Alexand. 5. metaph. tex. com. primo.
Vide quid sit priuatio apud auctorem lib. 1. contra gentes c. 71. & lib. 3. c. 14.
pri. p. q. 33. art. 4. Loquens D. Tho. de natura priuationis, ait quomodo sumi potest multipliciter, & primo quando aliquid non habet, quod natum est habere ab alio, etiam si ipsum nō sit natum habere illud: sicut si lapis dicatur mortuus, quia caret uita, quam quędā res natæ sint habere. Alio modo dicitur priuatio, quando aliquid non habet, quod natū est habere ab aliquo sui generis: sicut si talpa dicatur cæca. tertio modo quādo ipsum non habet, quod natum est habere, vt catulus carens uisu: & Græci stereśim, uocant & dicunt dari priuationem ante rem, qualis est illa, quæ formam præcedit, datur quoque priuatio apud ipsos quam vocant priuationem post rem, qualis est cæcitas post visum, hanc Latini appellant carentiam, de qua Ari. 5. metaph. Tex. 17 ait, quòd dicitur tribus modis, quia aut est priuatio pura, vt in eo qui non habet pedes omnino: aut praue vt qui habet pedem claudum: aut debiliter vt qui habet pedem debilem: & tanta est necessitas priuationis in vniuerso, vt dicat lucidissimus Themistius primo phys. super tex. 80. ꝙ priuatione existente omnia nasci atque oriri necesse est: nihil .n. omnino fieri potest nisi corruptio alicuius, dissolutioq; præcederet: ipsa vero non existente omnia sempiterna & immortalia fari oportet. Hinc caue opinionem Romani Egidii, ponentis primam materiam in cœlo eiusdē rationis cum ista sine priuatione, materiam .n. confestim sequitur contrarietas ex lib. 2. de morte & uita & per consequens priuatio. unde Auer. primo phys. cō. 81. scripsit, quòd priuatio est causa, quòd desiderium naturale sit in materia; & Themistius quoque 5. phys. tex. 22. dicebat, quòd priuatio ad eas res pertinet quæ paratam habent, naturam vt possint id capere, quod nondum ceperunt, atque id agere, eoq; modo, quod & quo non agunt.
Attende quoque diligenter; quòd de priuatione, loquitur logicus, physicus, & metaphysicus: logicus tractat de priuatione, prout est negatio formę in subiecto apto nato habere utramq; ordine irregressibili. Sicut cæcitas est priuatio uisus, & mors est priuatio vitæ, & sic effatus est Arist. de priuatione in postprædicamentis. c. de oppositis. sed naturalis philosophus tractat de priuatione, inquantum necessario requiritur, tamquam causa sine qua non ad quamlibet generationem, & sic priuatio est negatio alicuius formæ in subiecto apto nato habere illā, vt tenebra est priuatio luminis: & ignorantia est priuatio scientiæ. hoc .n. modo ponitur vnū principium rerum naturalium ab Arist. in tex. 66. huius, & sic non est natura aliqua neque forma sed formæ uelut mera absentia & semper machinatur ad maleficium 79. huius & facit vt materia sit potestate non actu, & numquam transmutatur, sed subiectum eius, ut scripsit Auer. 51. huius, & 4. phys. 62. & 5. phys. 88. Metaphysicus considerat de priuatione, indagando eius naturam quid sit: utrum sit ens reale, an rationis tantum: & vtrum sit substantia uel accidens: & vtrum sit idem cum suo subiecto, an aliquid ab eo distinctum, & sic dixit Auer. libro destr. disp. prima in solutione 15. dubii, ꝙ priuatio ita se habet, ꝙ in ea nulla est possibilitas, s.n. in priuatione esset possibilitas, possibile esset quòd priuatio reduceretur ad esse. hinc est quòd non intelligitur per se, sed respectu sui habitus 12. metaph. com. 37. mu-

nus.

nus.n. metaphysici est tractare de accidentibus, inquātum sunt entia.
Vide Simpli. primo phys. super tex. 58. ubi latius disputat de natura priuationis, & quomodo differt a materia ex modo loquendi & ex re ipsa, Themistius quoque ait loquens de priuatione, ꝙ non est nec substantia nec accidens, non est natura, neque forma, sed formæ uelut mera absentia, & ipsa formæ contrariatur, quasi pinguis minerua cum in se inuicem agere non possint, neque pati primo phys. tex. 67. & 69 & pluribus modis capitur in scientia diuina, & in logica vt docet commen. in paraphrasi metaph. tractatu primo c. de oppositis.

Quæstio Vndecima. Vtrum materia prima sit ingenerabilis, & incorruptibilis.

Corrumpitur autem & fit est autem, ut sic: est autem ut non, Tex. LXXXII.



Veritur vndecimo, Vtrum materia prima sit ingenerabilis, & incorruptibilis: & videtur ꝙ non. Primo quod est subiectum generationis generatur, sicut quod est subiectum dealbationis dealbatur: sed materia est subiectum generationis: nulla .n. ratione posuit Philosopus materiam, nisi vt sit subiectū generationis & corruptionis: ergo materia generatur; & per cōsequens etiam corrumpitur.

2. Quod mutatur de nō esse ad esse, & de esse ad nō esse, generatur & corrumpitur, quia generatio est mutatio de non eße ad esse, & corruptio mutatio de esse ad non esse: sed materia mutatur de non eße ad esse et econuerso: materia.n. non habens eße Sortis, accipit esse Sortis, & habens esse Sortis desinit habere illud esse ergo: &c.

3. Si materia est ingenerabilis, & incorruptibilis est Deus: sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur cōsequentia, quia erit principium non habens principium, & hoc intendimus significare hoc nomine Deus ergo. &c.

4. Illud, quod est causa generationis & corruptionis aliorum, est generabile & corruptibile, quia propter quod vnum quodq; tale, & illud magis: sed materia est causa generationis aliorum, vt habetur ex 1. Phylo. ergo &c. 1. phys. Text. 82. & 81.

5. Si materia est ingenerabilis & incorruptibilis, aut hoc est quantū ad suā cōmunitatē, & vniuersalitatē, aut quantum ad suam indiuiduationem .i. aut quantum ad materiam in cōmuni, Text. 29 7. met. *aut quantum ad hanc materiam, puta Sortis in particulari: si primū, hoc etiam conuenit formæ, nam & quælibet forma, sicut, et quodlibet vniuersale in cōi accepta est incorruptibilis, Vniuersale .n. semper est, vt dicitur. 1. Poste. si quantum ad eius indiuiduationem, falsum est. Nam certum est, ꝙ materia Sortis, & generatur, & corrūpitur. Ad euidentiam istius difficultatis, Primo videbitur quid sit mate-* Tex. Com. 11

ria,

Actus & potentia diuidunt ens, & quodlibet genus entis. 9. meta. t. 1.

ria, et 2. dicetur ad principale quæsitum. Quantum ad primum, sciendum primo, quòd potentia & actus diuidunt ens, & quodlibet genus entis, vt dicitur .9. Meta. Omne n. ens, aut est ens in actu; aut ens in potentia: similiter omne prædicamentum habet in se aliquid, quod est potentia ad formas illius generis; & habet actus & formas pertinentes ad illud genus, sicut in genere qualitatis est aliquid vt actus, scilicet albedo, dulcedo, scientia, et huiusmodi,

Recipiens in essentia sua debet esse denudatum a natura recepti.

& aliquid quod est potentia ad formas qualitatis. Sciendum secundo, quòd recipiens aliquid, debet in essentia sua esse denudatum ab illo, idest illud nõ debet pertinere ad essentiam eius: sicut quod recipit istam albedinem, non debet secundum essentiam suam cõponi ex ista albedine: & ratio est quia idem nõ recipit seipsum: vnde oportet esse aliã natnram recipientis, & aliam recepti propter quod cum tam forma substantialis, quàm accidentalis, inquantum huiusmodi sint entia imperfecta, non valentia per se existere; & ideo oporteat, quòd in aliquo subiecto recipiantur; sicut subiectum formarum accidentalium, in essentia sua nullam includit formarum accidentalium, quas recipit, ita subiectum formarum substantialium, in sua essentia nullam includit formarum substantialium, & per consequens nullum actum. Sciendum 3. quòd cum rei compositæ corruptio, non procedat in infinitum ad hunc sensum, quòd hoc compositum corrumpatur in illud, & illud in aliud, & sic in infinitum: quia tunc res componeretur ex infinitis principijs, vnumquodque enim resoluitur in ea, ex quibus componitur, oportet dari aliquod vltimum, ad quod corruptio rei terminetur, & aliquod primum, ex quo res componatur per se, ideſt, quod non componatur ex alio, & intret substantiam rei factæ. Dicitur itaque primo, quòd per primam materiam intelligimus primum subiectum, ex quo res fit manens in re, & in quod vltimo res materiales resoluuntur, & hoc est quod dicit philosophus tex. 82. vbi dicit, Dico autem materiam, primum subiectũ vnicuique ex quo fit aliquid cum insit, non secundum accidens, & si corrumpitur in hoc abibit vltimum, Dicitur 2. quòd istud primum subiectum quod vocamus materiam, est potentia de genere substantiæ receptiuæ omnium formarum substantialium, si enim esset actus, aut in actu non esset vltimum, in quod corrumpitur res: cõpositum enim includens actum, resolui tur ad illud Dicitur 3. quòd ex quo prima materia est receptiua omnium formarum, in sua essentia nullam habet formam; existens tamen in potentia ad omnes formas: ideo secundum essentiam suam est pura potentia, id- est potentia nullum includens actum in essentia sua. Sequitur ex his, quòd materia prima, neque est simpliciter non ens, neque simpliciter ens, ideſt, ens in actu, sed est ens in potentia. Est igitur materia substantia, quæ est pura potentia, receptiua omnium formarum substantialium, & vltimum in quod omne qđ corrumpitur resoluitur.

Quo ad denominationẽ subiecti & termini, aliter loquẽdũ est in generatiõe accidentali, aliter in substantiali generatione.

Quantum ad secundum sciendum, quòd aliter est de generatione & corruptione tam substantiali, quàm accidentali, inquantum generatio & corruptio est, & aliter de alijs mutationibus: aliæ enim mutationes, quæ sunt

species

Dupliciter aliquid generari dicitur.

Materia est generabilis & corruptibilis sicut subiectũ deferens generationẽ.

species motus, magis denominat subiectum, quàm terminum motus. Dicimus enim, quòd paries dealbatur, & quòd homo fit musicus, non autem quòd homo albus dealbatur, aut homo musicus fiat musicus: generatio autem & corruptio, magis denominant terminum motus, quàm subiectum. dicimus enim, quòd homo albus generatur, & homo musicus generatur, non autem quòd fiat homo aut albedo, dum homo accipit albedinem: & similiter dicimus, quòd Sortes generatur, non autem quòd materia Sortis generetur; ratio istius diuersitatis est, quia corruptio & generatio sunt mutatio a forma ad formam: esse autem magis est compositi, quàm materiæ aut formæ: forma vero magis recipitur in subiecto quàm in composito: ideo generatio, quæ terminatur ad esse magis denominat compositum, quod producitur per generationem, quod est primo susceptiuum esse. Sortes enim dicitur generari, quia primo & per se acquirit esse, non autem materia, cui non conuenit esse, nisi secundario: alteratio autem magis denominat subiectum, quod est susceptiuum formæ: paries enim dicitur dealbari, quia recipit formam albedinis. Sciendum secundo, quòd licet generatio & corruptio, magis denominent terminum, quàm subiectum; tamen improprie potest dici subiectum generari, ideſt, esse subiectum generationis: ideo dupliciter potest dici aliquid generari, vno modo sicut terminus productus per generationẽ, vt Sortes: alio modo sicut subiectum deferens generationem.

Ponuntur ergo duæ conclusiones, quarum prima est. Materia est generabilis & corruptibilis, sicut subiectum deferens generationem, probatur quia per materiam primam intelligimus primum subiectum generationis & corruptionis. Et ad hunc sensum dixit Commentator 1. Phys. commento 60. quòd in spermate, quod fit homo, necesse est, vt sit aliquid recipiens formam hominis, est in rei veritate illud, quod dicitur generari, scilicet illud, in quo inuenitur iste motus.

Secunda conclusio, quæ est de mente Philosophi text. octuagesimo secundo est ista, Materia non est generabilis neque corruptibilis, sicut terminus generationis, aut corruptionis, ideſt non accipit esse per generationem, neque desinit esse per corruptionem. probatur, Si materia generaretur aut corrumperetur, sequeretur, quòd primum haberet aliquid prius se, & vltimum haberet aliquid posterius se: sed hoc est inconueniens: ergo, & cæt. Probatur consequentia, materia est primum subiectum in generatione, & vltimum in corruptione: & omne quod generatur ex aliquo priori generatur: ergo si materia generatur, primum habet aliquid prius ex quo generatur. similiter si corrumpitur; corrumpitur in aliquid posterius: ergo vltimum, habet aliquid posterius, in quod corrumpitur. Aduertendum autem, quòd non absolute dictum est, materiam esse ingenerabilem, & incorruptibilem, sed materiam primam: quia cum duplex sit materia, scilicet prima & proxima. Prima est illa quam diximus esse puram potentiam; in essentia sua nullum includentem actum, & primum subiectum receptiuum,

Materia est duplex: & quæ dicatur generabilis & quæ non.

for-

formarum substantialium. Proxima vero illa, quæ qualitatibus, & dispositionibus facientibus pro aliqua forma, est affecta. Materia prima est ingenerabilis & incorruptibilis, non autem materia propinqua.

Ad argumenta in oppositum respõdetur, Ad primum quidem dicitur, ꝙ alia ratio est de generatione & corruptione, et alia de dealbatione (ut dictũ est in quæstione) conceditur enim, ꝙ subiectum generationis generatur subiective, idest, est subiectum deferens generationem, non autem terminatiue idest tamquam terminus, per generationem productus.

Ad 2. dicitur primo, ꝙ generatio substantialis est de non esse simpliciter in actu, ad esse simpliciter in actu, & corruptio de esse simpliciter in actu, ad non esse simpliciter in actu: ad hoc enim, quòd aliquid generetur oportet, quòd prius nullo modo habuerit esse actu, & accipiat de nouo esse simpliciter in actu. Dicitur 2. quòd materia prima non mutatur de non esse simpliciter, ad esse simpliciter, sed de non esse hoc, ad esse hoc: cum enim ex aere generatur ignis mater a, quæ prius habet formam aeris & postea formam ignis, mutatur de non esse ignis, ad esse ignis, non autem de non esse simpliciter, quia prius habebat esse actu per formam aeris: & ratio huius est; quia materia numquam est separata ab omni forma substantiali, sed semper habet aliquam formam, ideo numquam separatur ab esse, sed semper habet aliquod esse. Similiter dicendum est de corruptione: materia enim non mutatur de esse, ad non esse simpliciter: sed de esse hoc, ad non esse hoc.

Ad 3. negatur consequentia, ad probationem dicitur, ꝙ licet materia non habeat principium, quod producat eam per generationem, idest ex aliqua supposita materia, habet tamẽ principium, quod producit eam per simplicem emanationem, hoc est ex nihilo. Et si obijciatur, quòd ex nihilo, nihil fit secundũ opinionẽ omnium philosophorum 1. Phys. dicitur, quòd verum est ex nihilo, nihil fieri per generationem, sed etiam verum est aliquid fieri ex nihilo ꝙ simplicẽ emanationẽ.

Ex nihilo nihil fit: quo intelligatur

Ad 4. negatur maior, ad probationem dicitur primo, quòd illa propositio tenet in his quæ sunt eiusdem ordinis, quæ conueniunt in nomine, & ratione cum suo effectu, modo dicitur, quòd materia licet sit causa generabilium & corruptibilium, non tamen est generabilis & corruptibilis, ideo non oportet, quòd sit magis generabilis & corruptibilis: sicut sol licet causet calorem in istis inferioribus, non tamen est magis calidus: quia non est calidus, & non est causa vniuoca. Dicitur 2. quòd illa propositio, non tenet in causis materialibus.

Propter quid unumquodque, & illud magis: quo intelligatur

Ad quintum respondet Simplicius, & dicit primo, quòd materia est ingenerabilis & incorruptibilis secundum suam communitatem accepta, non autem quantum ad suam indiuiduationem: nam cum ex aqua fit aer; materia aeris fit ex materia aquæ, manet tamen semper materia prima. Dicitur secundo, quòd licet materia hæc & indiuidualis, sit generabilis, & corruptibilis, absolute tamen eam Aristo. ingenerabilem & incorruptibilem dicit; cum sit secundum suã tantum communitatem ingenerabilis & incorruptibilis, quia a se communitatem tantum habet, & inquantũ est materia,

teria, indiuiduationem autem habet non a se, sed forma. Per hoc autem videtur ad instantiam adductam velle respondere, si ponatur incorruptibilis secundum communitatem tantum; quia videlicet hoc etiã formæ, & omni speciei conuenit, dicitur enim, quòd licet hoc conueniat etiam formæ, & cuilibet speciei, illa tamẽ non dicuntur absolute ingenerabilia & incorruptibilia, quia non solum ex se communitatem habent & vniuersalitatem, secundum quam dicuntur incorruptibilia sicut materia, sed etiam indiuiduationẽ ex se habent, secundum quam generabilia & corruptibilia dicũtur. dicuntur enim potius absolute naturæ corruptibiles, quã incorruptibiles: quia corruptibilitas eis conuenit secundum vnumquodque esse indiuiduale, quod in rerum natura habent ex se ipsis, incorruptibilitas autem conuenit eis tantum in quadam abstractione. Sed circa istam respõsionem dubitatur, Sicut enim materia a forma indiuiduationẽ habet, ita & forma secundum doctrinam S. Tho. per materiam indiuiduatur: ergo quantum ad dici ingenerabile & incorruptibile, non differt materia a forma: quia materia indiuidua tionem a forma habeat, non autem forma a materia, sed a se. Respondetur quòd licet forma, quantum ad incommunicabilitatem, indiuiduationem habeat a materia, ipsa tamen intrinsece est indiuidua, secundum suam substantiam positiue: materia autem prima dicitur indiuidua, idest ab alia materia distincta, non intrinsece & positiue, & ratione sui, sed ratione formæ, & accidentium in ipsa existentium, quæ ab alijs formis, & accidentibus sunt distincta. Potest etiam ad principalem rationem dici, quòd materia secundum suam communitatem, & inquantum est materia prima incorruptibilis est: non autem secũdum suam indiuiduationem. Ad huius improbationem, quòd alia est communitas formæ, & speciei, & alia est communitas materiæ: nam cõmunitas speciei, & formæ est communitas prædicabilis, quæ sibi non conuenit secundum quòd est in re, sed secundum quòd est in intellectu, non enim inuenitur homo vniuersalis inquantum huiusmodi extra intellectum, communitas autem materiæ, est communitas subiecti, quę extra intellectum sibi conuenit: est enim omnium formarum commune subiectũ, inquantum materia prima est: ideo ipsa absolute incorruptibilis est, quia secundum suam communitatem est incorruptibilis, non autem forma, & species rei corruptibilis.

In opusculo de indiuiduatiõis principio & alibi.

ADDI.

Nota istam distinctionem, quæ reduci potest ad quandã aliam de materia, ꝙ est duplex alia communis, & alia propria, & differunt inter se. quia quæ habẽt materiam cõmunem, possunt ad inuicem transmutari, & vnum est in potentia ad suum oppositum, sicut & reliquũ, vt sunt corpora simplicia: aqua enim est potentia aer, & aer est potentia aqua: Sed in his quæ habent materias proprias & diuersas, non est trãsmutatio reciproca inter ea, nec unã est potentia reliquum vt materia propria phlegmatis est unctuositas, & materia choleræ sunt res amaræ, & licet vnctuositas sit in potentia phlegma; tamẽ phlegma non est in potentia unctuositas, & licet uiuum sit in

potentia mortuum, tamen mortuum non est in potentia viuum, vide Caie. in libello de ente,& essentia c.2.in q.5.& p.p.q.29.art.1.& auctorem lib.1.c.g. c.21.

Circa illam propositionem quæ habetur in calce responsionis ad quintum argumentũ cõmunitas materiæ, est cõmunitas subiecti,quæ extra intellectum sibi conuenit, aduerte ꝙ videtur esse contra dictum Auer.5.metaph. cõm.29. ubi habet, ꝙ prima materia est tamquam genus altissimũ,& per genus altissimũ intelligunt Auerroistę genus genralissimũ, genus aũt generalissimum facit cõmunitatem, & vniuersalitatem in intellectu,secundum cõmunitatẽ formæ,& sic materia habebit etiam cõmunitatẽ formæ, quæ est cõmunitas prædicabilis contra auctorẽ hic,nisi dicamus, ꝙ non est intentio Auer. assimilare primam materiã generi generalissimo,quantum ad prædicationem, & vniuersalitatẽ prædicationis : tunc.n.manifeste sibi contradiceret in 1.metaph.commen.17. & in 12.metaph.comm.14. ubi inquit,ꝙ prima materia non habet intentionẽ alicuius cõmunis,aut alicuius vniuersalis prædicabilis de pluribus sicut genus, sed talis similitudo consistit in hoc, ꝙ sicut genus altissimum non habet suprauenies genus in quod possit resolui, sicut.n.decem genera generalissima, vt dicit Porphyrius, tamquam decem rerum principia: principij autem proprium est primum esse 5. metaph. commen.1. Sic prima materia non habet priorem materiam in quam resoluitur, ideo appellatur simplex, & altissimũ genus,& quia non haberet priorem materiã in quam resoluitur ipsa. hoc est in rerum natura, non autem apud intellectum, ideo tam propositio Auctoris hic quàm propositio Auer. uerificantur in rerum natura, & nulla est controuersia inter illas licet materia possit quoque tripliciter considerari,vno modo quantum ad essentiã suam, alio modo quantum ad esse actuale sibi a forma cõmunicatũ,tertio quantũ ad esse distinctum in partes eiusdem rationis, quartus quoque modus addi potest, prout materia est quoddam totum vniuersale respiciens hanc materiam, vel illam tamquam partes subiectiuas, & sic considerata non inconuenit eam habere quandã vniuersalitatem & cõmunitatem ex parte intellectus, sed non loquebatur Auctor de ista materia in præsenti disputatione.

Attende etiam circa distinctionem quæ habetur in calce corporis quæstionis ꝙ materia est duplex prima & proxima,prima est illa quę est pura potentia & nullum includit actum, ꝙ circa hoc est triplex opinio quidam asserunt materiã habere actũ existentię, vt fuit Greg. Arimi.2.sent.dist.12. q.2.quidam autem asseruerunt habere actum entitatiuum,vt Scot.dist.12.q.2.& sic dicunt Deum per sui omnipotentiã posse facere materiã existere sine omni forma, & vltra plurimas rationes quas adducunt pro hac opinione facit auctoritas Themistii qui asserit, materiam in prima sui notione consideratam esse aliquid actu, & quia ista auctoritas multos Thomistas in errorem traxit, cogor in hoc verba Themistii adducere,& ad eius intentionem declarare,ait.n. Themi. in aurea sua digressione, de materia,quòd entium quæ litercumque existentium, quędam sunt sibi attributa secundum se, quædam vero, vt comparantur ad alia vt ligno bipedali esse competit, ut secundum se consideratur,sed bipedale esse non competit ligno,nisi vt comparatur ad aliud puta ad pedale,eodem modo asserit materiam secundũ se consideratam aliquid esse, & hoc secũdum se sibi cõpetere, sed potestate,esse hoc habet, ut comparatur ad alterum,nõ.n. penes hoc ꝙ est esse, habet hoc potestate, esset.n.materia materiæ, sed manifestũ est, ꝙ ipsa est actu,hęc sũt verba Themistii vbi aduerte, ꝙ aliud est dicere,hoc est actus & hoc est in actu,& hoc est actu,non.n. dicit ꝙ materia est actus, quia materiæ esset forma,nec dicit ꝙ est in actu quia materię esset subiectũ compositũ ex materia & forma,sed dicit,ꝙ est actu s. materia,quia est quędã substãtia & natura actu,distincta a forma,sed hęc natura est potentia,quæ est differentia substantialis eius,vt dixit Auer.1.c.de substantia orbis, materia substãtiatur per posse,& quinto phys.com.8. dixit etiã Auer. in esse materiæ non admiscetur actus omnino, pro quo etiam faciũt verba Ar.7. diuinorũ tex.8. asserentia materiã non esse quid, neque quantum,neq; quale,neque vniuersaliter aliquid corũ quibus ens est determinatũ,sed potestate oĩa hęc

hæc, ex quibus cognoscitur error, qui vsque ad hęc tempora perseuerat, ꝙ materia, neque habet actum existentię, neque entitatiuum, ut Henricus de Gandauo Gregorius Ariminensis, & Scotus ostendere conati sunt, sed dicitur materia esse pura potentia distincta a forma,licet sit actu materia,actu substantia actu ens, & hæc est opinio D.Tho.contra oés cõtrariũ asserentes, ex quibus potes nõ sequi opinionẽ Tho letani primo phys.q. sua 13. ubi ponit tres conclusiones falsas in quibus asserit, materiam habere actum secundum se,quia est substantia ergo,actus, sed uide ipsum.

Quæstio duodecima. Vtrum sit vna materia numero generabilium & corruptibilium.

Dico autem materiam primum subiectum uniuscuiusq; ex quo fit aliquid cum insit,non secundum accidens,& si corrumpitur in hoc, abibit in ultimum. Tex. LXXXII.

Quæritur duodecimo, Vtrum sit vna materia numero generabilium,& corruptibilium, & videtur, ꝙ non. Primo idem numero nõ potest esse in diuersis: sed materia prima est in diuersis s. in Sor. Pla. boue & alijs: ergo non est, vna numero.

2.supponitur,ꝙ materia sit sua potẽtia,vt vult S.Th.tũc sic.Plures sunt potẽtię mãe: ergo sũt plures materiæ, patet cõsequẽtia. qa materia est sua potentia. antecedens probatur. Potẽtia multiplicatur ad multiplicationem actus,quia potentia dicitur ad actũ: sed sunt plures actus,& plures formæ receptibiles,in materia: ergo sunt plures potentiæ materiæ 3. vnum numero est quod vnam habet formam, vt Sor. sed materia nõ habet vnã formã ad essentiam suam pertinentẽ (vt dictũ est prius) ergo non est vna numero. 4.id quod est commune pluribus secundum prędicationem, nõ est vnum numero: sed materia prima est communis pluribus: ergo &c. Probatur minor, quia id a quo sumitur cõmunitas alicuius est commune: sed a materia sumitur communitas generis secundũ doctrinam S. Thomæ: ergo &c. 5. meta. cõ. tex. 10.

Ad euidentiã istius difficultatis,primo declarabitur titulus quęstionis. 2. dicetur ad quæstionem. Sciendũ itaq; primo, ꝙ cũ duplex sit materia.s.prima et ꝓpinqua,nõ loquimur hic de materia propiqua, qa certũ est esse plures materias propinquas: est. n.materia ꝓpinqua(vt superius dictũ est) materia informata dispositionibus ꝓprijs alicuius rei naturalis: certũ est aũt diuersarũ rerũ esse diuersas dispositiones proprias, vnde & oportet materias ꝓpinquas esse plures & diuersas: sed loquimur de materia prima sm entitatẽ suã cõsiderata, quã superius diximus esse purã potentiã de genere substãtię. Sciẽdũ 2. ꝙ non loqmur hic de materia prima, vt etiã inuenitur in corporibus cęlestibus, quia illa est alterius rationis a materia istorum inferiorum,sed loquimur de materia istorũ inferiorũ, ideo in quæstione fit mentio de materia generabilium & corruptibilium. Sciendũ 3. ꝙ vnum idem est qđ indiuisum, Alia est materia prima: & alia ẽ materia propiqua.

1. phy. expoẽs tex. 79.

vnum autem numero idem est, quòd taliter indiuisum non prædicabile de pluribus inferioribus. Quæritur ergo vtrum materia prima generabilium, & corruptibilium sit vna numero, id est vtrum sit vnum ens indiuisum, nõ prædicabile de pluribus, sicut superius de inferiori: an magis sint plures materiæ numero distinctæ de quibus prædicetur hoc commune, materia prima tamquam vniuersale.

Materia prima omniũ generabiliũ & corruptibiliũ est vna numero.

Quantum ad secũdum ponitur ista conclusio de mente Phil. & Cõment. Materia prima omnium generabiliũ, & corruptibilium est vna numero. probatur & primo sic, Supponitur ꝙ omnia generabilia, & corruptibilia sunt adinuicẽ transmutabilia, vel immediate (sicut cum ex aere generatur ignis) vel mediate, sicut cum ex equo generatur canis per multas transmutationes, vt voluit phil. tex. 76. Tunc arguitur sic, Illa quæ sunt transmutabilia adinuicem debent habere idem subiectum, quod sit sub vtroque termino transmutationis (vt patet ex philo

1. phy. cõ. 60 66. 69. & 82

sopho in multis locis) sed omnia generabilia & corruptibilia sunt transmutabilia adinuicem, per suppositum: ergo debent habere vnũ numero subiectum, sed per materiam primam, intelligimus subiectum cuiuslibet transmutationis: ergo materia prima est vna numero omnium generabilium, et corruptibilium. 2. Omnis distinctio est per aliquam formã, quia actus est qui distinguit & separat, vt dicitur. 7 Meta. sed materia prima nullam includit formam in essentia sua, cum sit pura potentia nullum includens actum: ergo, &c. 3. Si essent plures materiæ numero distinctæ, aut distinguerẽtur per aliquid superadditum ipsis materijs, aut seipsis: non per aliquid superadditum, quia loquimur hic de materia secundum essentiam suam, vt consideratur sine omni actu: non etiam distinguuntur seipsis, quia illa quæ distinguuntur seipsis distinguuntur plusquàm numero, cum in nullo conueniant, materia autem non potest sic distingui: ergo nullo modo sunt plures materiæ numero.

Vnũ numero duplicẽter dicitur .s. negatiue & positiue.

Aduertendum autem, quòd vnum numero potest accipi dupliciter, vno modo positiue, alio modo negatiue. Positiue dicitur vnum numero, quod habet vnam formam, per quam distingui tur ab omni alio, sicut Sortes: negatiue autem dicitur vnũ numero per priuationem omnis principij distinguentis, quia scilicet, non habet aliquid per quod distinguatur. Materia ergo prima est vna numero negatiue, non autẽ positiue, idest, est vna numero non per vnitatem formæ, sed per principij cuiuslibet distinctiui priuationem. Cum enim sit pura potentia, in ea non consideratur aliquid, per quod in plura distinguatur. Et hic modus similis est ei, quo dicitur vniuersale esse vbique, et semper negatiue: quia scilicet non habet in se aliquid, per quod determinetur ad hunc locum, & ad hoc tempus.

Comment. com. 63

Videtur autem hoc esse de mente Cõmentatoris, vbi dicit. Est igitur vnum subiectum numero, non habens dispositionem substantialem: sed habens materiam recipiendi istas dispositiones substantiales.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ aliud est loqui de materia secundum se considerata, & aliud loqui de ipsa secundum quòd est sub forma: secundum se enim cõsiderata, est vna propter priuatio-

nationem principij distinctiui, secundũ autem quod est sub diuersis formis est plures, propter pluralitatem formarum. Dicitur 2. ad maiorem, ꝙ habet veritatem ad hunc sensum, ꝙ idem numero, manens idem numero non est in diuersis, & tunc conceditur totum scilicet, quòd materia secundũ quòd existit in diuersis non est vna numero. Si autem intelligatur, quòd idem numero secũdum essentiam suam negatiue, non possit esse aliquo modo in diuersis, in quibus multiplicatur, maior est falsa: idem enim vnum, quod erat vnũ numero ẽt positiue recipitur in diuersis uasis, dũ diuiditur ī plura numero.

Ad 2. dicitur primo, ꝙ potentia materiæ est vna secundum rem, sed plures secundum rationem: habet enim diuersos respectus ad diuersas formas. Nam secundum quòd est receptiua formæ ligni, habet respectum ad formam ligni, secundum ꝙ est receptiua formæ bouis dicit respectum ad formã bouis. Dicitur 2. quòd ex hoc non infertur pluralitas materiæ realiter, sed solum secundum rationem: eadem. n. materia cum respectu ad formam ligni, distinguitur a seipsa ratione, secundum quòd consideratur cum respectu ad formam bouis.

Ad 3. patet ex dictis: concludit. n. de vno numero positiue, quomodo non dicitur materia vna numero esse.

Ad 4. negatur minor: nam materia non habet rationem vniuersalis, proprie loquendo: nisi forte secundum vocem, & conceptum, quem format intellectus de isto termino materia: vniuersale enim dicit aliquam formã, vniuersale dico quod est genus, aut species. Ad probationem dicitur primo, ꝙ maior est falsa. dicitur 2. quòd genus dicitur sumi a materia, quia sumitur ab esse imperfecto & determinabili, quod quia conuenit cum materia in hoc, quod est potentiale & perfectibile, dicitur materiale: sicut animal sumitur ab esse sensitiuo, quod dicitur potentiale, & materiale respectu esse intellectiui. Minor ergo est falsa: nam genus non sumitur a materia simpliciter, sed ab esse materiali, & potentiali, siue a materia, vt habet esse tale imperfectum, & potentiale.

ADDI.

Circa distinctionem illam quam tradit Auctor de uno numero, quòd est duplex alterum positiue, vt est illud qđ habet vnam formam, per quam distinguitur ab omni alio, ut Sortes, aliud est vnum numero negatiue, ſ. per negationẽ formę, & sic materia est vna numero, occurrit difficultas, quia nõ videtur, ꝙ materia posit intelligi per priuationem omnium formarum, quia materia cœli, suppositа nunc opinione Auerr. quòd sit subiectum in actu, & tamen non potest intelligi sine forma, ut patet per ipsum Auer. in libro de substantia orbis c. 2. ꝙ si intellectus poneret, materiã cœli sine intelligentia, esset sicut de motu, vnde sicut motus non remanet, sic nec orbis igitur. orbis non potest abstrahi a sua forma, multo igitur minus prima materia quæ est in fine, & in vltimo gradu potentialitatis & imperfectionis potest abstrahi ab ipsa forma. & augetur difficultas, quiá materia non cognoscitur nisi per analogiam ad formã. Hanc difficultatẽ soluunt Auerroistę, negando ꝙ intellectus non posit intelligere cœlũ absq; intelligentia, quia ponunt cœlũ subiectum in actu, & ad casum quem ponit Auer. dicunt ipsum esse possibilẽ secundũ imaginationem, & quærit Auer. posito ꝙ intelligentia non esset, quid esset de orbe, & respondẽ ꝙ esset sicut de motu, quia si intelligentia quæ est causa effic ẽ & finalis ipsius

ipsius cœli non esset, nec cœlum existeret, siue, non esset in existẽtia, sed ex istis non habetur clara responsio ad difficultatem motam.

Propterea est sciendum, q̃ vnum numero accipitur multipliciter & primo: pro eo, quod est unum numero coincidens cum vno specie, ut sol est unus numero, nãq; non reperitur nisi vnus solus Sol, & vna sola Luna, & hoc est duplex, alterũ quod nec actu nec potentia potest effici plura numero, & sic Deus est vnus numero, alterum est q̃ licet actu sit vnum numero, potentia tamen potest effici plura, & sic Sol & quælibet intelligentiarum potest dici vnũ numero, & secundo dicitur vnũ numero, quod cum alio est idem specie: sic Sortes, dicitur vnum numero, quia cum Platone participat hominem. tertio pacto, dicitur etiã aliquod vnũ numero, quod est vnum secundũ suam essentiam, potest tamen effici plura si cõiungitur eis, & sic materia, dicitur vna secundum suam essentiã denudatam a formis, si vero iungatur eis sic efficitur plures.

Est etiam notandum, q̃ materia in se considerata sicut est substantia, & ens, ita etiã est una vnitate trascendenti quæ conuertitur cum ente, & quia intellectus est tantæ efficaciæ, q̃ potest separata vnire, & vnita separare, quanto magis quæ sunt realiter distincta, ideo dico q̃ licet intellectus non possit intelligere materiam sine forma quo ad aliqua prædicata, non tamen quo ad omnia, inter quæ hoc est vnũ, q̃ intelligit ipsam prout est vna numero, & ad difficultatem motã q̃ intellectus nõ potest intelligere de mente Auerr. materiam cœli sine intelligentia, dico hoc esse falsissimum, cum Astrologus consideret de substantia cœli ęterna, & tamen non considerat de intelligentia: immo ipsemet Commen. comparat materiã cœli ad materiã primam, ponendo differentiã: quia materia cœli est in actu, & materia prima est in potentia. Nunc quæro ego vtrum in tali comparatione, intellectus Auer. abstraxit materiã cœli a sua forma, quando comparauit eam primæ materiæ aut non: si primo habetur propositum, q̃ intellectus potest abstrahere materiã cœli a sua forma: si non, igitur mala comparatio est quia cætera non sunt paria, quia cõparatur materia cœli, vt est habens formam ad materiam primã sine forma: & tunc dicam sibi, q̃ si materia cœli est in actu est ratione suæ formæ, & nõ est ex sua intrinseca ratione: dicã. n. q̃ materia prima etiã, vt est formata est in actu: & ita Commen. non haberet intentũ suum. deinde si cœlum nõ posset intelligi sine sua forma quomõ igitur diuersificati fuerunt phil. cum quidã asseruerunt ipsum esse primã causam, aliqui vero dixerunt quòd est causatum a prima causa, vt scripsit Comment. ex his ergo patet solutio dubietatis motæ.

5. cę. c. 29. & c. 1. de subst. orbis.

pri. eę. c. 20

Nota Auctorẽ difficultates aliquas de materia discutiendas reliquisse, ut illam num potentia materiæ sit idem essentialiter cum materia, quę est propositio, famosa in doctrina Arist. & declaratur in uia nostra, q̃ quo ad gradum entis potẽtia materiæ identificatur cũ ipsa licet, quo ad respectiuũ distinguatur ab ea, vt docet D. Th. q̃ potentia materiæ subiecto est vna respectu multarum formarum, ratione sunt multæ iuxta dictũ Arist. materia non est quid, nec quale &c. sed omnia potentia & hãc ueritatem substinere debes contra Iandunum. 2. est, Num eadem sit materia corporũ superiorũ, & inferiorũ, quæ pertractari põt super tex. 80. vbi habet phil. subiecta qdẽ materia &c. & ptractatur a D. Th. p. p. vide ibi qũo ipsã substinetur cõtra Egidiũ. 3. qũo materia appetit formã, & quo appetitu; quæ scribitur in tex. 81. vbi ait phil. q̃ appetit sicut fœmina masculũ & turpe bonũ, & disputatur ibi a D. Tho. cõtra Auic en. q̃ appetit nõ appetitu sensitiuo nec intellectiuo, sed naturali. 4. An aliquid formæ præfuerit in materia, q̃ pertractari põt in tex. 83. ib', principio aũt sm formã, & hanc sustinemus cõtra D. Albertũ ponentẽ inchoationẽ formarũ. Has difficultates nõ tractauit auctor, tũ causa breuitatis, tũ qa ab alijs phil. latius disputãtur, vt est videre apud oẽs quæstionarios. sunt & aliæ difficultates de priuatione, & forma, de quibus videre potes apud Versoriũ, Gratiadeũ & Chrys. Iauellũ.

Habetur. 1. phy. t. 79 In exposit. illius contextus. 7. met. t. 8 q. 25. 1. phy. q. 66. ar. 2.

Expliciunt Quæstiones in Librum Primum Physicorum.

INCIPIVNT QVAESTIONES IN LIBRVM SECVNDVM PHYSICORVM.

Quæstio prima. Vtrum definitio naturæ sit conueniens.

Est igitur natura principium alicuius, & causa mouendi, & quiescendi. Tex. III.

CIRCA secundum librum Physicorum quæritur primo, Vtrũ definitio naturæ sit conueniens, hæc s. natura est principium alicuius, & causa mouendi, & quiescendi in eo in quo est primum, per se, & non secundum accidens, et videtur q̃ non. Primo, Absolutum nõ debet definiri per respectiuum: sed natura est nomen absolutum, & principiũ est nomen respectiuũ: ergo natura non debet definiri p principiũ. maior probatur, Definiens debet esse prius definito: sed respectiuũ non est prius absoluto: ergo non definit absolutũ. minor vero probatur pro prima parte, Natura dicitur de materia, & de forma, quæ sunt absoluta: ergo natura est absolutum. 2. Idem non est causa cõtrariorum, nisi forte in agentibus per intellectum: sed quies & motus sunt cõtraria: ergo natura non est causa motus & quietis. 3. In cœlo est natura, & in ipso nõ potest esse quies naturalis, sed tantum motus: ergo natura nõ est causa motus & quietis. 4. Si natura esset principiũ motus in eo, in quo est, sequeretur, q̃ oĩa naturalia mouerent seipsa: sed hoc est falsum, quia sola uiuẽtia mouent seipsa, & ex ijs sola animalia, vt patet. 8. Physi. ergo natura non est principium motus eius, in quo est. Probatur consequentia, Id quod diuiditur in partem mouentẽ: & partem motam, mouet seipsum, vt patet etiã 8. Phys. sed si natura est principium motus eius in quo est, naturalia omnia diuiduntur in partem mouẽtem, & partem motam. s. in naturam, & id qd̃ mouetur: ergo mouebũt oĩa naturalia seipsa. 5. Si illa definitio esset sufficiẽs, tũc ars saltandi esset natura: sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur cõsequẽtia, qa ars saltãdi est principiũ saltationis in eo, in quo est & p se. Re spõdeo, q̃ ista nãe definitio ẽ cõueniẽs.

Tex. com. 18

Eodem text.

Pro cuius declaratione sciendum primo, q̃ nomen naturæ primo impositum est ad significandum generationẽ rerum viuentium, vt dicitur. 5. Meta. vt ipsa natiuitas, aut nascentia rerum viuẽtium dicatur natura: deinde quia illa dicuntur nasci, quæ generantur cõiuncta generanti, sicut fructus dum nascitur coniungitur arbori, & animalia generantur cõiuncta parenti, ideo trãslatum est nomen naturæ ad significandum etiam principium intrinsecum ex quo primo generãtur viuentia, et deinde vniuersaliter ad significandũ omne prin-

Nomen naturæ cui primo impositum est. Tex. com. 5

Definitio naturę quomõ intelligatur

principium intrinsecum motus. Sciendum 2. ꝙ iste terminus principium, licet sit relatiuum nomen, non est tamen relatiuum secundum esse, sed tantum secundum dici: non.n. principaliter, et in recto significat ordinem ad alterũ, sed significat absolutum cum respectu: significat.n.id, a quo aliquid procedit. Quod cum natura sit etiam relatiuum secundum dici, & significet absolutũ in ordine ad id, quod ex ea constituitur ad motum & quietem, cuius est causa, ideo conuenienter in eius definitione ponitur principium, tamquam genus. Sciendum 3. ꝙ phil. non vtitur negatione, dicendo principium & causa: non enim inutiliter repetit idem verbũ .s. principium, dum & includitur in ratione causæ, & ponitur explicite. hoc enim facit phil. ad ostendendum, quòd non in omnibus natura est eodem modo princip.ũ: in aliquibus.n. natura est principium actiuum motus, in aliquibus vero principium passiuum: elemẽta n. habent in se principium passiuum suæ generationis: sed viuentia habent in se principium actiuum sui augmenti (vt patet. 2. de anima) vnde natura est principium motus, siue passiuũ, siue actiuum, in eo in quo est, et hoc importatur cum dicitur principium & causa, vt per principium intelligatur principium passiuum, & per causam principium actiuũ. Possumus etiã dicere, ꝙ principium, & causa ad diuersa referuntur: nam dicitur principiũ, in ordine ad rem naturalem: est.n. natura principium alicuius, siue conformius ad tex. græcum, principium quoddam, quasi diceretur est de numero eorum, ex quibus constituuntur naturalia: dicitur autem causa in ordine ad motum & quietem. Non solum.n. constituit rem naturalem, sed etiam est causa motus, & quietis rei naturalis. Dicitur vlterius mouendi, & quiescendi, quia ea quæ naturaliter mouentur ad locũ (vt dicit S. Tho.) naturaliter etiam, in loco quiescunt, & ideo si natura est principium motus, est etiam principiũ quietis. Sed circa istã partẽ notanda sunt duo, primum est, ꝙ conuenienter dicit S. Tho. ea quæ mouentur naturaliter ad locũ, naturaliter quiescere in loco, non autem absolute ea quæ mouentur naturaliter, quiescere naturaliter in loco: primum.n. est verum, secundum uero est falsum. Oportet n. si aliquid ad locum naturaliter moueatur, ꝙ etiã naturaliter in eo quiescat: sicut ignis, qa naturaliter mouetur sursum, ideo & naturaliter ibi quiescit, & magis etiã naturaliter, quia propter quod vnumquodq; & illud magis: & ideo si aliquid mouetur naturaliter, vt acquirat locũ, magis naturaliter quiescet in loco. Non oportet autem absolute, si aliquid naturaliter mouetur, ꝙ naturaliter quiescat: id.n. quod mouetur naturaliter in loco, nõ autem ad locum acquirendum, non oportet, ꝙ naturaliter quiescat. Nam cælũ naturaliter mouetur, nõ tamẽ naturaliter quiescit: nam licet naturaliter moueatur, non tamen mouetur ad locũ, sed in loco. Et si contra hoc obijciatur, ꝙ sol mouetur naturaliter ab occidente ad oriẽtem, & sic videtur per propositionem S. Tho. ꝙ debeat quiescere naturaliter in oriẽte: Respondetur, et dicitur primo, ꝙ sol nõ mouetur ab occidente ad orientẽ primo & per se, sed mouetur ad motum deferentis, vt etiam de alijs stellis dicitur in 2. cœli. Vnde quia totum corpus cœli, naturaliter mouetur motu circulari ĩ suo loco, quælibet pars eius moue-

Principium est relatiuũ secũdũ dici.

Indefinitione naturæ non inutiliter ponitur principiũ & causa.

Tex. com. 36

Quomõ intelligatur dctũ S. Th. deffõne naturæ ĩ 2. Phoẽ quod mouet naturaliter ad locũ quiescit naturaliter in loco.

2 Cœli t.

mouetur ad aliquod vbi naturaliter, & ab eo naturaliter recedit, vt continuetur motus circularis: & sic sicut sol naturaliter mouetur ad vbi orientis, ita naturaliter recedit ab illo vbi: & ita est de qualibet parte cœli. Illa autem propositio S. Tho. .s. Omne qđ naturaliter mouetur ad locum, nãliter quiescit in loco; est intelligenda de eo quod mouetur primo, & p se ad locũ, non aũt de eo, quod mouetur ad motũ alterius, cuiusmodi est sol. Secũdo notandum est, quod cũ aliquod cõe describitur per effectus suos, non oportet illam definitionẽ, aut descriptionẽ totã omnibus inferioribus illius cõis conuenire: sed sufficit vt secundũ vnã partẽ conueniat vni, & secundũ alterã partem alteri. ver. gra. Color est cõmune quoddam ad albedinẽ, & nigredinem, Si aũt nõ haberetur propria definitio coloris per priora, & essentialia, sed daretur ista definitio per effectus, Color est accidens visibile congregatiuũ & disgregatiuũ visus, nõ oporteret, ꝙ omnis color esset congregatiuus, & disgregatiuus visus: sed sufficeret ꝙ aliquis color esset cõgregatiuus visus, & aliquis disgregatiuus. Cum ergo dicitur, ꝙ natura est causa mouendi, & quiescendi, nõ est intelligendum, ꝙ natura in omni eo, in quo est fit causa mouendi & quiescẽdi: sed ꝙ in aliquibus est causa mouẽdi, in aliquibus vero est causa quiescendi. Vel dicendũ secundũ Porphyrium, vt refert Simplicius, ꝙ ly, et, Arist. accipit pro vel, vt sit sensus, est causa mouendi, vel quiescendi. Quod autẽ subditur (eius in quo est) ponitur ad differentiã artis, qua aliquod extrinsecum opere manuum constituitur. ars.n. hmõi est quidem causa motus, sed non eius, in quo est. non.n. ars est in eo, quod fit per artem, & ab arte mouetur, sed in artifice. Nam neque ipsa artificiata, vt lectus, vestis, & hmõi, in quantum artificiata sunt. i. vt per formã artis cõstituuntur, motus principium aliquod in seipsis habent (vt inquit hoc loco philosophus), sed bene ratione materię, ex qua cõstituũtur, eo ꝙ materia ipsorũ res naturalis sit. lectus.n. inquãtũ ligneus est, ad motum deorsũ ex aliquo principio intrinseco .s. ex grauitate sibi inexistente inclinatur. Attẽdendũ tamen, ꝙ per hoc quod ponit, philosophus naturam esse principium motus intrinsecũ ei, quod mouetur, non intendit excludere, quin natura possit aliquod extrinsecum mouere, nam forma ignis quæ est naturæ in ipso, est principium siue causa calefactionis in aqua, sed ꝙ esse causã motus in eo in quo est, naturæ inquantum natura est eßentialiter conuenit, non autem mouere aliquod extrinsecum, & ideo illud in definitione naturæ ponitur, non autem istud. Sequitur in definitione ly (primum) quod sane adverbialiter sumitur, vt ex tex. græco apparet. idem enim est quòd primo, siue secundum ꝙ ipsum, & determinatly causa: sensus.n. est, ꝙ natura est causa intrinseca mouendi, & quiescendi, non ꝙ per aliquam aliam cãm intrinsecam ei, quod mouetur, cui per prius conueniat causare talẽ motũ & quietem, sed ipsa est prima causa motus intrinseca, & id cui primo conuenit talem motũ causare. Sicut per oppositũ cum animal deorsum cadit, non dicimus, ꝙ ille motus sit a natura animalis primo, & inquantũ huiusmodi, quia animalitas nõ est primo, illius motus causa intrinseca, secundum ꝙ est a natura grauis, quę ĩ mistione animalis

Cũ aliquid cõe per effectus suos describitur nõ oportet omnibus illã definitionẽ, seu descriptionẽ oĩbus inferioribus illius cõis conuenire.

predominatur, nam illius motus, grauitas est causa prima intrinseca, non autẽ aliquid aliud intrinsecũ prius ipsa. Additur postremo per se, & nõ secundum accidẽs, ad differentiã principij intrinseci nõ p se, sed p accidẽs & non inquantũ tale. natura. n. est principium motus intrinsecũ p se eius, qđ mouetur. i. cõueniẽs ei quod mouetur, inquantũ est tale, sicut grauitas p se intrinsece ẽ causa motus, eius qđ deorsũ mouetur. Per oppositiũ, si aliqs medicus egrotus seipsum sanet, ars medicinæ nõ dicitur natura, neq; talis sanatio dicetur naturalis, quia licet tunc ars medicinæ sit causa intrinseca eius, qui sanatur, non tamen est causa intrinsece & per se sanationis, eius qui sanatur: non. n. est de ratione infirmi, qui sanatur inquãtum huiusmodi, p in se medicinam habeat, cum videamus aliquos sanari, qui artem medicinæ non habent. Sed accidit sibi, p a principio intrinseco sanetur, inquantũ cõtingit eũ, qui sanatur esse mediciũ. Dicitur ergo natura esse causa intrinseca motus & quietis, primo, ad excludendũ cãm intrinsecã priorẽ, per se autem ad excludendum eã causam, quæ per accidẽs est intrinseca ei, quod mouetur inquantum huiusmodi, vnde ly non secundum accidens, est ex positio eius quod dicitur per se.

Istam esse cõuementẽ definitionem naturæ probat philosophus tali ratione, Id quo naturalia distinguũtur a nõ naturalibus est principium, & causa &c. sed natura est id, quo naturalia differunt a non naturalibus (dicũtur n. naturalia, quia habent naturã) ergo natura est principium: ergo &c. maior probatur, quia naturalia nõ differunt ab artificialibus, nisi quia naturalia habent in se principiũ motus per se, non naturalia autẽ non habent in se principium sui motus, nisi forte per accidens ratione suæ materiæ. Definitio naturæ in 2. physi. posita non est vera naturæ definitio, sed quædam descriptio.

Pro declaratione prædictorũ cõsiderã dum primo sm Albertũ, p hec non est vera definitio naturæ, sed est quędam assignatio, & descriptio, quæ est maioris manifestationis, quàm sit nomẽ. natura. n. dicitur de materia, et de forma secundum prius & posterius, vt patet in isto secundo. Id autem quod proprie definitur, nõ dicitur de alijs secundum prius & posterius. Aduertendum, vt habet Cõmẽt. cõ. 3. p licet ista definitio sit per se nota, philo. tamen ipsam per syllogismum hypotheticum manifestat sic arguẽdo. Si naturalia sunt illa, quæ habent principium, quo mouentur, & quiescunt ex se, & per se nõ p accidens, et natura est illa qua mouentur & quiescunt, necesse est vt natura sit principium, quo mouetur & quiescit illud, in quo est per se & primo, et nõ per accidens. Per huiusmodi autem syllogismos hypotheticos nullum ignotũ declaratur omnino, sed vtuntur ad confirmandum illud, quod est manifestum per se; tamen indiget modicula intuitione, sicut vsitatur diuisio, & inductio. Aduertẽdũ. 3. quia dictum est, p in aliquibus natura est principium actiuum, in aliquibus vero passiuum, p posset alicui esse dubium de cælo, et de grauibus et leuibus, vtrũ in ipsis natura sit principium actiuum an principiũ passiuũ. De cælo quidem est manifesta sñia. S. Th. p natura est principiũ passiuũ motus in eo et p motus ille dicitur naturalis solũ, quia materia cæli habet naturalẽ aptitudinem ad talem motũ, principium autẽ actiuum est intelligentia mouens: ratio autem huius est, quia nullum principium actiuum

Tex.co.n

actiuum inclinat ad motum propter ipsum motum. natura. n. semper tendit ad vnum determinate non se habẽs ad multa, in motu autem importatur diuersitas quędã, & difformitas, inquantum id quod mouetur, semper aliter et aliter se habet, vnde natura non inclinat ad motum, nisi propter aliquod determinatũ: sicut quia natura grauis inclinat ipsum ad quietem in loco deorsum, ideo mouet ipsum ad locum deorsum. Cælum autem non peruenit p suũ motum ad aliquod vbi, in quo naturaliter quiescat, quia quodlibet ubi est prĩcipiũ, & finis motus. Sequitur ergo, p in cælo non est principium actiuum motus, sed solum passiuum. De grauibus autem, et leuibus videtur aliquãdo dicere, quòd habẽt in se principium actiuum motus, aliquãdo vero p habẽt in se solũ principium passiuũ, & p grauitas, & leuitas sunt potentię passiuę.

Ad istius itaq; euidẽtiam sciẽdum, quòd non inconuenit aliquid esse principium actiuum, & tamen nõ esse potentiam actiuam, sed passiuum. Potentia. n. actiua vt dicitur. 5. Meta. text. cõmen. 26. est principium trãsmutandi aliud ab eo in quo est: modo non incõuenit aliquid esse principium actiuũ alicuius existẽtis in subiecto, in quo ipsum est, & tamẽ non esse principiũ trãsmutandi aliud ab eo, in quo est. Dicitur ergo, p grauitas est principium formale actiuũ, quo generãs mouet grauia, & sic comparãdo grauitatẽ ad generãs, quo mouet grauia est principium actiuum motus, sicut et aliorũ accidẽtium grauis: sed non est potẽtia actiua secũdum p est forma grauis, quia non est principiũ quo graue aliud moueat, sed principium quo moueatur, vnde magis se tenet ex parte potẽtię passiuę q

Tex. cõ. 26.

est principium trãsmutãdi ab alio, quã ex parte potentię actiuę, quę est principium transmutandi aliud. Ex quo patet, p non est contradictio in verbis S. Th. numquã. n. dicit p in grauibus, & leuibus sit potentia actiua, & potẽtia passiua motus: sed aliquãdo dicit p in eis est principium actiuũ formale motus, & p illud non est potẽtia actiua, sed passiua, quę nõ cõtradicũt, vt declaratum est. Cum aũt dicit, p nõ est principium actiuum, intendit p nõ est principiũ qđ mouet, sed p est prĩcipium, quo generans mouet.

Circa definitionem naturæ hic assignatam, posset quispiam dubitare, An in ipsa ita cõprehẽdatur anima, sicut & formę inanimatorum. Ratio dubitandi est, quia ex eo, p anima est principium intrinsecum motus animalis in quãtum huiusmodi, & per se primo, uidetur sibi definitio naturæ conuenire. Ex eo vero, p aĩa ad diuersas loci positiones mouet, videtur p nõ sit natura, quæ ad vnũ determinate tendit. Sicut grauitas ad locũ deorsum, leuitas ad locum sursum. Ad hoc dubium Simplicius respondet, p natura differt ab aĩa, & p naturæ definitio nullo pacto animę conuenit, quamuis nomen naturę sibi quandoq; attribuatur, sicut & intellectui, & Deo. Dicimus. n. naturã animę, naturã intellectus, & naturam dei, secundũ p id quo vnũquodq; vere est id, quod est, dicitur quandoq; natura. Hanc aũt positionem suam quibusdam rationibus confirmat. Prima est, Anima aduenit corpori physico, naturam habenti, vt patet ex animę definitione, qua dicitur, p anima est actus corporis physici: ergo est alia a natura. Secunda est, Anima est actus corporis organici: sed non oĩa corpo-

Universidad de Buenos Aires

ra habentia naturã sunt organica, immo etiã & corpora simplicia naturam habent: ergo anima non est natura. Tertia est. animata dicimus, quæ in seipsis causam habent & nutriendi, & agumentandi, & generandi similia. Sed multa naturalia non habent in seipsis huiusmodi causam, vt lapides & metalla: ergo anima non est natura. Quarto. Omne corpus habet naturam etiam artificialia, vt patet in statua cuprea aut lignea, non omne autẽ habet animam: ergo anima non est natura. Quinto. Natura est ĩ corpore tamquã in subiecto secundũ Aristo. non omnis autẽ anima est in corpore, sicut in subiecto: nam intellectus secundum ipsum 3. de anima, est separatus: ergo &c. Ex his deinde corrolarie infert, ꝙ natura est inferior anima. Aduenit. n. anima corpori naturali, sicut forma materiæ: anima namque & ipsa est quidem principium motus, & nobilius quàm natura: immo & fons, nõ est tamẽ principium existẽs in eo, qđ mouetur tamquã in subiecto, sicut naturæ attribuit Arist. De mente vero Alexand. & s. Tho. videtur esse, ꝙ hæc naturæ definitio etiam animã comprehendat: nam & ãa est principium intrinsecum motus rerũ animatarũ eis conuenientiũ, inquantum sunt animata. Quòd autem ita sentiat s. Tho. apparet: nam exponendo tex. 2. dicit, ꝙ animalia et plantæ a natura esse dicuntur, quia habent in seipsis principiũ agumenti & decrementi, sicut & alia principium aliorũ motuum, constat autem principium augmenti & decrementi in ãalibus, & plantis esse animam. 8. quoque Phys. exponẽdo tex. 27. ait, ꝙ motus animalis quo mouet seipsum, si cõparetur ad totũ animal est naturalis, quia est ab

Tex. com. 7. & 10

anima, quæ est natura et forma animalis, cõstat autem, ꝙ ibi accipit naturã, secundum ꝙ est hic a Phil. definita. Videtur autem hæc opinio s. Tho esse Aristo. opinio ex multis: primo, quia dum naturæ definitionem ex eo, in quo differunt naturalia a non naturalibus inuestigat inter ea, quæ sunt a natura cõnumerat animalia, et plãtas, ac etiã partes eorũ. Nec sufficit dicere, vt Simplicius respondet, ꝙ numerantur inter ea, quæ sunt a natura, nõ inquantũ animata sunt, sed inquantum naturã, quæ est infra animã continent, sicut in gradu superiori semper gradus inferior continetur: nam Arist. 8. Phy. tex. 27. loquens de motu animalis, inquantum animal est, inquit, ꝙ totum animal natura seipsum mouet: corpus autẽ eius & natura & præter naturam moueri potest, & constat ꝙ ibi naturam, secundum ꝙ est hoc loco definita accipit. Secundo quia declarans quomodo naturalia a non naturalibus differant inquit, ꝙ naturalia habent in seipsis principium motus & status, alia quidem secundum locum, alia vero secundum agumentum & decremẽtum, alia vero secũdum alterationẽ, constat autem ꝙ sola animata habent in seipsis augmentum et decrementum: ergo anima secũdum ipsum sub ratione naturæ est comprehensa. Respondet Simplicius dupliciter: primo ꝙ Arist. naturalibus rebus hoc loco attribuit augmentũ & decrementum, non quia animã naturã esse velit: sed quia nondũ determinauit quorum isti motus sint propry. 2 ꝙ istos motus cum motibus naturalibus connumerauit, quia secundum aliquos. quædam corpora naturalia et inanimata, augmentũ & decremẽtũ suscipiũt, sicut ignis & quædam petræ, ut ab ali

quibus

quibus traditur. Contra vtramque harum responsionum, videtur esse processus Arist. nam cũ dixerit a natura esse animalia, plantas, & simplicia corpora, ostendit esse ista a natura, quia habent in se principiũ motus, & deinde subiungit vniuscuiusq; eorũ propriũ motum, dicens quædam horum habere in se principium motus secundum locũ, quædam secundum augmentum & decremẽtum, quædam secundum alterationem: primum .s. volens animalibus tribuere, quæ a se mouentur secundum plãtis, tertium vero elementis: vel vt exponit s. Tho. primum grauibus et leuibus, & corporibus cœlestibus, secundum animalibus et plantis, tertium vero corporibus simplicibus, & his quæ componuntur ex ipsis. Ex quibus constat, ꝙ augmentũ & decrementũ accipit, tãquã motũ uiuentiũ, nõ aũt tãquã aliquid incertũ, cuius sit propriũ, aut tãquam rebus inanimatis conueniens.

Præterea constat, ꝙ oẽs partes definitionis naturæ conueniunt animæ: ergo & tota definitio. antecedens patet, nã anima est principium, & causa motus rei viuentis. & est in ipso animali, cum sit eius substãtialis forma, est etiã primo & per se causa talis motus, qa per nullam priorẽ causam talis motus conuenit viuenti, & causat talem motum in uiuente, in quantum viuens est, & animatũ. vnde de nutritione loquẽs

2. de anima tex. 44.

Aristo. inquit, ꝙ nihil alitur non participans vita, et ꝙ animatum est corpus, quod alitur inquantum est animatum. Ad hoc respondet Simplicius, ꝙ falsũ est omnes partes definitionis naturæ, animæ conuenire eodem modo, quo naturæ conueniunt: nam cum dicitur, ꝙ natura est principium, & causa mouẽdi &c. intelligitur de principio passiuo, quod nominat quandam aptitudinem ad motum: anima autem, inquantum anima, est principium actiuũ proprium motuum animatorum, non autem principium passiuum: quòd autem natura sit principium passiuũ probat, tum quia non dicitur in definitione naturæ, ꝙ sit principiũ & causa, vt corpus naturale moueat, & quiescere faciat, sed vt moueatur, & quietem recipiat: tũ quia naturalia non dicuntur a seipsis moueri, vt dicitur. 8. Phys. Te. com. 27 tum quia natura, quæ est forma est in subiecto, forma autem in subiecto existens, non est proprie sui subiecti motiua: tum quia 2. de cœlo, inquit Arist. Tex. com. 8. ꝙ in nullo inanimatorũ videmus, vnde principium motus. Sed contra istam responsionem & interpretationem, quã tamen ipsemet Simplicius, quandoq; non sequitur, cum aliquando dicat naturam esse causam motiuam siue factiuam motus, sunt uerba superius allegata ex 8 Phys. in quibus Aristo. ait, ꝙ totũ animal natura ipsum seipsum mouet. Nam si natura animal mouet seipsum: ergo natura non solum dicitur passiuum, sed etiam actiuum principium motus. Item hoc loco loquitur Arist. de natura proportionaliter ad artem, quæ est principium extrinsecũ motus, constat autem ꝙ ars est principiũ actiuum artificiatorum. Item in sequentibus huius libri ostendit, ꝙ natura agit propter finem: in 1. quoque de cœlo, Tex. com. 52 ait, ꝙ deus, & natura nihil agunt frustra: ergo natura est principium actiuum, non autem solum passiuum. Nec valet responsio Simplicij dicentis, ꝙ cum duo requirantur ad id quod fit. s. subiectum aliquod, quod est in potentia ad id, quod debet fieri, & agens quod est in actu, Natura quę est aptitudo

sub-

Universidad de Sevilla Biblioteca

subiecti dicitur facere, hac sola ratione, ꝙ ad effectum vtilis est, & dicitur agere propter finem inquantum generatio rerum naturalium determinatum finem respicit, nō autem generatio eorum, quæ a casu fiunt. Ista.n.responsio non saluat proportionem naturæ ad artem, quam Arist. facit: dum naturam, quæ est principium intrinsecum naturalium, comparat arti, quæ est principium extrinsecum artificiatorum. itē non saluatur, ꝙ natura agat propter finem: constat.n.ex longo Aristo. processu, ꝙ loquitur de agente proprie propter finem, non autē de aptitudine determinatum finem respiciente. Quæ autem ad confirmationem suæ responsionis adducit Simplicius, non est difficile soluere. Ad primum.n. dicitur, ꝙ licet ī definitione naturę dicatur, ꝙ est causa vt habens eam moueatur, non sequitur, ꝙ sit tantum principium passiuum motus. Nam & principium actiuum motus intrinsecum ei, quod mouetur, est causa ꝙ illud non solū moueat, sed etiam ꝙ moueatur: pars.n.mouens in animalibus est principium et causa, ꝙ animal moueatur a se; & sic ꝙ moueat & moueatur. Ad 2. dicitur, ꝙ de inanimatis loquitur Arist. cum dicit naturalia non moueri a seipsis, vt ex eius verbis apparet. Talia.n. habent principium motus passiuū intra se, non autem principium actiuum, & ideo nō dicuntur a seipsis moueri, sicut animata. Ad hoc.n. vt aliqua dicantur mouere se, oportet vt & principium actiuū, & principium passiuum sui motus habeant in seipsis. Ad 3. dicitur, ꝙ forma in subiecto existens, secūdum ꝙ est per aliquam suam uirtutem in vna parte sui subiecti, potest esse motiua alterius partis ipsius, in qua est potentia tantum passiua ad motum, et sic totum dici mouere seipsum; vnde Arist. ostēdit omne, quod seipsum mouet, oportere in duas partes diuidi, quarum vna sit mouens; altera vero mota. Ad 4. conceditur, ꝙ licet in nullo inanimatorum sit principium actiuum sui motus, sed natura in eis sit tantum principium passiuum motus: in rebus tamē animatis, quæ etiam a natura esse dicuntur, natura est principium actiuū motus. Arist.8.phy. T.com.30.

Ad euidētiam aūt opinionis Alex. & S. Tho. immo ēt ipsius Aristo. duo sunt attendenda. Primum est, ꝙ animam esse naturam dupliciter intelligi pōt, vno mō adęquate, quasi videlicet ista duo nomina, anima et natura, sint synomina, definitioq; unius sit alterius definitio, alio modo inadequate tāquā s. pars subiectiua naturæ, de qua naturæ definitio prædicetur, sicut definitio animalis prædicatur de homine. Si primo modo accipiatur, sic anima non est natura, nam tunc nulla forma præter animam, naturæ haberet rationem, neque etiam materia esset natura. Si verò secundo modo accipiatur, sic anima est natura tamquam videlicet sub natura contenta, sicut homo sub animali continetur. Naturæ.n.nomen, & definitio, dicitur, & de anima & de formis substantialibus rerum inanimatarum, & vlterius de materia. Alterum est, ꝙ in definitione naturæ principium & causa, cōmuniter, & absolute accipiuntur, vt & ad causam agentem, & ad causam materialem siue passiuam extenduntur: nō autē determinate pro principio actiuo, neque pro principio passiuo determinate. In omnibus.n.naturalibus, natura est principium motus: nō autem in omnibus naturalibus est principium actiuum motus, neque in Anima ē esse natura dupliciter pōt intelligi adequate & inadequate.

in omnibus principium passiuum. Sed in viuētibus, inquātum huiusmodi, est principium actiuū motus eorū, inquantū viuentia sunt: in rebus vero inanimatis est principium passiuum. Et licet in aliquibus eorum, sicut in grauibus, & leuibus sit principium formale motus: illud tamen magis sub potētia passiua se tenet (vt inquit S. Thom.) quàm sub potentia actiua, cum non sit principium vt moueant neq; se, neq; alia, sed tantum, vt moueantur a generante. Attendendum tamen ꝙ quāuis natura secundum ꝙ hic definitur, commune quoddam dicat, & formis inanimatorum, & animæ: aliquando tamen accipitur pro formis tantū corporum simplicium, & substantiarum inanimatarum: ideo aliquando naturā separat s. Tho etiam de mente philosophi ab anima: sicut. 2. de anima, vbi exponendo tex. 14. determinat, ꝙ principium motus augmenti, & decrementi in plantis non est natura, sed anima.

Ad rationes autem Simplicij rndetur. Ad primum quidem dicitur: licet anima sit actus corporis physici, siue habentis naturam, quę est forma corporis ex elementis compositi: non tamen per hoc excluditur, qui sub natura hic definita contineatur anima. Nam proprium animæ subiectum inquantū anima, est corpus naturale, inquantum habet in se naturam, quæ est forma inanimati, siue sit ab illa realiter distincta, siue ratione solum, sicut proprium subiectum animæ sensitiuæ inquantū anima sensitiua, est corpus animatum anima vegetatiua, siue sit ab ea realiter distincta, siue sit tantum distincta ratione. Et ideo sicut aīa sensitiua, quāuis & ipsa sit anima, in suo tamen proprio subiecto animam vegetatiuā requirit, quæ est inferioris gradus, siue seipsam, vt dat perfectionē animæ vegetatiuæ secundum diuersitatē perfectionum: & anima absolute, siue anima vegetatiua in suo proprio subiecto naturam, quæ est forma corporis misti ab aīa distincta, quæ est inferioris gradus requirit, quamuis & ipsa sit natura. Ad 2. dicitur, quòd probat animā non esse naturam adæquate, quod concedimus: non autē probat quin sit sub natura, quæ hic definitur contenta: cōcluditur.n. quòd anima nō est omnium naturalium corporum natura: nō autē quòd nō sit natura rei animatæ. Ad 3. similiter dicitur, ꝙ probat animā non esse naturam adæquate: concluditur. n. ꝙ multa naturalia non habent animam, & consequenter, ꝙ anima non est omnium naturalium natura, quod gratis cōcedimus. Ad 4 similiter rndetur. Ad 5. dicitur primo ꝙ falsum est non omnem animam esse in subiecto, accipiendo s̄m pro materia, quæ est potentia, quomodo intēdit philosphus naturam esse in subiecto. Dicitur 2. quòd licet intellectus, qui est potētia animæ non sit in subiecto, quia organo alicui determinato non est affixus, ipsa tamē anima intellectiua, cuius potentia est intellectus est in materia, et illi dat formaliter esse. Dicitur 3. ꝙ si ponatur, animam intellectiuam non esse actum materiæ, sed substantiam separatā ad modum intelligentiarum, ipsa non est natura secundū quòd hic definitur, cū hoc tamen stat, quòd animæ aliæ, quæ sunt in materia, sub naturæ ratione cōtineantur. Ad rationem quæ in principio dubij posita est, dicitur, quòd nō est naturæ vniuersaliter, ꝙ a contrario et ad diuersa loca non moueat: sed tantū naturæ rerum inanimatarum.

Ad

Ad rationes in oppposiũ rñdetur. Ad primam negatur minor: dictũ est .n. quòd natura est relatiũ secundum dici. Ad probationẽ dicitur, quòd admisso, quòd materia, & forma dicãtur absolute, inquãtum materia et forma: inquantum tamen significatę hoc nomine natura, sunt relatiua secũdum dici. non potest .n. concipi forma vt natura, nisi concipiatur in ordine ad motum, & similiter materia.

Ad 2. dicitur, q̃ quando aliqua sũt contraria secundum rationem perfecti & imperfecti, ita q̃ vnũ est via in alterum & ordinatum ad illud, non incõuenit vnum aliquid esse causam taliũ contrariorum: si autem sint contraria perfecte quorum .s. vnum non ordinatur ad alterum, tunc vnum et idem nõ est causa cõtrariorum: ignis .n. non est per se causa caliditatis & frigiditatis, sed solum caliditatis. vnde maior est falsa de cõtrarijs primo modo sumptis, & minor vera: motus .n. & quies se habent, sicut perfectum & imperfectum, & motus ordinatur ad quietẽ, si autem accipiatur maior de contrarijs, secundo modo dictis, tunc negatur minor: motus enim & quies non sunt illo modo contraria.

Ad 3. respondet Albertus, q̃ motus cœli non est naturalis: non .n. talis motus est a natura, sed est a voluntate et intellectu alicuius motoris separati: vnde negat maiorem scilicet, quòd in cœlo sit natura, & dicit quòd natura, secundum quòd hic consideratur est solum in istis inferioribus. Aliter respondetur de mente s. Tho. & dicuntur duo, Primum est, quòd natura est in cœlo, & quòd motus cœli est naturalis, nõ propter principium actiuum in se existens; sed solum propter principium passiuum: materia enim cœli habet naturalem aptitudinem ad motum. Secundum est, quòd natura dicitur principium mouendi, & quiescendi: non quia in quocumque sit, causet motum & quietem: sed quia est causa motus in aliquibus, in aliquibus vero est causa quietis: vnde non oportet, si in cœlo causat motum, quòd etiam causet in eo quietem.

Ad 4. negatur consequentia, ad probationem negatur minor. Nam mouens seipsum, diuiditur in duas partes in actu; quarum vna est id, quod mouet, & altera est id quod mouetur: modo non omnia naturalia diuiduntur in huiusmodi partes, tum quia in quibusdam natura est tantum passiuum principium; sicut est in motu corporum cœlestium, tum etiam, quia aliqua habentia etiam formale principium motus, non habent in se id, quod mouet: sed id quo aliud ipsa mouet: sicut grauia & leuia habent in se grauitatẽ & leuitatem, quæ non se habent, sicut ea quæ mouent, sed sicut ea, quibus generans mouet ea.

Ad 5. dicitur, quòd in saltatione sunt duo, scilicet motus, & dispositio talis motus, ars ergo saltandi non est primum principium motus saltationis, inquantum motus est, sed inquantum habet talem modum: vnde negatur consequentia.

ADDI.

ADDI.

Natura sumitur quatuor modi pro generatione viuẽtiũ, pro principio intrinseco cuiuscũq; motus. 3. pro materia & forma. 4 pro essentia cuiuscũq; rei. vide s. Th. 1. par. q. 29. art. 1. ad. 4.

Natura sumitur dupliciter .s. pro natura naturante, quæ est Deus ordinans naturas omnium 2. pro natura naturata, quæ est eius instrumentum. Vide Aucto. quomodo intentio naturæ semper est ad aliquod certum. 1. 1. q. 6. ar. 1. ad. 4.

Naturæ definitio est manifesta ex se, & ponitur in scientia naturali. 4. contra gentes cap. 83. & cap. 23.

Natura nihil irrationabiliter, neque frustra facit. 2. cœli Auer. com. 59. Auer. 2. phy. com. 3.

De definitione naturæ vide Simpli. 2. Phys. com 4. Suessa. ibidem. Iandunum. q. 1. Iauel. q. 3. Tholetum. q 1. Vide Auer. 1. cœli co. 59

Quæstio Secunda. Vtrum scientiæ mediæ inter mathematicas, & naturales, sint magis naturales, quàm mathematicæ.

Demonstrant autem, & quæ magis physicæ, quàm Mathematicæ, ut perspectiua, & Armonica, & Astrologia. Text. XX.



Væritur secundo. Vtrum scientiæ medię inter mathematicas et naturales sint magis naturales, quàm mathematicæ, & videtur quòd non.

Duplex operatio intellectus. f. prima & secunda, & differẽtia inter illas.

Primo, scientia debet denominari ab eo, quod est formale in ipsa: principia ex quibus procedit scientia se habent, sicut formale & subiectum se habet sicut materiale: ergo scientia debet denominari a principijs, sed principia scientiarũ mediarum sunt mathematicalia: ergo illæ scientiæ debent dici simpliciter mathematicæ.

Secundo s. Th. super Boetio de Trinitate dicit, q̃ istæ scientiæ magis tenẽt se ex parte mathematicæ scientiæ, quã ex parte naturalis: ergo &c.

Ad euidentiam huius difficultatis, Primo declarabitur, quæ sint scientiæ mathematicæ, quæ naturales, & quæ medię inter istas. 2. dicetur ad quæstum. Sciẽdum itaque primo, q̃ duplex est operatio intellectus, vt dicitur. 2. de anima .s. indiuisibilium intelligentia, quæ est cognitio quidditatis rei, q̃ importatur per nomen, sicut cũ cognoscit quid est homo, & compositio et diuisio, quę est formatio propositionis affirmatiuæ, aut negatiuæ: sicut cum intelligit, q̃ homo est animal, aut q̃ homo non est lapis. Inter istas duas operationes intellectus, est differentia q̃ per primam operationem potest intellectus separare ea, quæ sunt coniuncta in re. si .n. Sortes sit albus, & musicus potest apprehendere album non apprehendendo musicum: non est .n. aliud intellectum abstrahere vnum ab altero per primam operationem intellectus, quàm vnum intelligere, altero non intellecto. Per secundam autem operationem, non potest vere separare ea, q̃ sunt coniuncta secundum rem: sicut si Sortes sit albus, non potest vere separare albedinẽ a Sorte: nam separare vnũ

ab altero per istam operationẽ, est intellectum intelligere, vnũ non esse coniunctũ alteri. separaret. n. Sortẽ ab albo, si intelligeret Sortem nõ esse albũ: hoc autem esset falsum, supposito, ꝙ Sortes in re esset albus. Sciendum 2. ꝙ licet per primam operationem intellectus, possit aliqua sẽparare, quæ sunt coniuncta, non tamen omnia. Nam posterius non potest separari a priori, & ab eo quod ponitur in eius definitione. Prius autẽ põt separari a posteriori, cum ab ipso non dependeat: animal. n. potest intelligi non intellecto homine, quia homo non est de definitione eius. Animal. n. est substantia animata sensibilis, in qua definitione nõ ponitur homo; sed homo non potest intelligi sine animali, quia animal ponitur in definitione hominis: est. n. homo animal rationale. Sciendũ 3. ꝙ licet omnia accidentia dependeant a substantia, & non possint esse nisi in substantia, quodam tamen ordine adueniunt substantiæ. Nam substantiæ materiali, primo aduenit quãtitas, deinde qualitates et alia accidentia: ideo quantitas non potest intelligi sine substantia, potest autẽ intelligi sine qualitatibus sensibilibus s. sine albedine, frigiditate, sono, & huiusmodi. Nam substantia prior est quantitate; qualitates autem quantitate sunt posteriores, & quia substantia sine accidentibus dicitur materia intelligibilis, co[n]s. ꝙ solo intellectu apprehendi possit, substantia autem subiecta qualitatibus sensibilibus dicitur materia sensibilis (sic enim aliquo sensu capi potest) ideo quantitas a materia intelligibili, nõ abstrahit, sed bene a materia sensibili. Illę ergo scientię mathematicæ dicuntur, quæ considerant de his, quæ a materia sensibili in suis definitionibus abstrahunt, & tamen in substantia sensibili habẽt esse. Sunt. n. de quantitate, secundum ꝙ per primã operationem intellectus abstrahitur a materia sensibili: non autem secundũ ꝙ in materia sensibili esse habet. Vnde bene inquit Arist. ꝙ abstrahentium nõ est mendacium. mathematici. n. non sic abstrahunt a materia sensibili, quasi dicant quantitatem non esse in materia sensibili: sed quia considerant quantitatem non considerantes ipsam, vt in materia sensibili habet esse. sed secundum eius definitionem, in qua materia sensibilis non cadit. Cum. n. definitur linea, quòd est longitudo sine latitudine, non ponitur in ista definitione materia sensibilis, et simile est de alijs quãtitatibus. Si dicatur, ꝙ sicut in definitione lineæ, non ponitur materia sensibilis, ita nec substantia, quę dicitur materia intellectualis: & ita sequitur, ꝙ etiã a materia intelligibili abstrahat, cuius oppositum dictum est, respondetur, ꝙ si accipiatur completa definitio lineæ, in ipsa ponitur substantia: cum. n. longitudo sit species quantitatis cõtinuę, oportet, vt in eius definitione ponatur quantitas, in definitione autem quantitatis ponitur substantia: est. n. quantitas mensura substantię.

Per primã intellectus operationẽ põt aliqua separare aduicem, nõ aũt omnia.

Accidentia quodam ordine insunt substantiæ.

2. cœ. t. 5

Quantum vero ad sciẽtias naturales, Duo sunt aduertenda. primũ est, ꝙ cum res aliquę naturales dicuntur, quia habent naturam, natura autẽ dicatur de materia et de forma, proprię res naturales dicuntur, quæ ex materia & forma sunt compositæ. Secundum est, ꝙ vniuersalia rerum naturalium, sicut homo, animal, & huiusmodi, licet in suis definitionibus non includant materiam signatam & individuatam, includunt tamen materiam sensibilem

7. met. Tex. com. 35 bilẽ vniuersalẽ, vt dicitur. 7. met. Homo. n. licet in sua definitione, non includat istam animam Sortis, & istam carnem, aut ista ossa, includit tamen animam, & carnem, & ossa. Homo enim est compositum quoddam ex carnibus, & ossibus, et anima intellectiua: vnde licet homo possit intelligi sine ista materia sensibili, non tamen potest intelligi sine materia sẽsibili vniuersali. Sciẽtia ergo naturalis dicitur, quæ considerat de rebus naturalibus, & quia res naturalis habet esse in materia sensibili, & in sua definitione includit materiam sensibilem: ideo scientia naturalis est, quæ considerat de his, quæ habẽt eße in materia sensibili, & per materiam sensibilem definiuntur.

Quantum ad scientias medias sciẽdum secũdum mentem Commen. quòd sunt aliqua, de quibus possibile est considerare secundum quòd sunt in materijs, & secundum quòd abstrahuntur a materijs, sicut illa, quæ sunt in materia, & tamen non definiuntur per materiam: et aliqua sunt, de quibus est impossibile cõsiderare sine materia, sicut homo, animal & huiusmodi. Sunt ergo scientiæ aliquæ pure naturales, quę nullo modo possunt cõsiderari sine materia sensibili, sicut liber phys. liber de generatione & corruptione &c. Aliquæ vero sunt pure mathematicę s. q̃ considerant de his, quæ possunt considerari cum materia, & sine materia: tamen de his per abstractionem a materia considerãt, vt Geometria & Arithmetica. Mediæ ergo scientiæ eṽt, quæ neque considerãt de his, quæ sine materia considerari non possunt, neq; de his, quæ possunt absque materia cõsiderari secundum quòd sunt abstracta a materia considerant: sed tractant de his, quæ possunt quidem considerari sine materia, sed tamen ab ipsis per applicationem ad aliquam materiam sensibilem considerantur: sicut sunt istæ tres; Perspectiua, Musica, & Astrologia. Perspectiua enim considerat de linea, vt est determinata ad visuale: de linea enim visuali determinat: Musica de numero sonoro: Astrologia de figura, & quãtitate, & numero, vt determinata ad Cœlum, & partes eius.

Auer. co. 18

Quantum ad secundum sciendum, ꝙ quilibet habitus cognoscitiuus habet respectum, & ad aliquid, quod est tamquam formale, et ad aliquid quod est tamquã materiale. Formale est medium, per quod aliquid cognoscitur in illa scientia: materiale est id, quod per tale medium cognoscitur. Dicitur ergo ad dubium, quòd scientiæ mediæ formaliter quidem sunt magis mathematicæ, quàm naturales: patet quia principia sua, & media demonstrandi, sunt mathematicalia: sed materialiter sũt magis naturales. Considerant enim de his, quæ habent esse in materia, secundum ꝙ habent esse in materia, quæ cõsideratio est naturalis. Non contradicit ergo s. Tho. sibi ipsi, quia dum dicit exponendo textum Phil. quòd sunt magis naturales, intẽdit quòd sunt magis naturales, quantum ad id, quod est materiale in ipsis, & hoc dicit conformando se verbis Philo. dicentis. Demonstrant autem, & quæ magis physica, quàm mathematica, vt perspectiua, & armonica, & astrologia, vbi dicit Cõmen. Et declarabitur, ꝙ in definitionibus naturalibus apparet materia ex hoc quoniã, quod de mathematicis est propinquius scientiæ naturali, magis pertinet ad materiam, et magis apparet materia ĩ definitionibus eius,

Scientię mediæ formaliter sũt mathematicæ materialiter sunt naturales.

Tex. 10.

licet minus appareat, quàm in scientia naturali, vt in scientia de aspectibus, & musica, & astrologia. Vbi autem dicit, ꝙ sunt magis mathematicę intendit ꝙ sunt magis mathematicę formaliter, ideſt quantum ad id, quod est formale in eis. Absolute tamen loquēdo, debent dici magis mathematicæ, quàm naturales: quia id quod est formale potius est. vnde cum quantum ad formale, sint magis mathematicę, absolute debent dici magis mathematicæ. patent oīa ista ex doctrina s. Th. 1. 1. q. 9. art. 2. ad 3.

Sed tunc remanēt duo dubia, primum dubium est. Si istę scientiæ sunt absolute, & formaliter Mathematicæ, quare Philo. nominat eas magis naturales, quàm mathematicas. Secundum dubium est, Nam s. Tho. assignat rationē quare sint magis naturales, quia s. vnumquodq; denominatur, & speciem accipit a termino: vnde quia consideratio harum scientiarum terminatur ad materiam sensibilem, ideo magis dicuntur naturales. Ex quo arguitur sic, Mediæ scientię sunt magis naturales, quàm mathematicæ, & secundum speciem suam sunt naturales: ergo formaliter sunt naturales: ergo non tātum materialiter, vt dicit responsio. patet antecedens, & consequentia a simili. Iste motus accipit speciem ab aledine, quæ est terminus eius: ergo iste motus, secundum speciem suam est dealbatio. Ad ista respondetur, Ad primum quidem dicitur, quòd Phil. comparat mathematicam ad naturalem, quantum ad ea, de quibus considerant, & probat per scientias medias, quòd Mathematicus differt a naturali, eo quòd considerat ea, quæ sunt in materia, per abstractionem tamen a materia; non autem naturalis hoc autem probat per scientias medias, quæ magis appropinquant ad scientiam naturalem, quàm ad mathematicam, & arguit sic. Perspectiua, quæ est scientia media inter mathematicam, & naturalem: & est magis naturalis, quàm mathematica: considerat. n. lineam inquantum physica est, & vt habet esse in materia sensibili: ergo opposito modo mathematicę purę considerant de linea, per abstractionē a materia sensibili. Quia ergo comparat istas scientias, quantum ad illa quæ considerant, quod est naturale in scientia: ideo absolute dicit illas scientias esse magis naturales, & non magis mathematicas. Ad 2. dicitur primo, quòd in scientijs medijs subiectum duo includit, subiectum s. superioris scientię, & aliquid contrahens tale subiectum. subiectum enim perspectiuę, est linea visualis: constat autem quòd linea visualis, includit lineam, quę est subiectum Geometriæ partiale, & visuale quod contrahit lineam. Dicitur 2. quòd licet aliquid absolute ponatur in specie determinata per formam suam, quantum tamen ad materiam, etiam in aliqua determinata specie collocatur. Homo enim a forma quidem sua habet, quòd sit homo absolute, secundum materiā tamen suam est in specie carnis, aut ossis, aut misti, aut alicuius huiusmodi. Sed licet quātum etiam ad materiam, sit in tali specie, non oportet tamen ꝙ ipsum formaliter sit tale absolute, sed sufficit quòd materialiter sit tale. Dicitur 3. ad dubium, ꝙ ratio s. Tho. bene concludit. Cum enim subiectum mediæ scientiæ sit aliquid mathematicū, & aliquid naturale, magis tamen scientia dicitur naturalis, quantum ad materiam, quàm mathematica: quia unūquodque accipit speciem, & denominationem a termino: sed id quod pertinet ad materiam sensibilem, se habēt vt terminus respectu eius, quod pertinet ad mathematicum, quia determinat illud, sicut visuale determinat lineam: ergo scientiæ mediæ magis sunt naturales, quantum ad materiam, quā mathematicæ. non oportet autem, si materialiter. i. quantum ad ea, quę considerant sint in specie scientię naturalis, quòd absolute formaliter sint tales. nec valet exemplum adductum de dealbatione: dealbatio enim est dealbatio, solum ratione termini, quod est sicut forma eius, & nō ratione materię.

Aliquid absolute secūdum formam ponitur si sua specie, secundū tamen materiam potest poni in aliqua determinata specie.

Ad Argumenta patet solutio ex dictis. Aduertendum tamen, quòd illa non est mens Philo. quam sibi latini interpretes attribuunt. Non enim vt ex tex. græco apparet, sensus est, quòd scientiæ medię magis se teneāt ex parte naturalium scientiarum, quàm ex parte mathematicarum: sed quòd inter omnes scientias mathematicas, ipsæ magis ad scientias naturales appropinquant. habet enim sit text. græcus. δηλοῖ δὲ καὶ τὰ φύσικώτερα τῶν μαθηματικῶν. ideſt ostendunt autem, & quę naturaliora sunt in mathematica, siue ostendunt autem, & naturaliora mathematica, & hunc sensum tangit Comment. & Themistius.

ADDI.

Aduerte diligenter circa id, quod dicit Auctor, quòd quantitas non abstrahitur a materia intelligibili. i. a substantia, quandoquidem substantia quanta, est materia intelligibilis. hæc enim est subiectum scientiarum mathematicarum, ut colligitur ex D. Tho. & fundatur hæc doctrina super famosa illa propositione, Prius non potest abstrahi a suo posteriori: priora enim secundum naturam sunt, quæcumq; possunt esse sine alijs, & alia non sine ipsis, huius quoque opinionis est Alber. Egidius, & Scotus, & Iandunus. Auctor 3. Notabi. huius quæst. D.Th. super tex. 18. huius 2.

Oppositum tenet Zimara, & mouetur, quia nulla definitio datur in geometria, nec in arithmetica, in qua appareat tale subiectum, quod est substantia corporea. & Ari. abstraxit accidens a substantia, & Theologi abstrahunt relationem a Diuina essentia & sic posterius abstrahitur a priori, sed allucinatur hic uir, non considerans quomodo implicite & confuse, apparet substantia in definitio mathematicorum, & quomodo accidens respectiuum habet rationem, ad, & rationem, in, vide D. Th. quia primo modo abstrahitur a substantia non, 2. Pro scientijs mediis uide The. & Auerr. quomodo concordant cum D. Tho. vt ex idiomate greco etiam deducit Auctor, quia ex hoc intelligere potes, quomodo scientia de anima, dicitur mathematica, & media, vt potes videre apud The. & sic concordabis Philop. Simpl. Albert. & D. Thom. contra proteruos. Hęc hab. 5. meta. ca. de priori. & post prędic. land. q. 5. huius 2. Zim. The. 7. Arist. prædicam. relat. Scot. in quo lib. q. 1. ar. 1. D. Th. pri. p. q 30. art. 2. Auct. prone finē quæst. The. 1. phys. in prine.

Universidad de Sevilla

Quæstio Tertia, Vtrum ad naturalem pertineat demonstrare materiam primam esse.

Cum duę naturæ sint, de utraque est Physici, aut de eo, quod est ex utrisque. Tex. XXI.



Queritur tertio, Vtrum ad naturalẽ pertineat demõstrare materiam primam esse, & videtur ꝙ non, primo. Nulla scientia probat, principia sui subiecti esse, sed materia est principium entis mobilis, quod est subiectum philosophiæ naturalis. ergo philosophia naturalis, non probat materiam esse. consequentia nota cum minori, maior autem probatur. Si scientia probaret principia sui subiecti, probaret ꝑ aliqua priora, sed in scientia nihil est prius ipsis principijs subiecti: ergo &c.

2. Si phil. naturalis, probaret materiam esse, probaret ens mobile esse: nam materia ens mobile est: sed hoc est falsum, quia nulla scientia probat suũ subiectum esse; ens autem mobile est subiectum philosophię nãlis: ergo &c.

Circa istam difficultatem aliter sentit Auicenna, & aliter Comment. Motus enim Auicenna propter primam rationẽ supra positam, voluit quòd naturalis non potest probare materiã primã esse: sed hoc pertinet ad metaphy. cum, qui est artifex vniuersalis: Auer. autem tenet, ꝙ naturalis debet demonstrare materiam primam esse. Pro cuius positione, notanda sunt duo secundum mentem eius. Primum est, quòd triplex est demonstratio .ſ. demonstratio propter quid, & demonstratio signi. Istam distinctionem ponit, 2. phy. & eam declarat. 2. cæli. Demonstratio simpliciter est per quam scitur, & esse rei, & causa. prius enim erat ignotum esse rei, & causa, et postmodum ꝑ demonstrationem scitur. sicut si aliquis ignoret, hominem esse risibilem, et propter quid sit risibilis, posteaq; per demonstrationem, sciat hominem esse risibilem, & causam eius, talis demõstratio erit demõstratio simpliciter. Demõstratio propter quid, est per quã cognoscitur causa rei, sed nõ esse, quia videlicet esse rei est notũ. sed nõ causa: sicut si aliquis videat lunã eclipsari, et ignoret causam, & demonstretur sibi, ꝙ luna eclipsatur propter terræ interpositionẽ inter ipsam & solẽ, talis demonstratio dicetur demõstratio propter qd. Demonstratio signi, est demonstratio ꝑ effectum: sicut si demonstretur, ꝙ stellæ fixæ sunt remotæ, quia scintillant.

Secundum est, ꝙ vt ponit Comment. materia potest dupliciter considerari, vno modo, inquantum est vnum entiũ (ens enim diuiditur per potentiam & actum) nono metaphy. tex. com. 1. alio modo, vt est materia formæ .i. vt est receptiua formæ substantialis. habentur ergo tria de mente Comment. primum est, quòd materia inquantum vnum entium, est de consideratione metaphysici, hoc posset probari, quia quod participat rationem formalem obiecti alicuius scientiæ, pertinet ad illam scientiam, inquantum participat talem rationem: sicut & visu omne coloratũ, inquantum coloratum, potest videri: sed ens inquantũ ens, est obiectũ meta. ergo vnũquodq; , inquantũ participat rationẽ entis, est de cõsideratione metaphysici: ergo materia prima, inquãtũ ens, est de consideratione metaphy. 2. est, ꝙ materia in respectu ad formã .i. vt

1.phy.co.21.

9.meta. tex. com.1.

comm. c.11. & 12.

Com. 11.

Demonstratio triplex .ſ. simpliciter propter quid & signi.

1.phy. cõ.11. Tex. 18

susceptiua formæ, est de consideratione naturalis: probatur quia si esset una ars cõmunis omnibus artificijs, illa cõsideraret vltima subiecta eorũ: sed scientia naturalis est cõmunis omnibus naturalibus: ergo ad naturalem pertinet cõsiderare vltimum subiectũ omnium rerum naturalium, hoc autẽ est materia prima: ergo &c. Hanc cõclusionem tenet Philo. 3. est ꝙ naturalis habet demõstrare materiam primã esse, demonstratione signi: non potest enim demonstrari, nisi per signum naturale. Nã & Phil. demonstrauit primam materiã esse per transmutationẽ: ex eo enim ꝙ transmutatio, non potest esse ex solis contrarijs, cõcludit oportere poni, aliquod subiectum transmutationis. Dicit tamen Comment. ꝙ demonstrare materiã primã esse per demonstrationem simpliciter, aut demonstrationem propter quid, non pertinet ad naturalem. si quis tamen vellet defendere Auicennæ positionẽ, posset dicere, vt dicit Albertus, ꝙ materia prima est duplex .ſ. materia primo prima .ſ. quę est pars entis diuidẽs ipsum. Et de ista nihil habet demonstrare naturalis sed tantũ metaphysicus, et de hac intellexit Auicen. quãdo dixit, ꝙ naturalis nihil demõstrat de materia. Alia est materia secundo prima, quæ .ſ. est prima in genere, & hoc est primũ subiectum rerum naturalium, & hãc esse potest demonstrare naturalis a signo, & hoc non negat Auicenna.

Materia primo prima, & materia secũdo prima

Arist. tex. 22. 23. 24. 25. 26. Nãlis habet demonstrate materiã primam esse demonstratione signi.

Ad rationes in oppositũ respondetur, Ad primam de mente Cõmen. dicitur, ꝙ nulla scientia probat principia sui subiecti demõstratione propter qd, q̃ est ꝑ aliqua priora, sed bene pot ꝑbare demõstratione signi, q̃ ẽ a posteriori.

Nulla scientia ꝑbat sua principia demonstratione pp quid: sed demonstratione signi.

Ad 2. dicitur primo, ꝙ cõsequẽtia ẽ falsa, & ad probationẽ dicitur, ꝙ materia, licet sit quoddã ens mobile, nõ est tñ ens mobile vniuersale, qđ est subiectum. Dicitur 2. ꝙ licet nulla scientia ꝑbet suũ subiectũ esse, potest tñ probare principia sui subiecti a signo, & ratio est, qa subiectũ supponitur tamquã notissimũ in scientia, nõ autẽ principia subiecti: ideo licet phil. naturalis, non possit ꝑbare ens mobile esse, pot tñ ꝑbare, aliqđ principiũ entis mobilis esse dicta demõstratione, q̃ .ſ. est a signo.

ADDI.

Nota in resp. ad 2. ubi habes, ꝙ licet nulla scientia probet suum subiectũ esse, poterit tamen probare principia subiecti a signo, an intelligi habeat de esse actuali actualiter, in rerũ natura, vide Caiet. 1. post. Quomodo et ã sit verũ. Nulla scientia probat subiectũ suũ esse, nec a priori, nec a posteriori, & est Auer. 1. phy. cõtra Auicen. vide etiã Cai. vbi supra. vide etiã Suella. in prol. 1 phy. &. Ant. Andr. 1. meta. q. 1.

Cap. 1. Comm. vlt. Et 2. phy. 26. & 11. met. 6. Caiet. p. p. q.

Circa hoc esto cautus, quia sit quęstio, uẽdũ de subiecto, & de principijs eius, verũetiã & de partibus subiecti, de quibus loquens Auer. ait, ꝙ nec subiectũ neq; partes subiecti uæ ipsius subiecti, possunt demõstrari in scientia, Quę doctrina nõ est vniuersaliter uera, ꝙ ipśs subiecti in scientia nõ possit demõstrari, nec a priori, nec a posteriori: sed solũ hoc uerificatur, vt in pluribus, fallit aũt q̃nq; & hoc q̃n tales fuerint ignotę, & hoc videre poteris apud Auer. 2. de aĩa. & 2. phy. vbi postquã dixit principia subiecti posse demõstrari a posteriori i scientia illa, q̃n fuerit ignota, & posse illa principia a priori demõstrari i scientia superiori, si habuerint alia principia priora in illa scientia, addit & hoc totum erit, quando causæ subiecti latuerint.

2. 11. 12. Auer. 2. de anima 27. & 6. meta. cõ. 1 Commẽ. 29. Commẽ. 22.

Est ergo verisimũ apud Peripath. ꝙ in nulla scientia siue illa sit vniuersalis, siue particularis, subiectũ põt aliquo genere demõstrationis demõstrari: ratio est, qa subiectũ debet cõcedi in scientia: uel qa sumit tãq̃ notũ ab alia scientia demonstrãte ipsũ, & hoc cõpetit subiecto ex sua rõne formali: Quia igit scientia sẽp sumit subiectũ, tãq̃ notũ, & ad ea q̃ sũt nota ꝑ se, vel ad ea q̃ supponũtur tãq̃ nota, nõ ẽ demõstratio i scientia illa habẽte illa ꝑ notis, ideo non quidem subiectum, sed partes subiectiuę, quando fuerint ignotę possunt demonstrari demonstratione signi. De hoc vide Alex. Archillinum.

Achil. q. de subiect. phy sonomix. & Chiro. cõm. Forliuien.

Quæstio Quarta, Vtrum vnius effectus possint esse plures causæ eiusdem generis, & eiusdem ordinis.

Contingit autem, multipliciter dictis causis, & multas eiusdem causas esse, non secundum accidens. Tex. XXX.

QVæritur 4. *Vtrum vnius effectus possint esse plures causę, eiusdem generis, & eiusdem ordinis, et videtur quòd sic. primo, Sit parua stupa facile combustibilis, & sint tres ignes æquales in virtute, quorum quilibet possit illã stupam ignire, & appropinquentur illi in æquali distantia: tũc quæritur, aut illi tres ignes comburẽt illam stupam, aut non: si dicis, quòd sic: ergo vnus effectus est a pluribus causis: si dicis quòd non: contra, Quilibet illorum ignium, combureret illam stupam: ergo multo magis tres simul: ergo. &c.*

2. sic, Sor. verbi gratia non potest ab alio produci, quã a Platone, et Plato non ab alio, quàm a Socrate, & sic de alijs, sequitur, quòd inter indiuidua hominis sit essentialis ordo: & cum illa procedant in infinitum, sequitur ꝙ in essentialiter ordinatis sit processus in infinitum: sed hoc est contra mentẽ Philo. ergo &c. Probatur prima consequentia, quia tunc inter causam, & effectum est essentialis ordo, quando effectus non potest procedere, nisi a tali causa: si ergo Sor. non potest procedere, nisi a Platone, & Plato nisi a Socrate, & sic de alijs: ergo inter indiuidua erit essentialis ordo.

2. Meta. a Tex. 5. vsque ad 14.

3. Idem effectus numero, est naturaliter corruptibilis a pluribus agentibus: ergo & a pluribus agentibus producibilis: tenet consequentia, quia non videtur maior ratio hic, quàm ibi. antecedens etiam patet: quia idem calor numero, qui corrumpitur ab hac aqua, potuit ab alia aqua corrumpi.

4. Eandem sensationem numero, quam causat nunc hoc album, potest aliud album conseruare, et continuare: ergo potest illam causare: patet consequẽtia, & probatur antecedẽs, Si deus poneret aliud album totaliter simile huic, in eodem situ subtrahendo causalitatem prioris, adhuc maneret prior sensatio, alioquin posset sensus percipere differentiam inter vnum album, & aliud album: ergo aliud album conseruat priorem sensationem.

Causarum quædã sunt eiusdem generis, quædã vero non.

Ad euidentiam istius difficultatis sciendum primo, quòd causarum quędam sunt eiusdem generis, quædam diuersorum generum. nam cum quatuor sint genera causarum .s. efficiens, finis, materia, & forma, illæ causæ sunt eiusdem generis, quarum quælibet in eodem genere causę continetur, in quo & alia, aut .s. in genere causæ efficientis, aut in genere causę materialis, aut in genere causę finalis, aut in genere causę formalis. Causę autem dicuntur alterius generis, quarum vna est in uno genere causę, & altera in alio, sicut

cut si vna sit in genere causæ efficientis, & altera in genere causæ finalis, aut in alio genere causæ. Sciendum 2. ꝙ inter causas eiusdem generis, quædã sunt eiusdem ordinis, & quędam diuersorum ordinum. causæ eiusdem ordinis dicuntur, quę habent eandẽ comparationẽ ad effectũ secundum propinquitatẽ, & distantiã: nam illę causæ quarum quælibet est causa proxima effectui, aut quælibet est causa eodẽ modo remota, dicuntur eiusdẽ ordinis, illæ autẽ dicuntur diuersorum ordinum, quarum vna est causa proxima, & altera causa remota. Sciendum 3. ꝙ causarũ eiusdẽ ordinis, quædã sunt totales, quędam partiales. causa totalis dicitur, q̃ per se solã in suo ordine producit effectum, causa vero partialis est, quæ non per se solam; sed cum alio producit effectum: sicut si plures simul trahãt nauem, vnusquisque illorũ est causa partialis. Non quærimus itaque de causis diuersorum generũ: quia certum est, ꝙ vnius effectus sunt plures causæ diuersorum generũ: statuę.n. causa efficiens est ars statuifica, causa materialis est æs, vt dicit Phil. Non etiã quęrimus de causis diuersorũ ordinum: quia certum est, quòd vnius effectus potest esse aliqua causa proxima, & aliqua causa remota, sicut dixit phil. ꝙ sol & homo generant hominem. Non etiam quærimus de causis partialibus: certum est enim quòd plures homines nauem trahentes, sunt causæ partiales motus nauis: sed dubium est de causis eiusdem generis, eiusdem ordinis, & totalibus.

Causarum eiusdem generis, quædã sunt eiusdem ordinis, quędã diuersi.

Causarum eiusdem ordinis, quędã sunt totales, quędã partiales.

Circa hoc ergo dubium, aliter sentit Scotus, & aliter s. Tho. Scotus n. videtur tenere, ꝙ sic. Dicit enim, ꝙ idẽ homo in numero, non solum quo ad animam, sed etiam quo ad corpus organicum, potuit esse filius Adæ, & filius Abrahæ, & ex quocumq; istorũ duorũ genitus esset, idẽ numero fuisset: & similiter si ignis, a, tantę quantitatis, & virtutis, ex tali materia ignẽ tãlem generaret; ignis, b, eiusdem virtutis et quantitatis, pro eodẽ instanti, si in istã materiam ageret, eundem ignem in numero produceret: ratio eius est, quia ad hoc, quòd corpus organicum sit idẽ numero sufficit, quòd materia sit eadẽ numero. vnde existẽte eadem materia numero; agentibus quantumcumque multiplicatis producetur idem numero corpus. Sanctus autem Thomas tenet, partem negatiuam. In quodl. enim sic dicit, Impossibile est eundem filium nasci, siue sit alius pater, siue sit alia mater: sicut etiam non est idem sigillum in numero, siue sit alia cera, siue sit aliud corpus sigilli, ex cuius impressione cera sigillatur. In 5. autem metaph. dicit, Impossibile est, quòd eiusdem secundum idem genus sint multæ causæ per se eodem ordine, licet possint esse plures causæ hoc modo, ꝙ vna sit proxima alia remota: vel ita ꝙ neutrum sit causa sufficiens, sed vtrumq; coniũctim. Hoc idem tenet Philo. vbi postquam dixit, ꝙ eiusdem contingit esse multas causas, vt statuæ artem statuificam, & æs, subiungit, sed non eodem modo: sed hoc quidem vt materia, illud autem vnde motus. Idem tenet Cõment. exponens illa uerba: sed non eodem modo: Idem quoque tenet Albertus, & Themistius.

S. Th. quol. 6. q. 8. & 5. meta. cap. de causa.

1. phys. Tex. 30. & 5. meta. ea. de causa.

Auer. 2. phy. & 5. meta.

2. sent. d. 20 q. 2.

Ad hanc igitur conclusionẽ, q̃ et D. Tho. & peripatheticorũ est, arguitur primo sic, Si vnus effectus posset esse a pluribus causis totalibus eiusdem generis, & eiusdẽ ordinis, sequeretur, ꝙ

effectus per se, & determinatus nõ haberet causam determinatam, sed hoc est falsum, quia causa, et effectus debẽt esse proportionata: ergo &c. probatur consequẽtia, Effectus qui sic est productus ab ista causa, ꝙ potuit produci ab alia causa, non habet causam determinatam. si enim producitur ab a, & potuit produci a, b, ergo, a, nõ est sua causa determinata. Similiter si producitur, a, b, et potest etiam ab, a, produci, b, eius causa determinata non est. Sed si vnus effectus potest habere plures causas, dum productus est ab vna, potuit produci ab alia: ergo nõ habet causam determinatam. 2. eadem visio numero, non potest produci a pluribus visibilibus: et loquor de visione propria alicuius, verbi gratia huius albi: ergo sic est de alijs effectibus, ꝙ non possunt a pluribus causis produci: patet consequẽtia quia nõ est maior ratio de vno, quàm de alio. antecedens probatur, primo. Si visio propria huius albi, potest causari ab alio albo: ergo esset etiã propria visio alterius albi: & per consequẽs infinitorũ, quæ sunt similia huic albo: nõ est enim maior ratio de vno, quàm de alio. ergo vnum album causabit propriam, & distinctum visionem infinitorum alborum: hoc autem est derisibile: ergo. &c.

2. Tunc nihil esset visibile cognitione sibi propria & distincta. Nam quælibet visio esset plurium visio: hoc autem est manifeste falsum: ergo &c.

Ad motiuũ Scoti dicitur, ꝙ ad vnitatem numeralem effectus, non sufficit vnitas materiæ: sed etiam requiritur vnitas agentis: ad vnitatem. n. numeralem sigilli, non sufficit vnitas ceræ: sed requiritur etiam vnitas corporis imprimentis figuram in cera.

Sed contra istam responsionem, sic posset instari, Si ad vnitatem numeralem effectus, requiritur cũ vnitate materiæ vnitas agentis: ergo ad pluralitatem effectus requiritur cum pluralitate materiæ, agentis pluralitas, & sic ab vna causa non poterunt esse plures numero effectus: sed hoc constat esse falsum: nam idem pater habet multos filios: ergo &c. Probatur consequentia, qa cuius vnitas requiritur ad vnitatem alicuius, eiusdem pluralitas requiritur ad pluralitatem. Respõdetur negando cõsequentiam: ad eius probationem negatur assumptum: plura. n. requiruntur ad unitatem, quàm ad pluralitatẽ. non sufficit. n. ad vnitatẽ numeralem vnitas materiæ: quia vna materia potest recipere plures formas, et propterea præter vnitatem materiæ, vnitas agẽtis requiritur, vna autẽ forma nõ potest esse in pluribus materijs, sicut eadem albedo non potest esse in diuersis subiectis: ideo ad diuersitatẽ numeralem cum vnitate agentis, sufficit pluralitas materiæ, ex qua pluralitas formarum resultat. Si autem probatur assumptum per regulam topicã. s. sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito: ergo si vnitas alicuius requirit vnitatem alterius, eius pluralitas requirit pluralitatem illius, dicitur. 1. ꝙ ille modus arguendi tenet quantum ad id, quod cõuenit oppositio, tamquam proprium, & inquantum est oppositum: sicut quia album, inquantũ opponitur nigro, est disgregatiuum visus; ideo nigrum est congregatiuum visus: non autem tenet in eo, quod est cõmune vtrique oppositorum. nõ enim sequitur, si album est visibile, quod nigrum sit inuisibile: quia visibile non cõuenit albo, inquantũ opponitur nigro, sed

Quõ intelligatur illa regula topicalis, sicut propositum in opposito ita oppositũ in opposito.

sed inquantum est color in quo conuenit cum nigro. Dicitur 2. in proposito, ꝙ vnitas effectus cũ vnitate materiæ, non requirit vnitatem agentis, inquantum opponitur pluralitati: sed hoc sibi per aliquam rationem conuenit. secundum quam non opponitur pluralitati: quia. s. vna materia plures potest formas recipere: ideo non oportet, ꝙ pluralitas effectus requirat pluralitatem agentis: & sic illa regula non tenet in proposito. Aduertendum autem, ꝙ sicut est de causis efficientibus, ita & de causis finalibus totalibus naturalibus i. ad quas res ex natura sua ordinatur. vnius enim rei est tantũ vnus finis naturalis huiusmodi, sed de finibus ex præstitutione voluntatis aliter est: potest enim homo operari pp plures fines totales, quorum scilicet vnusquisque esset sufficiens. potest enim ire ad plateam, vt inueniat amicum, & vt emat panes, & propter alios fines.

Ad argumenta principalia in oppositum respõdetur. Ad primum dicitur, primo, ꝙ omnes illi ignes cõbrererẽt stupam. Dicitur, 2. ꝙ nullus illorum igniũ erit causa sufficiens, & totalis: sed quilibet erit causa partialis, & sic argumentum non est contra sensum conclusionis. Et cum supponitur, ꝙ quilibet sit sufficiens ignire illam stupam, dicitur, ꝙ vtique admittitur, ꝙ quilibet illorum ignium possit introducere formã ignis, in illa materia: non tamen admittitur, quòd quilibet possit per se introducere istam numero formam ignis, a tribus ignibus productam.

Ad 2. dicitur, ꝙ esse processum in infinitum in essentialiter ordinatis, potest dupliciter intelligi: vno modo in causando vnum effectum, quia. s. vnus effectus dependeat ab infinitis causis, quarum vna ab altera in causando dependeat, & omnes simul moueant: & ad hunc sensum negat Phil. esse processum in infinitum in causis essentialiter ordinatis: vnde negatur consequentia: alio modo ad istum sensum, ꝙ iste effectus producatur ab ista causa per se, ita quòd ab alia non possit produci, et illa causa producatur ab alia causa, ità ꝙ ab alia produci non possit, & sic in infinitum: & tunc negatur falsitas consequentis, nec ad hunc sensum locutus est philosophus. 2. met.

Processus in infinitũ in causis essentialiter ordinatis potest dupliciter intelligi.

Ad 3. negatur consequẽtia: per hãc enim rationem posset probari, ꝙ equus sit naturaliter producibilis a diuersis secundum speciem. est enim corruptibilis ab igne, & ab aqua, quæ sunt diuersa secundum speciem.

Ad 4. negatur antecedens, Ad probationem dicitur, ꝙ illo casu posito, nõ remaneret eadem sensatio: & ad huius improbationem negatur consequẽtia: non enim quacumque diuersitate posita obiectorum, potest anima eorũ diuersitatẽ apprehendere ac iudicare.

Disputatio hæc agitatur hic & 5. metaphy. c. de causis, disputatur etiam a Caietano in p. p. D. Th. vbi quæritur, num plures Angeli possint esse in eodem loco, de quo etiam vide Auctorem 3. contra gen. c. 68. & 4. sent. dist. 3. ar 2. q. 2. ad primum. & 3. p. q 67. art. 6 vbi quæritur vtrum plures possint simul vnum baptizare. & q. 82. art. 2. vbi quæritur, si plures sacerdotes possint vnam, & eandem hostiam consecrare; vide etiam Durandum 4. sentent. D. 13. ADDI. q. 52. ar. 3.

Et nota quòd hæc disputatio non pertinet nisi ad ueros Peripatheticos, & non ad Antiquos philosophantes: siquidé Diuinus Plato posuit Ideas, a quibus tamquam a causis proueniebant effectus hi particulares, vt scribitur 7. metaph. quia nisi essent ideæ, Tex. 16. usq; ad 32.

nulla esset scientia, cum particularia sint ortui, & occasui obnoxia, tum quia omne quod fit a suo simili produci conspicimus: & tamen nonnulla generãtur, quæ a suo conuenienti non fiunt, veluti genita ex putri materia .s. mures, ranæ, muscilliones, ignis quoque ex sylice productus, hæc enim, omnia ab ideis produci Plato docebat. Sed Peripathetici euadunt hæc incõmoda ponendo scientiam de particularibus secundum propositiones vniuersales, uel ponẽdo vniuersalia separata a particularibus ex parte intellectus non ex parte rei; & ponendo omne quod fit produci a suo simili secundum speciem, in qua est perfecta vniuocatio, vt leo fit a leone, vel secundum genus, vt mulus ab asino, vel secundum figuram, vt domus ab arte in mente.

Quamquam Alex. ut scribit commen. 12. metaph. com. 24. uerificet propositionẽ istã concurrentibus tribus conditionibus, uidelicet ꝙ tale generãs sit principale, & nõ instrumentũ, quòd sit propinquũ non remotum: & quòd veniat essentialiter ad generationẽ & nõ accidentaliter, pp primã, Callias nõ est vniuocus Semini, pp secundã Sortes nõ est vniuocus soli, ꝓpter tertiã Titius non est vniuocus albedini sui patris. Verum lucidissimus Themistius 1. de anima c. 24. & 3. de anima c. 25. quem sequutus est Auicen. docuit, quòd agens particulare non attingit essentiã formæ, sed tantum disponit materiam, qua dispositã forma ipsa produceb itur a causa uniuersali, quæ erat apud ipsos substantia separata, & hanc uocabant colchodæam, ideſt, datricem formarum, de qua opinione vide si placet Auer 12. metaph. vbi pluribus rationibus inuehitur contra ipsam, apud ergo hos philosophos disputatio hæc locũ non habet, apud ponentes causas particulares, vt dictum est.

Comm. 12.

Quæstio Quinta. Vtrum Aliquid possit esse a casu, & a fortuna.

Cum fortuna, & casus de numero causarum dicantur: insuper multa sunt, & fiunt fortuna, & casu.

Text. XXXIX.



Væritur 5. Vtrum, Aliquid possit esse a casu, & a fortuna. & videtur ꝙ non. primo, Quod habet causam per se, nõ est casuale et fortuitũ: sed omnis effectus habet causam p se: ergo nullus effectus est causalis & fortuitus probatur minor. Omne accidẽs reducitur ad ens per se: ergo & omnis causa per accidens reducitur ad causam per se. ergo omne, quod fit siue a causa per se, siue a causa per accidens reducitur ad causam aliquam per se.

2. Id quod est ordinatum ab aliqua causa, non est casuale, & fortuitũ, sed omnis effectus est ordinatus a prima causa, cum nihil in rebus, nisi secundũ eius ordinem eueniat: ergo nullus effectus est casualis, & fortuitus.

3. Omne, quod vere est, & non est causa, est vere causatum: sed omne vere causatum habet veram causam: ergo omne, quod non est causa, habet veram causam: sed quod habet verã causã, nõ est casuale, et fortuitũ: ergo &c.

4. Quod est a causa legitima, est a causa determinata, et nõ est a casu: sed iuxta Platonem nihil est, nisi cuius ortum legitima causa præcessit: ergo &c.

5. Actio, quæ est aliquo fine terminata, non est casualis, & fortuita: sed omnis actio, vel naturalis, vel voluntaria, est aliquo fine terminata, cũ omne agens agat propter finẽ: ergo &c.

Respõdeo, ꝙ aliqui effectus eueniũt a casu, & a fortuna. probatur hac ratione,

tione; Illos effectus dicimus esse a casu, & fortuna, qui eueniunt præter intentionem operantis, & raro: sed multos videmus esse huiusmodi effectus: videmus. n. ꝙ aliquis intendens fodere sepulchrum, inuenit thesaurũ, quę inuentio est præter eius intentionem, & raro accidit: ergo &c. Sed ad intelligentiã huius conclusionis sciendũ, primo, ꝙ cũ effectus dicatur in ordine ad causam, & eundẽ effectũ contingat ordinẽ, ad diuersas causas habere, quarũ vna est prior & altera posterior, aliqs effectus põt dici fortuitus ad vnã causam cõparatus: q cõparatus ad aliam, nõ erit fortuitus. Nã si dominus quispiam mittat seruũ ad locũ, quo alium seruũ misit, eorum concursum obuiatio nẽq; intendens, eiusq; mentem ignorẽt serui, obuiatio seruorum erit quidẽ fortuita respectu ipsorum, qui eam non intendebãt, non autem respectu domini eam intendentis. Sciendũ 2. ꝙ isti effectus inferiores reducuntur in quatuor causas. s. in causam particularẽ, in cælum, in intelligentiam mouentem cælum, et in primã causam, quæ est Deus. Sor. n. producitur a Platone, a cælo, et ab intelligẽtijs mediãte cęlo, et a Deo. Dicuntur ergo quatuor. primo, ꝙ aliquis effectus potest dici fortuitus, aut casualis, in cõparatione ad causam particularem, tam in agentibus per intellectum, quàm in agentibus per naturam: inuentio. n. thesauri fortuita est, in cõparatione ad fodientem sepulchrum. Item, ꝙ homo nascatur cũ sex digitis in vna manu, est casuale respectu istius naturæ generantis: est. n. præter eius intentionẽ. Dicitur 2. ꝙ respectu cœli, aliquid põt esse a casu: patet, quia aliquã do cælũ inclinat hominẽ ad aliquid, cui cõiungitur aliud, ad quod cælũ non inclinat, et cuius nõ est causa per se, ver. gra. inuentio thesauri a fodiente sepulchrũ: ergo tale adiunctũ est a casu respectu cęli. Declaratur assumptũ. Virtus. n. cæli est causa agẽs, nõ per modũ intellectus, sed per modũ naturę, naturæ autẽ est tendere in unũ: vnde si aliquis effectus nõ est vnus per se, nõ potest in eũ tendere virtus naturalis, tãquam causa per se eius: sepulchrũ autem & locus thesauri, inquantum huiusmodi, non sunt vnum, nisi per accidens: quia non habent ordinem aliquẽ ad inuicẽ: accidit enim huic sepulchro, ꝙ sit locus thesauri: vnde cum cœlum inclinat hominem per aliquam dispositionẽ ad fodiendũ sepulchrũ, nõ potest inclinare ad hoc totũ, qd est, vt fodiat sepulchrũ, & locũ thesauri inquantũ huiusmodi. Inuẽtio ergo thesauri erit a casu respectu cæli. & sic est de multis alijs effectibus, sicut de illo, qui inclinatur ex cęlo ad furandũ, & in loco furti suspenditur: est. n. a casu respectu cæli inclinationis, ꝙ ī loco furti suspẽdatur. Dicitur 3. ꝙ etiã secũdũ theologos, respectu substantiæ separatæ, aliquid põt esse a fortuna. Quanto. n. aliqua virtus est superior, tanto est vniuersalior, & ad plura se extendens, vnde virtus inferior non ad omnia se extendit, ad quæ se extendit virtus superior: sicut nõ ad oĩa se extẽdit homo, ad q̃ se extẽdit sol. cũ ergo quælibet intelligẽtia sit inferior prima causa, q̃ est Deus nõ ad oĩa se extẽdit eius virtus, ad q̃ se extẽdit uirtus prĩę causæ: tũc arguitur sic, aliqd põt cõiũgi effectui intelligẽtię sm intẽtionẽ primę causę, qd nõ erit intẽtũ ab ipsa intelligẽtia: qa nõ in oĩa põt intelligẽtia, ī q̃ põt prima causa: ergo aliqd põt esse a fortuna respectu intelligẽtię. declaratur p exẽplũ. Si Deus mitte ret

Isti effectus particulares in quatuor causis reducuntur.

Respectu intelligẽtiæ secundũ theologos est aliquid fortuitum.

Respectu cœli põt aliqd esse fortuitum & casuale.

ret Angelũ ad destruendũ ciuitatẽ: q̃ sit causa dissensionis principũ, intẽdẽs principum concordiã, quam nõ indicaret Angelo, concordia principum sequens ex vrbis destructione, esset fortuita respectu angeli, eam nõ intendentis. Sic ergo patet, quòd aliquid potest esse a fortuna in comparatione ad causas proximas, & particulares, & aliquid in comparatione ad cœlum, & aliquid etiam in comparatione ad intelligentias. Dicitur 4. ꝙ in comparatione ad primam causam, nihil est a casu, & a fortuna, probatur. Tunc aliquid euenit a casu, & a fortuna in comparatione ad aliquam causam, quando euenit, præter eius ordinem, & intentionem: sed nihil potest euenire præter ordinem & intentionem primæ causæ, cum omnis causa secunda operetur, secundum quòd mouetur a prima: ergo nihil euenit a casu, & a fortuna cõparatum ad primam causam. Patet ergo intellectus conclusionis. Nam cum dicimus aliqua euenire a casu, & a fortuna, intelligimus ĩ ordine ad causas secũdas, non autem in ordine ad primã causam, quæ est Deus. Sed licet ita sit, absolute tamẽ dicimus, aliqua esse a casu, et a fortuna, si sint præter intentionem causæ proximæ, sicut ꝙ fodiens sepulchrũ inueniat thesaurum: quia iudicium de effectibus magis sumitur sm̃ causas ꝓximas, quàm secundũ causas remotas.

Respectu dei nihil est fortuitum.

S. Th. 3. cõt. gen. c. 90

Contra istam autem determinationem, quæ est s. Tho. arguit Albertus tripliciter, primo, Si nihil est fortuitum, secundum quòd refertur ad primam causam, sed solum secundum cõparationem ad causas secundas, sequitur ꝙ non erit liberum arbitrium in hominibus: sed hoc est maximum inconueniens: ergo. &c. Probatur consequẽtia, Si nihil est fortuitum in comparatione ad primam causam, sequitur ꝙ omnia eueniunt immobiliter simpliciter: si enim Deus aliqua vult, illa eueniunt necessario: ergo nõ erit liberum arbitrium: quia liberum arbitrium est respectu eorum, quæ possunt esse, non esse. 2. Sequitur illo dato, ꝙ prima causa intendat omne illud, ad quod terminatur actio naturę: sed hoc est falsum: ergo &c. patet consequentia: quia vt dicitur, effectus fortuiti respectu causæ secundæ, sunt per se intenti a causa prima. probatur falsitas, Si prima causa intenderet omnia, ad quæ terminatur actio naturę intenderet monstra, quæ sunt peccata naturæ, quia aliquando actio naturæ terminatur ad monstra: si autẽ sic esset, tunc peruersa esset actio eius, & contra ordinem, quem toti naturę indidit, vt ad debitam et naturalem formam operetur: hoc autem est inconueniens: ergo &c. 3. Tunc nihil fieret frustra simpliciter: sed hoc est cõtra communem sentẽtiã: ergo &c. Probatur consequentia, quia id, quod consequitur illud, ad quod ordinatum est, non est frustra: sed si omnia fiunt tamquam intenta a prima causa vniuersali, omnia consequenter finem, ad quem prima causa ea ordinauerit: ergo nihil erit frustra. Ad ista respondetur, Ad primum quidem negatur consequẽtia. Ad probationem dicitur, ꝙ omnia ordinata a prima causa eueniunt immobiliter, & necessario ex suppositione, hoc est dictu, ꝙ ista consequẽtia est necessaria, si aliquid ordinauit deus euenire, illud eueniet. Dicitur 2. ꝙ talis necessitas, non tollit absolutam mutabilitatem, et contingentiam a rebus: sicut licet ista consequentia sit necessaria, si Sortes currit; Sortes mouetur, absolute tamen contingenter, & variabiliter Sortes mouetur: vnde concessis primis cõsequẽtijs de necessitate ex suppositione, negatur vltima cõsequẽtia: ergo non est liberum arbitrium. Si autem in precedentibus cõsequentijs, fiat mentio de necessitate absoluta, qua aliquid nullo modo potest nõ esse, negatur illa consequentia, Si nihil est fortuitum in comparatione ad primam causam, omnia euenient immobiliter, & necessario. Dicitur ꝙ omnia ordinata a prima causa eueniunt necessario, et immutabiliter eo modo, quo Deus vult illa euenire: & quia vult aliqua euenire fallibiliter a suis causis proximis, & fortuito, ideo aliqua fallibiliter, fortuitoq; eueniunt: & ideo non sequitur, ꝙ omnia absolute immutabiliter eueniãt, sed quòd aliqua immutabiliter eueniũt a fortuna, & cõtingenter, sed hæc plenius a nobis in tertio cõtra gẽtiles sunt manifestata. Ad 2. negatur falsitas cõsequentis. Ad probationẽ, dicitur primo, quòd Deus monstra intendit. Dicitur 2. quòd propter hoc, nõ intendit prima causa contra ordinem, quem naturæ tribuit. Naturę enim in qua possũt esse monstra, & peccata, non debet talem ordinẽ, vt semper ad debitam, & proportionatã formam operetur: sed quòd, vt in pluribus sic operetur, & quòd aliquando deficiat, vnde vltima consequentia est falsa. Ad 3. dicitur, quòd nihil est frustra, in comparatione ad causam primam, licet aliquid sit frustra in cõparatione ad causas secũdas.

Monstra prima causa intendit.

Effectus per accidens reducitur ad aliquã causam primã per se nõ tñ ad causam proximam.

Ad argumenta principalia respondetur, Ad primum quidem dicitur primo ad maiorem, quòd est vera de causa proxima, & immediata, non autem de causa prima, sed in hoc sensu negatur minor, non enim omnis effectus habet causam proximã per se. & ad probationem dicitur dupliciter, primo ꝙ licet omnis effectus per accidens, reducatur ad aliquam causam primam per se, non tamen omnis reducitur ad causam eius proximam per se. Dicitur 2. ad eandem probationẽ, quòd licet omnis effectus reducatur ad aliquam causam proximam per se, non tamen oportet illã esse causam per se eius, sed sufficit quòd sit causa per se alicuius alterius, & hoc modo effectus fortuitus, reducitur ad causã per se. inuentio enim thesauri reducitur ad fodientem sepulchrũ, quæ est causa per se fossionis. Dicitur 2. ad dictam maiorem, ꝙ id quod habet causam per se, non est fortuitum respectu illius causæ, sed bene respectu alterius causę fortuitum esse potest: & hoc modo effectus fortuitus, qui est inuentio thesauri, est quidem fortuitum respectu fodientis sepulchrum, non tamen respectu primæ causæ, quæ est causa eius per se.

Ad 2. Similiter dicitur, quòd licet in comparatione ad primam causam, nihil sit a fortuna, in comparatione tamen ad alias causas, aliquid est a fortuna: quia aliquid euenit præter earũ intentionem, licet sit ordinatum, & intentum a prima causa.

Ad 3. dicitur, quòd aliquid habere veram causam, potest intelligi dupliciter: vno modo, quia habet causam per se proximam sui, & determinatam, & quod habet isto modo veram causam, non est a fortuna, sed tũc negatur quòd omne causatum habeat verã causam. Alio modo, quia habet causam sibi cõuenientem, & proportionatam, & tũc negatur quòd habens veram causam, non sit a fortuna: id enim, quod est a fortuna, quia est effectus per accidens.

ideo

ideo habet causam per accidẽs, & sic habet causam proportionatam.

Ad 4. negatur maior: legitima .n. causa est causa proportionata effectui: et sic effectus fortuitus habet legitimã causam: quia est effectus per accidẽs, & habet causam per accidens.

Ad 5. dicitur, quòd actio terminata aliquo fine, non est casualis, inquantum terminata fine. sed inquantum terminatur ad aliquid præter intẽtionem agentis est fortuita, sicut fossio sepulchri, ut ordinata ad sepeliendum mortuum, non est fortuita: inquantum autem terminatur ad inuentionem thesauri non intentam, sic est fortuita.

ADDI.

De fortuna & casu uide D. Aug 4. de Ciuitate Dei c. 18. D. Thomam quoque pri. p. q. 22. art. 2. ad primum, ubi habes quid sit fortuitum & casuale.

Vide etiam quomodo fortuna sit in diuitijs, & potentia, deinde in alijs bonis exterioribus 3. contra gentes, cap. 30.

Quomodo etiam fortuna sit intellectus agens præter intentionem, & casus est natura agens præter intentionem, & quomodo est incerta, quia est ab infinitis .i. indeterminatis causis: quomodo adhuc non est in carentibus usu rationis. de omnibus his, uide lib. 11. metaph, lect. 8, vide quoque Themist. 2. phys. super tex. 51. & 61.

Bene natus dicitur, qui bene inclinatur ex cœlo, & etiam bene fortunatus, non autem cuius electio dirigitur ex Deo, uel Angelis, sed dicitur bene gubernatus, vel bene custoditus, lege D Th. 3 contra gentes c. 92. & Opus. 25. c. 24.

Adde in respon. 2. argumenti Alberti, circa illam propositionem. s. quòd Deus intendit mostra, quomodo quinque concurrunt ad productionem animalis videlicet, virtus seminalis, quæ dicitur formatiua, & hæc est in ipso semine ab animali deciso, materia ipsa ex qua producitur animal, contemperamentum corporis animalis, quòd fit ex quatuor qualitatibus elementaribus, & calore, & humiditate: locus contentiuus ipsius seminis, puta matrix ipsius fœmine: virtus cœlorum, & astrorum quæ ad generationem conuenit: concurrit quoque aer, & imaginatio patris & matris. ex defectu cuiuslibet istorum poterit monstruositas euenire, & primo ex parte seminis, quando est debile, cuius signum est, quòd mostrum frequenter accidit in partibus distantibus a corde, ex parte materiæ in quantitate, quando fiunt homines paruę staturæ, vt sunt nani, poterit etiam prouenire defectus, ex abundantia materiæ, vt quando nascitur homo habens aliquam partem enormiter magnam, vt fatetur Albertus se uidisse puellã cum uberibus pendentibus. ex parte contẽperamenti accidit monstruositas, quãdo nascitur aliquod suppositũ exercens sexũ masculinũ, & fœmininũ, vt tempore Alberti natus fuit quidam hermophroditus habens vtrumq; sexũ, adeo quòd in coitu subcumbebat, vt mulier, & incumbebat vt masculus. oritur etiam monstruositas ex parte loci, & ex parte virtutis cęlestis, ex parte imaginationis patris & matris, & hæc omnia sunt causæ particulares. quarum respectu producuntur monstra: sed non respectu Dei, qui est causa vniuersalis, hinc uera est propositio. in resp. ad 2. quòd Deus intendit monstra, & hoc propter perfectionem vniuersi, vide D. Thom. prima p. quæst. 22.

Quæstio

Quæstio Sexta. Vtrum Fortuna sit causa secundum accidens in his, quæ in minori sunt, secundum propositum eorum, quæ propter hoc sunt.

Cum casus atque fortuna causæ sint eorum, quorum aut mens, aut natura causa sit, tunc cum per accidens. Tex. LXVI.

Quæritur 6. Vtrũ Fortuna sit causa secũdum accidẽs in his, quę in minori sunt, secundum propositum eorũ, quæ ꝓpter hoc sunt, & uidetur ꝙ non, primo,

Tex. 52. & 57 *Circa idem intellectus & fortuna est, (vt vult phil.) quia his tantum cõuenit agere a fortuna, quæ habent intellectum, sed agẽs secũdum intellectum, est causa per se, eo quòd agit secũdum cognitionem: ergo & fortuna, ergo nõ est causa secundum accidens.*

2. Id quod est secundũ propositum, est intentum: sed id quod aſt a fortuna, non est intentum, erga fortuna non est causa in his, quę sunt ſm propositum.

3. Id quod est ordinatum ad finem, est determinatum: sed id quod est a fortuna, non est determinatum: ergo quod est a fortuna, non est propter finem: ergo fortuna non est causa eorum, quæ sunt propter finem.

4. Quod est secundum propositum, est propter finem, quia omne agens a proposito agit propter finem: ergo negatio est dicere, fortunam esse causam in his, quæ sunt propter finem, cum dicatur quòd est causa in his, quæ sunt secundum propositum. Respondeo ꝙ illa est definitio fortunę, quam ponit philophus. 2. physicorum.

2. phy. T. 52. *Ad cuius euidentiam quatuor sunt declaranda. Primum est, ꝙ sit causa per accidens 2. quomodo sit in his, quę sunt in minori parte. 3. quomodo est in his, quæ sunt secundum propositum. 4. quomodo sit eorũ, quę sunt ꝓpter finẽ.*

Quantum ad primum, sciendũ, primo (vt inquit s. Tho.) quòd causa per accidens, dicitur dupliciter, vno modo ex parte causæ, & est omne, quod accidit causæ per se, sicut causa per accidens domus, est quod accidit domificatori, qui est causa per se. Alio modo ex parte effectus, vt .s. aliquid dicatur causa per accidens eius, quod accidit effectui p se: sicut domificator est causa per accidẽs discordię, quæ oritur ex domo, & tunc vna, & eadem est causa (vt inquit Simplicius) quę respectu unus effectus est causa per se, respectu vero alterius effectus, est causa per accidens, quod nõ inuenitur in causa per accidẽs se tenẽte ex parte causæ. aliud enim est album, quod est causa per accidens domus, et aliud domificator qui est causa per se. Sciendum 2. quòd aliquid potest coniungi ei, quod est per se tripliciter, vno modo, quia habet ordinem necessarium ad effectum, qui est per se alicuius causæ effectus, sicut descensus lapidis coniungitur remotioni prohibentis, nam remoto impedimento necessario lapis descendit: ideo remouens columnam, dicitur esse causa per accidens descensus lapidis. Alio mo-

Causa p accidens dicitur dupliciter vno modo ex parte causæ, alio mõ ex parte effectus.

Aliquid põt coniungi ei quod est per se tripliciter

P do quia

do quia habet quidem ordinem ad effectum, nõ tamen necessarium, nec vt in pluribus: sicut discordia coniungitur domui productæ, quia domus est occasio secundum aliquem ordinem discordiæ: unde domificator est per accidens causa discordiæ domus. 3. modo, quando nullum quidem habet ordinem ad effectum per se, sed tamẽ in eodem tempore vtrumq; euenit, sicut cum isto ingrediẽte corruscat, ingressus domus nihil facit ad corruscationem: vnde ingrediens domum posset dici aliquo modo causa per accidens corruscationis.

Quomodo fortunâ dicatur causa per accidẽs.

Fortuna ergo, dicitur causa per accidens ex parte effectus, quia videlicet est causa eius, quod accidit effectui p se, causa dico per accidens secundo modo. non enim descensus lapidis dicitur esse a fortuna, dum remouetur prohibens, neq; corruscatio a fortuna, quia coniungatur ingressui domus: sed bñ fodiens sepulchrum est fortuna respectu inuentionis thesauri, quæ habet ordinem ad fossionem, nõ necessarium, nec vt in pluribus, sed vt in paucioribus.

Effectus aliq; sunt necessarii, aliqui vt in pluribus, aliqui: vt ĩ paucioribus.

Quantum ad secundum, aduertendum, primo, q̃ secundum mentem philophi Tex. 48. aliqua fiunt semper, ut illuminatio aeris præsente sole: aliqua frequenter & vt in pluribus, vt q̃ homo nascatur oculatus: alia raro, & vt in paucioribus, vt q̃ homo nascatur cũ sex digitis in vna manu. Illud dicitur esse semper, & necessario quod in sui natura habet, vt non possit non esse, posita sua causa sufficienti. Contingẽs autem vt in pluribus est, quod in sui natura habet, vt ꝙ maiori parte posita sua causa fiat, habet tamen vt aliquãdo (licet pro minori parte) deficere possit. Contingens vero raro, quod potest nõ esse, vt in pluribus. Aduertendum secundo, quòd aliqua raro accidere, potest dupliciter accipi, vno modo, quia ipsa in se fiunt raro, alio modo per cõparationem effectus ad aliquam causam, quia. s. raro euenit, q̃ a tali causa proueniant. Fortuna ergo est causa p accñs, non eorũ, quæ fiunt semper, aut in maiori parte (nõ est a fortuna, q̃ aer illuminetur ad præsentiã solis, neq; q̃ homo nascatur oculatus) sed est causa per accidens eorum, quæ raro accidũt. Item non est eorum, quæ raro accidunt primo modo, frequentius. n. aliquis fodiens sepulchrum, inuenit thesaurum, quàm saturnus sit coniunctus marti cẽ traliter, & tamen inuentio thesauri est a fortuna, & non coniunctio saturni, et martis: sed accipitur raro secũdo modo, sicut inuentio thesauri ad fossionem sepulchri, est a fortuna: quia id raro euenit. Sed circa hoc occurrit dubium, nam cum præter enumerata, sint etiam contingentia ad vtrumlibet, quæ s. non contingũt, ut ĩ pluribus neq; vt in paucioribus, sed æqualiter se habẽt ad esse, & non esse, sicut sessio Sor. dubium est, An etiam in istis sit aliquid a fortuna, & si est, quare philosophus de talibus mentionem non facit. Ad hoc respondet Auicẽna, vt etiã recitat Commentator cõmen. 48. q̃ in his, quæ sunt ad utrumlibet, potest esse aliquid a fortuna, sicut et in his, quæ in paucioribus accidunt, iuxta quod diceretur, quòd philosophus dum dixit, quædam fieri semper, quædam vero frequenter, & postea subiunxit, quòd quædam fiunt, & præter hæc, & oẽs dicunt illa esse a fortuna per id, quod dixit præter hæc intellexit tamen cõtingentia ad vtrũlibet, quàm contingentia raro, & hoc secundum opinionem Simplicij, esse videtur. Quòd si argueretur cõtra Auicennam,

Aliqua rare euenire dupliciter vno modo secũdum se, alio mõ ex parte effectus.

Responsio Auicẽnę recitata co. 49

cẽnam, quòd sessio Sor. est ad vtrumlibet, & tamen non dicimus a fortuna esse, q̃ Sor. sedeat: ergo, fortuna nõ est circa ea, quę sunt ad vtrumlibet: Respõdet, q̃ sessio Sortis comparata ad potẽtiam motiuam Sortis, est ad vtrũlibet, sed comparata ad uirtutẽ appetitiuam Sortis, quæ determinate tendit in vnũ, non est ad vtrũlibet. vnde comparando ad voluntatem qua Sor. vult ambulare, sessio Sortis erit in paucioribus. Raro. n. accidit, q̃ Sor. velit deliberate ambulare, & q̃ sedeat. Cõmentator autem, Alexander, & Themistius dicunt, q̃ fortuna & casus non sunt in his, quæ sunt ad vtrũlibet, sed solũ in his, quæ raro accidunt. & dicit duo Comm. vnum est, q̃ cum a causa cõtingenti ad vtrũlibet, nõ proueniat actio, nisi ab aliqua causa illam determinante. sicut a virtute motiua Sor. non proueniret ambulatio, nisi voluntas Sortis determinet illam ad ambulationẽ, nulla actio erit a contingente ad vtrumlibet inquantum ad vtrumlibet est, eo q̃ natura eius sit natura materiæ. Determinabile enim, inquantum huiusmodi, habet rationem materiæ: sed omnis actio erit, aut semper, aut in pluribus, aut raro, si prouentus actionis fuerit a causa determinante semper, aut in pluribus, aut raro. Non est ergo a fortuna aliquid, inquantum est ad vtrumlibet. & propterea phil. non facit mentionẽ de his, quæ ad vtrumlibet se habent. propterea q̃ nulla actio a causa ad vtrumlibet. s. inquantum huiusmodi proueniat. Aliud quod dicit Commen. est, q̃ contingens æqualiter non inuenitur in potentijs agentibus per se. hoc autẽ sic est intelligendum, q̃ nulla causa actiua, potẽs producere ex se actionem. i. sine adiunctione alterius causæ est ad vtrumlibet. Nam si virtus motiua esset sufficiens ex se ad ambulationem, & sessionem, & æqualiter se haberet ad vtrumq;, tũc simul produceret ambulationem, & sessionem: eo q̃ non esset magis ad vnum determinata, quã ad alterum: hoc autem est impossibile. est etiam intelligendum in causis naturalibus, non autem in causis voluntarijs. Cum ergo fortuna ponatur in numero causarum efficientium, & nulla causa efficiat, inquantum ad vtrumlibet est, volens phil. ostẽdere, in quibus sit fortuna, nullam de his, quæ sunt, ad vtrũlibet facit mentionem. Conuenienter ergo in definitione fortunæ ponitur in minori parte.

Agẽs est duplex. i, agens a natura & a proposito. Arist. tex. 49

Quantum ad 3. sciendum, primo, vt ipse Arist. tradit, q̃ duplex est agens. quoddam s. est a proposito, & quoddã a natura. Agens a proposito, est agẽs secundum cognitionem, & electionẽ. Agens a natura est non solum id, quod agit per formam naturalem sed etiam omne quod non agit per electionem, licet habeat cognitionem: sicut sunt bruta animalia, quæ dicuntur agere a natura: quia operantur modo naturæ. i. ad vnum determinãtur in suis operationibus, sicut & natura est ad vnum determinata: ouis enim videns lupum fugit, & non potest non fugere remotis impedimentis.

Sciendum 2. q̃ hanc partem definitionis naturæ (In his quæ secundum propositum, eorum quæ propter hoc sunt) dupliciter interpretari possumus, vno modo, ut ad effectũ fortuitum referatur, vt inquam sit sensus: q̃ fortuna est causa per accidẽs illorum effectuũ, qui ex electione fiunt, & gratia alicuius. i. propter aliquem finem. Et si quidem sic interpretemur, tũc hoc est intelli-

telligendum, non ꝙ ipse effectus fortuitus sit actualiter electus, & ad aliquẽ finem actualiter ordinatus, sed tantum potentialiter, hoc est ꝙ a causa ipsum fortuito producente potuisset eligi, & ad aliquem finem ordinari. ille enim ꝙ eundo ad forum, præter intentionem, a debitore pecuniam reportauit, potuisset illuc ire causa reportandi pecuniã, vt ex illa aliquid emeret: licet non propter hoc iuerit, sed, aliam ob causam. Et ideo inquit Simplicius exponendo. Tex. 85. ꝙ in his, quę fiunt a fortuna inuenitur, et id cuius gratia aliquid fit, & quòd gratia alicuius, non quidẽ proprie, sed similitudinarie: quia inquam euenit effectus fortuitus, ac si suam electionem ad ipsum causa agens ordinasset. Alio modo possumus interpretari, vt ipsa verba ad actionem quam effectus fortuitus concomitatur referãtur, vt. s. sit sensus, ꝙ fortuna est causa per accidens in illis actionibus, quę per electionem fiunt, & gratia alicuius, siue propter aliquem finẽ. Sed tunc ly, huius, non est accipiendum, vt effectum fortuitum referat, quasi fortuna agat propter effectum fortuitum, tamquam propter finem. repugnat enim effectui fortuito, vt sit a fortuna intentus: sed accipiendum est, vt finem refert absolute, & indeterminate. Est enim fortuna in illis actionibus, quæ propter aliquem finem ab agente per electionem producũtur, quicumq; finis intentus sit ille. quamuis autem vtraq; interpretatio ad mentem Aristo. saluari possit: videtur tamen, ꝙ secunda planior, & simplicior sit, præsertim cum nõ dicatur in definitione ista fortunę, ꝙ sit causa per accns in his, quorum gratia aliquid fit (in quo effectus fortuitus significaretur rationem finis habere) sed in his, quæ sunt huius gratia: in quo ratio ordinati ad finem importatur. Ex processu etiam Aristo. apparet, ꝙ effectum fortuitũ potius cõparat fini, quã rei ad finem ordinatæ, vnde per id, ꝙ dicitur (eorum, quæ propter hoc sunt) accipienda est ipsa actio, quæ ad aliquem finem ordinatur, non autem effectus fortuitus, qui similitudinẽ finis habet, non autem rei ordinatæ ad finem. Aduertẽdum autem est iuxta textum græcum, ꝙ philosophus inferendo definitionem fortunæ non ponit, ꝙ fortuna sit causa in his, quæ in minori sunt, sicut in tex. latino habetur, sed sic concludit. (Manifestum itaq;, ꝙ fortuna causa sit per accns in his, quæ per electionem gratia alicuius fiunt). Ratio autem quare philosophus secundum ue rum eius textum non ponit hanc particulam in his, quę in minori sunt, potest esse duplex, prima, quia illã tamquam manifestam, & etiam vulgo cõcessam supponit (vt patet ex tex. 48.) Secunda est, quia datur intelligi in illa particula causa per accidens. i. præter intentionem producens effectum. neque. n. ea quæ semper, aut pro maiori parte, actionẽ alicuius agentis consequuntur, dicuntur præter eius intentionem euenire; sed ea tantũ, quæ pro minori parte eueniunt. Sed licet concludendo fortunæ definitionẽ philosophus, illam particulã expresse non ponat, dat tamẽ eã intelligere (vt dixi) ideo completam eius definitionẽ latinus interpres, concludẽs illã de intentione Aristo. apposuit. Est ergo fortuna causa ꝑ accidẽs eorum, q̃ in minori eueniunt in his, quę per electionẽ gratia alicuius fiunt. per primam partẽ distinguitur fortuna a causis per se, & ex intentione effectũ, cuius dicuntur causæ producentibus. per

Tex. 51

per 2. distinguitur a causis, quæ aut sẽper, aut ꝙ maiori parte, suos effectus producunt. per 3. distinguitur a causis naturaliter, non autẽ per electionẽ, & voluntarie agentibus. per 4. distinguitur a causis, quæ non ex intentione alicuius finis operantur: sicut cũ aliquis aliquando inconsiderate, manũ ad nasum apponit; aut barbam contrectat.

Fortunam alio mõ accipiebãt gẽtiles alio mõ vulgus.

Iste est itaq; modus accipiendi fortunã a philosophis: veruntamen aliter accipit vulgus fortunã, et aliter accipiebãt gentiles pluralitatẽ Deorũ fingentes. Vulgus. n. consueuit effectum fortuitũ noĩare fortunã. si. n. fodiens sepulchrũ, inueniat thesaurũ, dicet inuentionẽ thesauri esse fortunã suam. Gentiles aũt, et antiqui idololatræ finxerũt fortunã, numẽ quoddã esse, ꝙ bona, & mala hominibus impartibat, cui ĩter alios deos, erexerunt simulachrũ. Erat. n. mulier in rota sedens, vt ostẽderetur, ꝙ mutabilis sit, atq; instabilis: duas habens facies, vnã. s. albã, alterã nigrã: quia qui busdã benigna arridet facie, eis. s. qbus bona impartit: alios vero sæua, immitiq; vultu persequitur, dũ eos in mille incõmoda rapit, atq; inducit. Fingebãt autẽ ipsam cæcam; tum quia non secernit merita, & demerita, bonos & malos, sed sæpissime sceleſtis hominibus ꝙ spera, probis autẽ, ac modestis impartit aduersa, tũ etiã quia homines excęcat: vnde interrogatus Chilo vnus de septem sapientibus, quid fortunã censeret, Ignarũ respondit medicum, multos enim excæcat.

Ad argumẽta in oppositũ respõdetur Ad primũ negatur minor, si respectu cuiuscũq; effectus intelligatur. licet. n. agẽs per intellectũ respectu aliquorũ sit causa per se. s. respectu eorũ, q̃ cognoscit, et producere intẽdit: respectu tamen eorum, quæ non intẽdit, & effectui intento in paucioribus coniunguntur, est causa per accidens.

Ad 2. patet ex dictis in quæstione. effectus. n. fortuitus, non sic dicitur esse ab agente secundum propositũ, quia sit intentus, sed quia coniungitur effectui agẽtis a proposito: ꝓp quod, & ipse ab agẽte a ꝓposito dicitur ꝓduci.

Ad 3. ẽt patet in qõne. nõ. n. fortuna est causa eorũ, q̃ sunt ꝓp finẽ, quasi effectus fortunæ sit pp finẽ: sed qa est ab eo qđ aliquid aliud propter finẽ ꝓducit.

Ad 4. negatur consequẽtia: illæ. n. duæ particulæ explicite ponũtur: quia ꝙ illas fortuna a diuersis distinguitur, ut ꝓatuit, vnde nõ inutiliter ponũtur.

Circa decisionem huius quæsiti occurrit dubitatiuncula quæ facit, ad maiorem diluci dationẽ superioris q̃siti, quia stãte doctrina Ar. de causalitate corporũ cęlestiũ, ꝙ nullus effectus detur casualis ac fortuitus, nã est vulgata & satis trita ꝓpositio, ꝙ posita causa sufficiẽti, necesse est effectũ poni: at cęli cũ suo motu sufficiẽs causa horũ est, vt scribit 2. cęli. igitur nullus est effectus casualis & fortuitus. cõfirmatur, qa nihil impedire põt cęlos ipsos, imo si ad erit causa aliqua impediẽs reducitur ad eos: ꝺoia ergo, q̃ hic fiũt erũt necessario: qđ ẽt D. Aug. asserere videtur, accusans se ꝙ aliqñ usus fuerit vocabulo fortunæ, ac si dixisset ꝙ fortuna nõ est ponẽda, tãto magis quia Ar. ꝓponit de ente ꝙ accidẽs nõ dari sciẽtiã & casus & fortuna sũt entia ꝙ accidẽs: nisi dicamus, ꝙ licet ex impressione corporũ cęlestiũ fiãt aliquę inclinationes in natura corporali, volũtas tñ nõ ex necessitate sequitur has inclinationes, idcirco ꝙ voluntariã actionẽ nihil prohibet cęlorũ effectũ impediri nõ solũ in ipso hoĩe, sed etiã in alijs ab hoĩe, ad q̃ humana se extẽdit opatio, sed nullũ tale principiũ inuenit in rebus nãlibus qđ habeat libertatẽ sequẽdi vel nõ sequẽdi impẽsiones cęlestes, ĩ his saltem oĩa erũt necessario, qđ tñ reprehendit Ar. qa nõ est verũ, ꝙ posita causa ponatur effectus, est. n. aliqua q̃ ordinat ad suũ effectũ nõ necessario, sed vt ĩ pluribus, q̃ qñq; deficit in minori parte: qđ. n. est ꝙ se habet causã ꝙ se, ut albũ & musicũ, sed albũ musicũ non habet

ADDI. 1. cœli t. 100

Tex. 10.

Libro 1. retractatio, ad principium tex. 6.

6. metaph. tex. 5.

causã, quia nõ est uere ens neq; vere vnũ causa impediẽs actionẽ alicuius causæ ordinatæ ad suũ effectũ, vt in pluribus cõcurrit interdũ p accidẽs, & sic talis cõcursus nõ habet causã in quantũ est p accidẽs, & pp hoc id quod ex tali cõcursu sequit nõ reducitur in aliquã causam præhesistentẽ ex qua de necessitate sequatur, & sic soluẽdo argumentum motum dicimus, q̃ corpora cœlestia sunt utiq; causæ inferiorum effectuum, sed mediantibus causis particularibus inferioribus, quæ deficere possunt in minori parte. Ad confirmationem dicitur q̃ licet causa impediens effectum alterius causæ, reducatur in aliquod cœleste cotpus, sicuti in causam: tamen concursus duarũ causarum (cum sit per accidens) non reducitur in causam cœlestem. Dictum uero Augustin. est contra Antiquos gentiles, & ydololatras fingentes fortunam esse numen quoddã ut ait Auctor. De ente per accidens est scientia secundario, ut docet D. Tho. 6. metaph. est etiam scientia de casu & fortuna, quantũ ad quid nominis, non autem quantum ad qui id rei, vt ostendi in quæst. meis, contra Ant. Andream 6. metaph.

Quæstio septima. Vtrum fortuna, & casus sint causæ immanifestæ, & indeterminatæ.

Casus igitur atque fortuna posterius sunt mente, atque natura ipsa &c. Tex. LXVII.

Quæritur 7. Vtrum fortuna, et casus sĩt causę immanifestę, & indeterminatę & videtur q̃ non. Primo fodiens sepulchrum est a fortuna, respectu inuentionis thesauri: sed fodiens sepulchrum est causa nobis manifesta: ergo &c.

2. causa a qua prouenit effectus, ita quòd nõ potest ab altera secundum speciem prouenire, est causa determinata: sed q̃ homo producatur sine oculis, nõ põt esse, nisi ab homine generãte tamquam a causa actiua, et homo generãs, aut virtus generatiua est casus, respectu illius effectus: ergo casus est causa determinata.

Ad euidentiam istius difficultatis, sciendum, q̃ duplex potest esse sensus quesiti, primus est, vtrum vnaquęq; causa, quæ est fortuna, aut casus singulariter per se sumpta, sit immanifesta, siue nobis occulta, & sit ĩdeterminata. secundus est, Vtrum omnes causę coniunctim sumptę, a quibus potest effectus fortuitus prouenire, sint nobis immanifestę, & sint numero ĩdeterminatæ. Quantum ad primum sensum dicitur primo ad quæstionem, q̃ non est necesse fortunam esse causam immanifestam. Cum.n. scio aliquẽ, qui sepulchrũ fodit, inuenisse thesaurum, mihi cognitum est, quę huius inuẽtionis thesauri causa fuit: quia inquam iste fodiens sepulchrum, qui talis effectus fortuiti, accĩtalis causa fuit. Dicitur 2. q̃ cum dupliciter vna particularis causa possit dici indeterminata, aut. f. quia non magis ad hunc effectum, quã ad alium secundum se ordinem habet, & inclinationem, aut quia effectus non magis ab ipsa, quam ab alia causa procedere potest, vtroq; modo fortuna est causa indeterminata. neq; .n. fodiens sepulchrum magis ad inuentionẽ fortuitam thesauri, ex se inclinationem, & ordinem habet, quàm ad inuentionẽ libri, aut ad fractionẽ tibiæ, aut ad quẽcum q; alium effectum fortuitum: cum effectus fortuiti non sit causa per se, sed causa pes accñs, neq; etiã effectus fortuitus, ab hac sola causa per accñs produci potest, sed etiam ab alijs. Inuentio.n.

Non est necesse fortunã esse causam immanifestam.

tio.n. thesauri, sicut causata est a fodiẽte sepulchrum, ita causari potuit a fodiente puteum, aut a fodiente locũ pro plantãda arbore, aut ab alijs huiusmodi causis per accidens. Quantum ad se cũdum sensum dicitur primo, quòd fortuna est causa immanifesta. i. oẽs causę collectiue sumptæ, a quibus effectus fortuitus potest prouenire sunt nobis occultæ. Probatur ratione philosophi, quæ tangitur tex. 53. & superius tex. 50. Infinitum inquantum infinitum est ignotũ: sed causæ effectus fortuiti, aut casualis sunt infinitæ: sunt.n. causæ per accidẽs, quæ sunt infinitæ, cum vni infinita accidere possint: ergo &c.

Causę per accidẽs a quibus potest p uenire aliquis effectus fortuitus nõ sunt determinatę, sed possunt esse numero infinitæ.

Dicitur 2. q̃ fortuna & casus sunt causæ indeterminatæ. i. causę a quibus prouenire potest effectus fortuitus, aut casualis, nõ sunt in aliquo numero determinatæ; sed sunt numero infinitę. Probatur ratione philosophi tex. 54. Causæ per accidens sunt indeterminatæ & numero infinitę: sed fortuna est causa per accidens: ergo &c. Maior probatur in proposito: quia is qui vadens ad forum, reportauit a debitore pecuniam prętер intentionem; potuit illuc iuisse, causa aut videndi aliquem, aut persequendi hostem, aut persequẽtem fugiendi, aut uidendi spectacula, & infinitis alijs de causis. Vbi attendendum secundum Simpliciũ, q̃ in hoc differt causa p se a causa per accidẽs, q̃ in causis per se potest determinate dici, hoc istius est causa, et nõ aliud, in causis autẽ per accidens nõ potest hoc dici, eo q̃ effectus p accidẽs nõ magis hoc, q̃ illud sit causa, sed sicut ab una causa per accidens prouenit, ita ab infinitis alijs põt prouenire. Et propter hoc bene dicitur fortuna, quæ est causa per accidens esse indeterminata, qa videlicet effectus fortuitus, qui ab vna causa producitur per accidens, non dicitur ab illa produci, tamquam a propria, & determinata causa: sed sicut producitur ab hac causa, ita et ab alijs infinitis causis per accidens produci potest. Licet autem, & secundum primum sensum quæsiti verificari possit, q̃ fortuna sit causa indeterminata, ad sensum tamen secundum, hic expositũ accipitur a phil. fortunam esse causã indeterminatam, quod manifeste utiq; patet ex tex. 53. Volens enim ostendere fortunam esse indeterminatã, & homini immanifestam, assumit pro fundamento, oportere causas a quibus fieri potest, quod fit a fortuna, infinitas esse siue indeterminatas. Item text. 65. de indeterminatione casus & fortunæ loquens, inquit, Sed eorum multitudo indeterminata est, additq; s. Th. sicut supra dictum est. Tex. autem Comment. sic habet, Et causæ ex quibus est illud, quod est a casu, necesse est, vt sint nõ determinatæ. Super quo loco dicit Cõmen. Et causæ, quæ sunt casus, non sũt terminatæ: quia sũt causæ per accidẽs. comm. vero 65. ait, Causæ rei, quæ fit casu, licet sint ex causis agentibus: tamen sunt non determinatę, & innumerabiles. Ex his namque constat, cum philosophus dicit fortunam esse causam indeterminatam, & incognitam nobis, quòd de vniuersitate causarum effectus fortuiti intendit: nõ autem de vna eius particulari causa.

f. tex. 53. Auer. com. 53. & 65.

Pro declaratione autem supradictorum considerandum est, q̃ cũ omne agens per suam actionem aliquod vltimum, per ipsam producẽdum, tamquã finem intendat; ipsa finis intentio se habet quodammodo, vt forma & determinatio agentis: & ideo quod propter diuer-

diuersos huiusmodi fines agit, licet materialiter sit vnum agens, formaliter tamen plurium agentium rationem habet. Fodiens.n.terrã, vt faciat sepulchrum, & idemmet fodiens, vt puteũ faciat, est quidem materialiter vnum agens, sed formaliter propter finium pluralitatẽ, & intentionum diuersitatẽ, plurium agentium habet rationem.

Causas a quibus effectus fortuitus p̃ uenit eẽ plures & ĩdeterminatas intelligẽdum est de causis formaliter, non autem materialiter.

Cum igitur de ratione eius, quod fit a fortuna, & a casu sit, vt fiat a causa agente propter aliquẽ finẽ, et talis effectus possit a causa propter varios, & infinitos fines agente prouenire, quia inquam sicut propter vnum finem, suã actionem producit: ita propter alium, & alium finẽ ipsam producere potuisset, & sic in infinitũ. Cum dicimus causas, a quibus effectus fortuitus põt prouenire esse plures, & indeterminatas, intelligẽdum est de pluralitate formali causarum: nõ autẽ de pluralitate materiali, pro ma.s. causa accipiendo causam agentem propter vnum finẽ, pro alia uero eandem causam propter aliũ finem agentem. Ex quo dubium, quod ex Arist. verbis originem habere posset, eliminatur. Tex.n. 65. Fortunam & casum ad causam mouentem reduci ait: hic vero tex. uidelicet 54. volens ostendere effectus fortuiti infinitas causas esse posse, de causa finali exemplũ ponit, inquiens, ꝙ causa reportationis argenti ab eo, qui nõ huius gratia in forum iuit, potuit esse, quia ille iuit, vt uideret aliquem, aut vt aliquẽ persequeretur, aut vt fugeret persequentẽ, aut vt spectacula intueretur: hæc.n omnia ad finalẽ causam spectare constat. Tollitur autẽ hoc dubiũ ex dictis: dicitur.n.ꝙ exemplificat Arist. de pluralitate finium, non inquantũ absolute causæ finales sunt, sed inquantũ ipsorum intentiones sunt formæ, et determinationes agentis; intenditq; causam agentem propter unum finem esse vnam causam agentem effectus fortuiti: ipsam autem eandem propter aliũ finem agẽtem, esse illiusmet effectus alteram causam. Sed tunc duo occurrũt dubia: primum. Si fortuna est causa indeterminata, quia ab vna causa propter plures fines, & indeterminatos agente, effectus fortuitus potest prouenire, eadem ratione, & causam per se indeterminatã esse dicere poterimus: nam & ipsa propter plures fines suũ effectum producere potest. Causa n. ꝙ se fossionis terrę, potest illam fossionem, & ad sepelitionem mortui, et ad plantationem arboris, & ad alios fines ordinare. Secundum est, Natura est ad vnũ finem determinata: sed casus idẽ est quod natura: ergo est ad vnum finẽ determinatus: ergo casus non potest dici causa indeterminata, quia possit propter plures & varios fines agendi casualem effectum producere.

Causas agentes effectui fortuiti variari ex fine intrinseco intelligit̃ non autẽ extrinseco.

Ad primum dubium respõdetur, & dicitur primo, ꝙ id quod dictum est: ex uariatione et indeterminatione finis intenti, causas agentes effectus fortuiti formaliter variari, & esse indeterminatas: nõ est intelligendum de fine operantis extrinseco, sed de fine intrinseco operationis, de vltimo.s. effectu, quem causa agens intendit per suam actionẽ efficere. Ex hoc.n ꝙ causa agens suum effectum ad diuersos fines extrinsecos ordinare potest, nõ dicitur effectus plures, & indeterminatas causas efficientes habere, quia effectus non producitur ad similitudinem talis finis, vt est in intentione agentis. non n. si domificator domum ędificet, ut exinde inter aliquos oriatur discordia, domus ad similitudinem discordiæ intentę producitur: sed bene dicitur plures, & indeterminatas causas efficientes formaliter habere, si a causa diuersos, ac indeterminatos vltimatos effectus, tamquam suæ actionis fines intrinsecos intendente, vel intendere potente proueniat. secundum.n. istos fines, causa efficiens uariatur formaliter: quia effectus vltimate in esse productus, si secundum intentionem causæ producatur, semper assimilatur fini ipsi, secundum ꝙ est in intentione agentis: domus.n. quæ in esse producitur ydolo domus, qđ est in mente domificatoris assimilatur. Dicitur 2. ꝙ ista pluralitas, & indeterminatio in causis, et effectibus per accidens inueniri potest: non autẽ in causis et effectibus per se. Nam causa per se alicuius effectus est, quæ ad illũ effectum est ordinata, & illum producere per suã actionem intẽdit: ideo repugnat, ꝙ aliquid sit alicuius causæ effectus per se, & ꝙ ab ipsa non ipsum, sed alium effectũ intendente proueniat. Si.n.hæc causa effectum, quem producit non intendebat sed alium, profecto non est eius causa per se: & ideo repugnat effectui per se, vt ab indeterminatis, & infinitis huiusmodi causis possit prouenire. Causa uero per accidens, cuiusmodi est fortuna, suum effectũ per accidens nõ intendit, sed vnum intendens, alium ꝑducit effectum non intentum: ideo conuenit effectui per accidens, et fortuito, vt a pluribus & indeterminatis causis possit prouenire. Sicut.n.a causa vnum quoddã intendente, euenit præter eius intentionem: ita non repugnat quin ab eadem aliquid aliud intendente possit prouenire, cum illa intentio finis nõ sit magis ad hunc effectum ordinata, quã alia. Dicitur 3. ꝙ dubium procedit de fine extrinseco operantis, non autẽ de fine operationis intrinseco, de quo intendimus, & cui effectus fortuitus ꝓportionatur, vt in superioribus est ostẽsum. Si autem iterum instetur, ꝙ hæc quidem respõsio satisfaciat de effectu principaliter, & vltimate intẽto (quæ inquam ille non potest ab indeterminatis causis, et plurium finium intentione prouenire) non videtur tamen de effectu intermedio, et ad principalem effectum ordinato satisfacere. Nam constat, ꝙ talis effectus potest ad diuersos vltimos effectus, & sic ad diuersos fines operationis ordinari, & consequẽter a causis agentibus indeterminatis prouenire, si diuersitas huiusmodi finium, diuersitatem formalem causarũ agentium inducit: fossio.n. terræ potest ad sepelitionem mortui, ad plãtationẽ arboris, ad putei constructionem, et huiusmodi ordinari: Respõdetur, ꝙ et si ĩtermedius aliquis effectus, in diuersos effectus vltimos ordinari absolute possit: secundum tamen, ꝙ ab vna causa ad vnum vltimum effectum, est ordinatus habet determinatum finem, & determinatam causam agentem. fossio.n. terrę, vt ordinata ad sepelitionem mortui, causam per se, & determinatã habet: cum intendens mortui sepelitionem, ipsam etiam fossionem intendat, & ad illum finem ordinet, prouenire, & consequenter ad illum effectum sit determinata. Ad secundum dubium respondetur, ꝙ quamuis natura, non possit agere nisi ad unum effectum per se, quia tamen, effectus a casu non est intẽtus a natura, quantum est ex se, potest produci a pluribus causis; & a natura etiam agente pluribus alijs de causis. Cum ergo dicitur ꝙ effectus casualis, potest produci a causis infinitis, ista posi-

Effectum casualem posse ꝓduci ab infinitis causis dicit nõ repugnãtiã ex parte effectus.

sibilitas dicit, non repugnantiã ex parte effectus: non repugnat.n.effectui casuali, ex quo non est intentus, produci ab agente propter hunc finem, & propter alium finem, & sic in infinitum. Similiter casus est causa infinita, quia licet natura ex conditione sua, ordinetur ad determinatum finem, tamen sub ratione casus, non habet ꝙ magis agat propter hũc finem, quàm propter aliũ: eo ꝙ effectum casualem non intendat; neque ad aliquẽ finem ordinet. Ad rationem ergo conceditur totum argumẽtum, loquendo de casu inquantum est idem, ꝙ natura: cum hoc tamen stat, ꝙ casus inquantum casus, non habeat determinatum finem: eo ꝙ effectus casualis, ad aliquem finem non ordinetur. At

Tex. 55. *tendendum autem, ꝙ quia tex. græcus sic habet, Vnde videtur fortuna indeterminati esse: non autem. vnde videtur fortuna indeterminata esse, vt noster text. habet: ideo interpretatur Alex. mentem Arist. esse: non ꝙ fortuna sit causa indeterminata, sed ꝙ id, quod gratia alicuius fit, est causa per accidens eius, cuius gratia non est factum: & est causa indeterminati effectus, inquantum vnum quidem est, cuius gratia fit: infinita autem illi occurrere, & accidere possunt, quorum gratia nõ fit. Et sic secundum ipsum intendit Arist. ꝙ fortuna infiniti, & indeterminati effectus est causa: non autem, ꝙ ipsa sit indeterminata, & infinita. Sed vt inquit Simplicius, hoc non videtur ad Aristo. mentem esse: secundum enim hunc sensum, id tantum, quod est a fortuna indeterminatum ponitur, non autem ipsa causa effectus fortuiti: cũ tamen Arist. dicat, ꝙ infinitas causas necesse est esse, a quibus fieri posset, quod est a fortuna. Verum est itaque ad mẽtem Aristo. & ꝙ fortuna est causa indeterminata, modo superius expositio, & ꝙ est causa indeterminati effectus. Vnde ex eo, quòd dixit Aristo. oportere esse infinitas causas, a quibus id qđ est a fortuna fieri posset, concludit ꝙ fortuna uidetur indeterminati esse, dãs intelligere, ꝙ se mutuo inferunt: & fortunam esse indeterminatam, et effectũ fortuitum indeterminatũ esse, siue fortunam esse indeterminatam causam.*

Ad argumenta principalia respondetur, ad primum dicitur, ꝙ contra mẽtem philosophi non procedit, vt ostensum est. Ad secundum dicitur ꝙ &c.

ADDI. 1. phys. tract. 2. c. 19. Adde hic quæ multi philosophi solent interponere de fato, vt est videre apud Alb. & Beoti. 4. de consolat. prof. 6. vbi definiens fatum ait, ꝙ est dispositio inhærens mobilibus, secundum quam diuina prouidentia suis quæq; nectit ordinibus. licet aliqui theologi negent fatum moti auctoritate Greg. in homil. Epiph. vbi habet, fatũ esse aliquid, abśit a cordibus fidelium, quia illud aut erit substantia aut accidens, etsi substantia aut spiritualis aut corporalis, si uero accidens, quærendum restat in quo resident tamquam in subiecto, non considerantes diuinam prouidentiam per causas medias suos effectus producere, & cum ordinatio effectuum dupliciter perpendi possit, primo prout est in Deo, & sic ipsa ordinatio effectuũ vocatur prouidentia, secundo consideratur, vt est in causis medijs ordinatis a Deo ad aliquos effectus producendos: hoc enim modo talis ordinatio habet rationem fati, vt præclare scripsit Boet.

4. de cons. philosoph. & iuxta considerationẽ secundarũ causarum est quid mobile, vt uero subest diuinæ prouidentiæ est qđ immobile, non quidem absolutæ necessitatis, sed conditionate, vt solemus dicere hanc conditionalem esse veram, vel necessariam: si Deus præscivit hoc futurum erit, propter ea Boetius cum dixisset fati seriem esse mobilem post pauca subdit: quæ tamen abi mmobilis prouidentiæ proficiscitur exordijs ipsamq; immo-

Quæ fato subduntur. immobilitatem necesse est: quæcunque igitur secundis causis subduntur fato quoque subijci diximus, quæ vero immediate fiunt a Deo vt creatio rerum glorificatio spiritualium substantiarum, & alia huiusmodi non subsunt fato, ea enim quæ primæ diuinitati sunt propinqua stabiliter fixa excedunt ordinem fatalis mobilitatis, quanto vero longius a prima mente discedit, tanto nexibus fati maioribus implicatur, quia magis subijcitur necessitati secundarum causarum, & sic fatum non est substantia, sed est dispositio, non in genere qualitatis, sed secundum ꝙ dispositio designat ordinem, non qui est substantia, sed relatio qui quidem ordo consideratus per comparationem ad suum principium est vnus, & sic dicitur vnum fatum, consideratus autem per comperationem ad causas medias est multiplex quo modo dixit Poeta, te tua fata trahunt: vnde Gregorius non absolute negat fatum, sed prout uolebãt aliqui fatum ipsum imponere necessitatem rebus omnibus: hoc enim modo absit a cordibus fidelium, vide Gregorium Nisenum, Plutarcum in opere de fortuna August. quinto libro de Ciuitate Dei. c. 9. D. Th. & auctorem 3. cont. gen c. 93.

Libro de fato & 1. p. 116 art. 1.

Quæstio octaua, Vtrum natura agat propter finem.

Habet autem dubitationem, quid nam prohibet, naturam ipsam non alicuius gratia agere.

Text. LXXVI.



Quæritur 8. Vtrũ natura agat propter finem, & videtur ꝙ non. Omne agens ꝙpter finẽ, cognoscit finẽ: sed natura non cognoscit finem: ergo non agit propter finem. consequentia nota cum minori: nam agens naturals diuiditur contra agens per cognitionem. Maior vero ꝙ batur dupliciter, primo, agens propter finem appetit finem, propter quẽ agit: sed appetens finẽ cognoscit finem: ergo &c. Probatur minor, Omne appetens assimilatur ei, quod appetit: similitudo.n.est causa appetitus: ergo aut assimilatur ei, quia habet illud in se secũdum esse naturale, eo modo quo albedo est in pariete, aut quia habet illud secũdum esse intentionale, eo modo, quo similitudo coloris est in aere: nõ primũ, quia quod habet aliquid non appetit illud, sed quiescit in illo: ergo secundum sed omne appetens, eo ꝙ habet similitudinem rei appetitę, intentionaliter agit per cognitionem: ergo omne appetens agit per cognitionem. Secundo illud, quod appetitur quæritur secundũ Platonem: sed incognitum non potest quæri: nullus.n.quærit, nisi cognoscat: ergo quod appetitur cognoscitur, sed agens propter finem appetit finem: ergo cognoscit finem. Respondeo, ꝙ natura agit propter finem (vt philosophus probat) tex. 77. & multis alijs tex. sequentibus. Sed attendendum primo, ꝙ quamuis secundum cõmunem modũ loquendi, dicamus naturam agere propter finem, & similiter artem: proprie tamen loquendo, ipsa non est, quæ agit propter finem: sicut neque est id, quod agit, sed est id, quo agens naturale, & agit, & propter aliquem finem agit: Idem est ergo dicere, naturam agere propter finem, ꝙ agẽs naturale, inquãtum per naturam agit, agere propter

Natura agit propter finẽ non ꝙ ipsa agat, sed quia est id, quo aliquid agit.

finem. Attendendum 2. ꝙ cum causalitas finis in hoc consistat, ꝙ est esse id, cuius gratia, & appetitu aliquid fit; naturam, aut agẽs naturale agere propter finem, nihil aliud est, quàm ipsam aliquid agere, & operari, vt inde aliquid ab ipsa appetitum, & aliquo modo desideratum, prouenirat. Sicut natura Sortis propter desiderium conseruationis suæ speciei, per virtutem generatiuam materiã transmutat, vt inde tandẽ homo aliquis generetur. Prima igitur ratio Aristo. secundum s. Tho. interpretationem est ista, Supponuntur .n. duo. primum est, ꝙ omnia, quæ naturaliter fiunt; fiunt aut semper, aut pro maiori parte. Secundũ est, ꝙ nihil eorum, quæ fiunt a fortuna, vel a casu, fit semper, uel pro maiori parte. Non.n. est a fortuna, vel a casu, ꝙ multotiens pluat in hieme: sed bene, si frequnter sole existente sub cane plueret. Et ecõtra quòd diebus caniculariibus magnus sit æstus, non dicimus a casu eße: sed bene, si hoc hieme eueniret. Tunc sic, Omnia quæ fiunt, aut a casu, aut propter finẽ fiunt: sed impossibile est ea, quæ fiunt semper, vel frequenter accidere a casu: ergo ea fiunt propter finẽ: sed oĩa, quæ fiunt secundum naturam; fiunt sẽper vel frequenter (sicut & aduersarij confitentur) ergo oĩa, quæ fiunt a natura fiunt propter aliquid. Aduertendum autem (vt in sequentibus appareat) ꝙ ly omnia, non distribuit simpliciter pro omni a natura producto, nam finis actione naturę productus, vt sic nõ producitur propter aliud: sed distribuit pro his, quæ ante ultimum effectũ a natura intentum producuntur. Attẽdendũ quoq; ꝙ Simplicius aliter hanc rationẽ explicat: vult.n. Arist. primo probare, ꝙ nulla a natura producta ꝙ-

Naturã agere nil aliud est, nisi ipsã agere vt inde aliquid eueniat.

ducuntur a casu, & sic principale propositũ concludere: Secundo uero, ꝙ aliquid eorũ quæ propter aliud fiunt est a natura. Primũ & in secunda & in prima figura ex Arist. verbis probari posse ait. In secunda quidem sic, Quę fiunt a casu, neque semper, neque frequẽter fiunt: naturalia, aut semper aut frequẽter fiunt: ergo naturalia nõ fiũt a casu. In prima vero sic, nihil quod frequenter, siue ꝙ maiori parte fit, a casu euenit: naturalia frequẽter fiũt: ergo &c. Tũc sic, Omne qđ fit, aut a casu fit, aut ꝓp finẽ: naturalia nõ fiunt a casu: ergo ꝓp finẽ fiunt. In hoc processu Arist. ꝓmissas primę conclusionis posuit: cõclusionẽ uero breuitatis causa tacuit. Secũdũ vero quasi præmissam demõstratio nẽ in partibus aĩaliũ (de quibus facta fuerat superius mẽtio) exercens sic, nõ tantum secundũ Simpliciũ, verũ etiam secundũ Alex. probat, ꝙ partes eorũ a natura fiunt, & hæc fiũt ꝓp aliquid: ergo aliqua, quæ fiunt propter aliqd, a natura fiũt. Affert autẽ Alex. ipsa verba Arist. in testimoniũ, ꝙ hanc particularẽ cõclusionẽ intendat: non.n. inquit, infert Arist. ergo q̃ natura fiunt, alicuius gratia fiũt: sed sic. Est igitur in his q̃ natura fiũt id, qđ alicuius gratia fit .i. fieri alicuius gratia nõ solũ in artificialibus: verũ etiã in naturalibus inuenitur: & sic aliquid quod gratia alicuius fit a natura fit. Aduertendũ aũt, ꝙ causa diuersitatis inter s. Tho. & Simpli. in huius rationis explicatione sunt duo loca ĩ uerbis Arist. tex. 77. primus est, vbi inquit. (Sed nõ possibile est, hæc esse neq; a casu) nam ly (hęc) apud s. Tho. refert ea, quæ fiunt semper, vel frequẽter: apud Simpliciũ vero refert aĩalium partes, de quibus in præcedentibus facta fuerat mentio ad mentem

Tex. 75. & 76

Empe-

Ibidem.

Empedoclis. Alius est, Cũ inquit. (At vero natura sunt huiusmodi oĩa, quem admodũ, & ipsi affirmabant) interpretatur. n. s. Th. ꝙ oĩa, quæ sunt a natura, fiunt, vel semper vel frequenter (vt et antiqui concedũt) Simplicius vero interpretatur, ꝙ cũ concluserit phil. Animalium partes alicuius gratia esse, subsumit, ꝙ vniuersa huiusmodi. i. oẽs huiusmodi animaliũ partes sũt a natura, sicut & ipsi antiqui philosophi concedebant. vtrum autem huiusce rationis explicationem sequi uolueris, notato secundũ Simplicium, ꝙ illa disiunctiua, Omne qđ fit, aut a casu fit, aut ꝓp finẽ, necessaria videtur apud illos etiã, qui negabãt naturã agere ꝓpter finẽ. ipsi .n. accipiebant euenire a casu, tamquã destructiuũ eius, quod est agere ꝓpter finẽ: vnde probantes vtilitates partiũ animaliũ, et aliorũ naturaliũ casu euenire, existimabãt se probasse, ꝙ ꝓpter illa non operaretur natura. Secundam rationẽ sic explicat s. Th. Supponitur namq; ꝙ in quibuscũq; est aliqs finis, priora & cõsequẽtia oĩa agũtur causa finis. Tũc sic, Sicut aliqd agitur naturaliter, sic aptũ natũ est agi, & econtra sicut aptum natũ est agi, ita agitur, nisi aliquid impediat: sed ea quæ naturaliter aguntur, sic agntur, ꝙ inducũtur ad finẽ: ergo sic apta sunt agi, vt sint propter finẽ: hoc autẽ est naturã appetere finẽ: ergo natura agit ꝓp finẽ. hãc rationẽ declarat phil. exemplariter inquiẽs, quia si domus fieret a natura, hoc ordine fieret, quo nunc fit ab arte: similiter, si ea, q̃ fiunt a natura, fierent ab arte, hoc modo fierent, sicut apta nata sunt fieri a natura. Et sic tam ars, q̃ natura conueniunt in hoc, ꝙ priora sunt propter posteriora. Aduerte cum s. Tho. inquit, quòd naturã habere naturalẽ aptitudinẽ ad finem est ipsam appetere finẽ. i. est ipsam ꝓpter appetitũ finis operari, ꝙ hoc posuit, vt ostẽderet modũ appetitus naturę, a modo appetitus rationalis differentẽ. appetitus .n. rationalis est indeterminatus, & variabilis: appetitus vero naturalis est determinatus ad vnum. Sciendũ est autẽ, ꝙ hanc rationẽ sic explicat Simplicius: vult.n. ꝙ primo Arist. principalẽ conclusionẽ probet: secundo vero inferat aliã. Ratio æd cõclusionẽ est ista, In quibuscũq; est aliquis finis, oĩa, q̃ præcedunt finẽ, gratia finis fiunt, sed in his quæ fiunt a natura, est aliqs finis: ergo in his, quæ fiunt a natura: quod antecedit fit gratia finis. Huiusce rationis inquit Simplicius maiorẽ dum taxat posuit Arist. minorẽ vero & cõclusionem tamquam prius cognitã prę termisit. Ex hac cõclusione infert philo. aliam. hanc .s. Quod agitur naturaliter, natum est agi propter finem. i. natura est causa, quæ illud propter finẽ agit. Hoc autẽ infert phil. ad differentiã artificialiũ, quorũ causa non est natura: sed ars, quãuis & in illis priora ꝓp posteriora fiant: ꝓbatur aũt sic. Vnumquodq; sicut agitur naturaliter, sic natũ est agi: sed sic agitur, ꝙ prius fit ꝓp posterius: ergo, sic natũ ẽ agi. i. inclinatione naturæ agitur ꝓpter finem.

Tex. 78.

Circa istã autẽ propositionẽ, In quibuscũque est aliquis finis, priora & cõsequentia oĩa agũtur causa finis, bene notat Simpli. ꝙ finis hoc loco nõ accipitur ꝓ eo cuius gratia aliqd fit: sed ꝓ eo, quod vltimo per actionem fit. quo inquam facto cessat motus, & actio. Sensus enim est, quòd in quibuscumq; rebus, quæ fiunt est aliquid tamquam vltimum, & terminus motus: omnia, quæ illum vltimũ terminum prẽcedũt, gra-

Qũo intelligendũ sit in quibuscũq; est aliquis finis priora agũtur causa finis.

gratia illius fiunt. Nam si finis acciperetur pro eo cuius gratia aliquid fit; assumeretur quod est probandum: probandum est. n. ꝙ in naturalibus est aliquid gratia cuius natura omnia operatur, quod est ipsam agere propter finē, hoc autē subsumeretur in minori. Nā cum subsumitur, Sed in his quæ fiunt a natura, est aliquis finis, sensus esset, ꝙ in his, quæ fiunt a natura, est aliquid cuius gratia omnia fiunt: constat autem hanc esse conclusionem probandam.

Tex. 79. Tertia ratio, quæ videtur esse præcedentis cōfirmatio est ista, Ars agit propter finem: ergo & natura. antecedēs probatur: quia cum duo sint, quæ p̄ artem fiunt, quædam. s. quæ natura facere non potest, vt domus: quædam vero in quibus ars imitatur naturam, ut sanitas quā medicus calefaciendo & frigidando inducit, vt natura facit: in vtrisque ars propter finem operatur. consequentia vero probatur, quia similiter se habent priora ad posteriora in vtrisque. Attendendum autem, quòd ista verba: omnino autem ars alia quidem perficit, quæ natura nō potest operari, alia vero imitatur: alio modo interpretatur Simplicius, quàm s. Tho. Nam per ea, quæ natura facere non potest, intelligit non ea, quæ a natura nullo modo fieri possunt, vt domus: sed ea, quæ natura per seipsam non pōt efficere, vt est sanitas, & vulneris incarnatio, per ea uero in quibus ars imitatur naturam, intelligit picturas multiplicium animalium, & plantarum formas & huiusmodi. Quarta

Tex. 80. ratio est ista, Animalia irrationalia, q̄ operantur, neque per artem, neque per inquisitionem, neq; per deliberationē, sed per naturam propter aliquid operantur, & similiter in plantis, videntur aliqua fieri tamquam vtilia ad finem: ergo signū est, ꝙ in his, quæ fiūt, & sunt a natura, causa finalis inuenitur: antecedēs probatur quantū quidē ad primam partem, quia ex hoc quòd propter aliquid operantur, quidam dubitarunt vtrum Araneæ & formicæ, & huiusmodi animalia per intellectū operentur: aut per aliquid aliud principium. Quo ad 2. vero partem, quia videmus, ꝙ folia sunt propter cooperimentum fructuū: & radices sunt deorsum, vt accipiant nutrimentum a terra: ꝙ vero per naturam operentur huiusmodi animalia, probatur, quia semper eodem modo operantur, quod non fit ab agente per intellectum: in plantis autem manifestum est, ꝙ illæ vtilitates sunt a natura. Potest etiā sic formari breuiter ratio secūdū Simplicū, Quæ in brutis animalibus, & plantis secundum naturam fiunt similiter fiūt his, quæ per intellectum, & artem: sed quæ per intellectum, & artem fiunt, causa alicuius fiunt: ergo & quæ a natura. Notat autem Simplicius, ꝙ cum hoc loco philosophus animalia irrationalia, & plantas tamquam naturalia accipit, quamuis sint animata, naturā nō proprie accipit, sed communiter vt etiam ad animam extenditur, inquantum ab ipsa aliquid circa corpus efficitur. Si. n. de natura proprie sumpta, loqui voluisset, dedisset exemplum de motu locali elementorum, qui causa proprie perfectionis ipsorum fit, & de pugna contrariorum, quæ fit vt in subiecto saluētur, & de similibus. Sed mihi videtur, ꝙ non inconueniat dicere naturam, & naturalia hoc loco ab Arist proprie accepta esse. Nam (vt superius ostendimus) sub ratione naturæ proprie acceptæ, etiam anima contine-

Ars alia perficit quę natura nō potest opari alia vero imitatur.

Tex. 81 tinetur. Quinta ratio est ista, Forma est finis generationis (ut superius est ostensum) sed de ratione finis est, vt propter ipsum fiant alia: ergo esse & fieri propter aliud in rebus naturalibus inuenitur. Aduertendū, ꝙ a Simplicio aliter ista pars introducitur. Dicit. n.

Tex. 70 ꝙ postquam Aristo. demonstrauit naturalia, causa alicuius fieri, vult ostendere, quid illud sit, cuius gratia naturalia fiūt: et ponit, ꝙ hoc est forma: quia ostensum est, ꝙ forma est magis natura, quàm materia: & in eo quod fit ipsa est finis. gratia autem finis fiunt, quę sunt ad finē. Alexan. vero videtur, ꝙ per hæc verba ostendat Aristo. contra antiquos, formam esse principaliorem causam naturalium vtilitatum, quàm materiam. si enim materia gratia formę est, forma principalior causa est: non autem materia.

In natura alio mō inclinātur ad finē carentia cognitione & hītia cognitionē. Aduertendum autem, ꝙ licet natura agat propter appetitum, & inclinationem ad finem, alio tamen modo inclinantur ad finem homo, animalia bruta, & quæ cognitione carent, vt plantę & inanimata. Homo. n. ex seipso inclinatur ad finem tamquam sibi ipsi præstituens finem, propter quem vult operari: vnde & finem, & rationem finis, & ordinem aliorū ad finem cognoscit .i. cognoscit illam rem, quæ est finis, & cognoscit, ꝙ ad illam cōsequendā alia ordinantur, & sic cognoscit ordinē & conuenientiam mediorum ad finē: Sortes enim volens inuenire amicum, proponit sibi inuētionem amici tamquam finem, & cogitat ipsum debere esse in foro, & per ambulationem illuc inueniri posse: & iccirco vadit ad forum, vt ipsum inueniat. Bruta vero inclinantur ad finem, & finem aliquo modo cognoscunt, non tamen cognoscunt ipsū, sub ratione finis. i. non cognoscunt ipsū per talia media, quæ operantur, esse assequendum: ipsa enim operantur quidē aliqua, ex quibus alia sequuntur, nō tamen illa ordinant ad tales fines: sicut formica colligit granū in æstate, ad qd̄ sequitur cōseruatio vitæ earum in hieme: licet ipsę non colligant grana tamquam hoc præuidentia, & tāquam hāc collectionem ad conseruationem vitæ ordinantia: Vt enim inquit s. Tho. 3. de aīa super tex. 156. huiusmodi animalia non habent aliquam imaginationem futuri: sed actus præsentes imaginantur, qui ex naturali inclinatione, magis quā ex imaginatione ordinantur ad finem. Quæ vero cognitione carent inclinantur ad finem non tamquam mouētia se ad finem, neque tamquam cognoscentia finē, sed tamquam ab aliquo cognoscēte finē mota, & directa. Sicut est de sagitta quæ ad determinatū signū a sagittante mouetur: huiusmodi enim inclinantur ad finē a prima causa cognoscente finē, & ea ad propriū bonū tāquam finem ordinante. Notandū secūdo ꝙ mouens aliqd ad finem, aliqñ mouet solo impulsu, nullā imprimendo formā per quā moueatur sicut dū mouetur sagitta a sagittātę, et tunc talis motus ad finē est prater naturā. aliquādo aūt mouet ad finē dando sibi formā, p quā moueatur ad talē finem, sicut generans grauia mouet ea deorsum, dando illis grauitatem, p quam ad motum deorsum inclinantur, & tunc talis motus est naturalis. prima ergo causa inclinat naturalia ad suos fines, dando sibi formā per quam inclinātur ad ipsos: ideo talis inclinatio & motus est naturalis, & talis forma indita est natura. Vnde s. Th. in expositione litere dicit, ꝙ natura est ratio cuiusdā artis. s. diuinæ

Mouens ad aliquē finē, aliqñ mouet solo impulsu aliqñ mouet aliquid imprimendo in mobili.

næ indita rebus, qua ipsę res mouẽtur ad determinatũ finem. i. natura est quædam forma, similis formæ in mente diuina existenti, qua res naturales mouẽtur ad determinatũ finem, secundũ ordinationẽ diuinæ cognitionis. Natura ergo est agens propter finẽ. i. est id quo agens naturale agit ex inclinatione ad finem determinatum, quæ quidẽ dirigitur a prima causa cognoscente finem, & ideo determinatis mediis operatur ad hoc, vt illum consequatur.

Ad argumenta in oppositũ respõdetur, et dicitur, ꝙ maior est falsa: ad hoc n. ꝙ aliquid agat pp finẽ non oportet, ꝙ cognoscat finẽ, sed sufficit, ꝙ dirigatur ab aliquo cognoscente finẽ. Ad primã probationẽ negatur minor, ad cuius probationẽ dicitur, ꝙ ad appetitum requiritur similitudo, siue ꝓportio appetentis secundũ esse reale ad id, quod appetitur, & non sufficit similitudo secundum esse intelligibile. alioquin homo appeteret, quæcũq; intelligeret. Et eum hoc improbatur dicitur ꝙ aliquid habere aliud in se secũdũ esse reale potest dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ habeat illud in esse perfecto & actuali sicut paries habet perfectam albedinem, & tunc quod habet aliquid nõ appetit illud: quod enim habet perfectam albedinem illam non quærit. Alio modo, ꝙ habeat illud in esse vel diminuto et imperfecto vel potentiali, eo modo, quo materia habet formam in esse potentiali, & tũc quod habet aliquid isto modo, appetit illud secundũ esse actuale, vel perfectum, sicut materia appetit habere formam actualiter & perfectę, & hoc modo agens naturale, assimilatur fini, & appetit finem.

Adappetitũ requiritur ſi militudoap petentis ad appetibile ſe cũdum eſſe reale imperfectũ tamen & potentiale, & non tum ſecundum eſſe intentionale

Ad secundum dicitur, quòd etiam incognitum alicui, potest quæri ab eo per directionem alicuius cognoscẽtis. & hoc modo, natura quærit finem directa a prima causa cognoscẽte talem finem, vnde minor est falsa.

Quæ autem sequi deberent non potuit morte præuentus perficere.

ADDI.

Adde hic quòd istæ duæ propositiones natura agit propter finem, & natura determinatur ad vnum, quodammodo in idem coincidunt, & ambæ sunt contra antiquos præcipue Democ. & Leucip. contendentes omnia de necessitate euenire, & sic negabant illam propositionem, potentia rationalis est oppositorum, & tamen prima propositio est maximum fundamentum in scientia naturali: nam si naturalis eam negauerit cogitur etiam negare principium finale, & materiam esse propter formam, & sic negabit quoque agens, vnde rueret tota natura, est etiam maximum fundamentum in metaph. quia si diuinus negauerit eam non habebit viam ad probandum, quòd primum agens habet sollicitudinem de rebus quæ hic fiunt, de quo vide Auerr. 2. propositio sumitur ex metaph. vbi ponit philosophus differentiam inter potentias rationales & irrationales, & ait potentias rationales terminari ad oppositа, irrationales vero ad vnum. s. modum producendi, quia vnius naturæ est vnus modus communicandi, vide D. Tho. & auctorem 4. cont. gent. & Caiet. p.p.p. 51. ar. 2.

2. phiſ. cõmen. 80. Met. 9. tex. 3. pri. p. q. 25. art. 2.

Tertia propositio est satis famosa, & qui negant eam ponunt omnia necessario euenire contra Arist. & experientiam ipsam, quia tunc tolleretur consilium de agendis, & liberum

1. periher. & 2. ethi.

liberum arbitrium auferentur quoquè leges humanę & diuinę, humanę quidem quia nullum esset vitium vituperabile, quę enim sunt a natura non sunt laudanda nec vituperanda, diuinæ vero quia nulla esset punitio vitiorum, sunt ergo necessariæ omnes, & nota quòd differt potentia rationalis ab irrationali ex parte obiecti, quia obiectum rationalis potentiæ est bonum verum, vel apparens, verum quidem, dum est eligibile per rationem, appparens autem dum est eligibile per concupiscentiam, potentiæ vero irrationalis est bonum verum, quia potentia agentis naturalis, in agendo dirigitur ab intelligentia non errante, & sic non potest obiectum potentiæ irrationalis esse, nisi bonum verum, 2. differt, quia rationalis potentia sua natura est consultiua, & sic oppositorum electiua, irrationalis vero sua natura est limitata ad alterum oppositorum. 3. differunt ex parte modi eliciendi, quia rationalis etiam suo obiecto approximata libere eligit, consultiuus syllogismus est de vtroq; opposito, irrationalis vero necessario eligit, cum non eligat per consultiuum syllogismum, sed per eius naturam, vtraque tamen agit propter finem, vt dictum est, vide latius de his D. Tho.

1. 2. q. quas per tot. & 1. p. 82. & 83.

Expliciunt Quæstiones in Librum Secundum Physicorum.

INCIPIVNT QVAESTIONES IN LIBRVM TERTIVM PHYSICORVM.

Quæstio Prima, Vtrum definitio motus sit bene assignata.

Motus est actus entis in potentia, secundum quòd huiusmodi. Text. VI.



IRCA tertium librum Physicorum, quæritur primo, Vtrũ definitio motus sit bene assignata, et videtur quòd non.

Primo, Actus facit subiectum esse in actu, sicut albedo facit esse actu album, sed motus non facit mobile esse in actu, quia est existentis in potentia: ergo motus non est actus.

Secundo, Si motus esset actus existẽtis in potentia, inquantum huiusmodi, motus esset actus mobilis inquantum mobile est, patet ista consequentia ex verbis philosophi, sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas consequẽtis. Mobile est mobile antequã habeat motum, sicut aqua est calefactibilis antequã calefiat: ergo motus non est actus mobilis inquantum huiusmodi.

Tertio, si motus esset actus existentis in potentia, inquantum huiusmodi, tunc esset actus omnis existentis in potentia: nam secundum ꝙ, præsupponit de omni, sed hoc est manifeste falsum: ergo &c.

Respondeo, ꝙ motus est actus existẽtis in potentia inquantum huiusmodi.

Pro cuius intelligentia duo faciam, Primo declarabo definitionem, secũdo probabo partes definitionis. Quantum

Nomina dã significãt aliquid qd nullo mõ é extra animã quædam opposito mõ q dam aũt medio modo.

ad primum: Aduertendum est, Primo, ꝙ quædam sunt nomina quæ significãt aliquid, nullo modo habens esse extra animã, vt iste terminus chimera, quædam sunt, quæ quantũ ad omnia importata dicunt rem extra animam, vt iste terminus homo: significat enim animal rationale, quod habet eße extra intellectum: quędam sunt, quæ quantum ad id quod est materiale, & fundamentũ, dicunt rem extra intellectum, sed quãtum ad id, quod est formale, & completiuum rationis, non dicunt aliquid existens in re, sed solum in intellectu, vt iste terminus, vniuersale: humanitas. n. est aliquid extra animam, sed intentio vniuersalitatis, nõ conuenit sibi extra animam, sed solum secundũ ꝙ est in intellectu: Similiter est de isto termino motus: in sua .n. ratione aliquid importat quod est extra animam & aliquid, quod conuenit rei solum per operationem intellectus. Sciendum secundo ꝙ aliquid est in actu tãtum, aliquid in potentia tantum, & aliquid medio modo .ſ. partim in potẽtia, et partim in actu: quod est in actu tantũ, nõ mouetur, sed iam motum est. sicut quod caliditatẽ habet perfecte, Item quod est in potentia tantum, non mouetur, sicut aqua q̃ põt calefieri. Sed id qđ medio modo se habet, mouetur: aqua.n. calefit quãdo partim habet de calore, & tendit ad perfectiorem caliditatem: Cũ ergo per motum aliquid moueri dicamur, oportet ꝙ motus sit quidã actus imperfectus, medius .ſ. inter potentiam puram & actũ perfectum, Vnde duo in ratione motus importãtur .ſ. ꝙ sit actus, et ꝙ sit quoddam mediũ inter purã potentiã et actũ perfectũ: quantũ ergo ad actũ imperfectũ, motus est res extra animam, sed quantũ ad respectus, q importantur in

Aliquid est in actu tantum, aliquid in potentia tantum, aliquid medio modo.

hoc ꝙ dicitur ipsum eße mediũ, non est extra aĩam: respectu.n. ad præcedentẽ potentiã & ad subsequentẽ actũ, sunt respectus rationis, quia sunt rei existẽtis ad rem non existentẽ. Attendendũ autẽ circa diuisionẽ Aristo. Tex. 3. in ens actu et ens in potentia, ꝙ aliter pũctuant tex. Simpli. Alex. & Themist. & aliter Porphyrius. Illi .n. sic punctuant, Eorũ quæ sunt, aliquid quidem est actu solum, aliud vero potentia & actu: aliqd quidẽ hoc aliqd &c. In qua quidẽ punctuatione volunt, ut ei qđ est actu tãtũ, cõdiuidatur id, qđ est simul, & potẽtia et actu: dicuntq; multa exẽplaria, hunc terminũ (solũ) additum illi termino (entelecheia) habere. Quod si ita est, uidetur Simplicio oportere sic tex. punctuare (vt dictũ est) vt .ſ. ei quod est in actu solum, cõdiuidatur id, quod est simul in potentia, & in actu, alioquin inquit, cur apposuisset Arist. illũ terminũ (solũ) dicendo, ꝙ aliquid est in actu solũ, nisi voluisset illi condiuidere id, quod non est in actu solũ sed simul in actu et in potentia? Confirmat quoque suũ propositum, ex eo ꝙ post hanc diuisionem in ens in actu solum, & ens in potentia, Arist. statim diuisionẽ in decẽ prædicamenta subiunxit: Nam ens in actu solum, nõ diuidi in decẽ prædicamẽta cõstat, cũ ipsemet Arist. inferius dicat in vnoquoq; genere, esse ens in actu, & ens in potentia: vnde oportet, vt illa sit diuisio eius quod est in actu, & in potentia, vt sic exponatur tex. Eorũ quæ sunt, aliquid quidẽ est actu solũ, aliquid vero potentia & actu, aliquid quidem .ſ. ens potẽtia, & actu existens hoc aliquid, aliud vero quale &c. Porphy. vro videtur sic punctuandum eße. Eorũ quę sunt, aliquid quidẽ est in potentia solum, aliqd

γτελέχεια

tex. 6.

vero potentia, & eorũ q̃ sunt in actu, aliquid quidem hoc aliquid, aliud uero quale &c. In qua punctuatione, ei qđ est in actu tantũ, condiuiditur id, quod est in potentia: deinde resumitur ens actu, & in decẽ prædicamenta diuiditur: nã ens in potentia in decẽ prædicamenta nõ diuiditur inquit Porphy. sed bene ens in actu, siue accipiatur pro ente actu composito, siue simplex forma. Post hanc contentionẽ inquit Simplicius, ꝙ si tamẽ, sicut in libris quibusdã inuenitur, sic habet tex. Eorũ q̃ sunt, aliquid quidẽ est quod actu, aliquid vero in potentia & in actu, aliquid quidẽ hoc aliquid, aliud vero quale &c. vbi ille terminus (solũ) non adiycitur, põt punctuari, vt punctuat Porphyrius.

In hac autẽ opinionum diuersitate, videtur mihi verior opinio Simplicij, & Cõpliciũ, si in tex. ille terminus (solum) apponatur: si autem non apponatur, Porphyrij pũctuatio, vera esse videtur: qũo autem habuerit tex. s. Tho. non clare constat: sed ex eius interpretatione videtur, ꝙ illam dictionẽ (solũ) non habuerit, & consequenter ꝙ punctuationẽ Porphyrij sit secutus.

Cũ ergo dicitur, ꝙ motus est actus existẽtis in potentia, importatur ꝙ est actus medius inter potentiã et actũ, nõ est .n. potẽtia existentis in potẽtia, neq; actus existentis simpliciter in actu, sed actus existẽtis in potentia: cum dicitur actus importatur ordo ad præcedentẽ potentiã: cũ aũt dicitur existẽtis in potẽtia, importatur ordo ad seqntẽ actũ: calefactio. n. est actus imperfectus, existẽs in re tẽdẽte ad pfectiorẽ caliditatẽ. Sed circa hoc dubiũ occurrit. Si .n. motus quantũ ad aliqd est extra aĩam, & quantũ ad aliqd in aĩa, sequitur ꝙ nullo intellectu considerante, nõ erit motus: ens. n. in aĩa, qđ est ens rationis in sola aĩæ cõsideratione inuenitur, & ꝙ cõsequens nihil mouebitur qđ est manifeste falsũ: nã nullo intellectu cõsiderãte, adhuc aqua calefit: ergo &c. Respõdetur & dicitur, primo, ꝙ nomẽ nõ significat rẽ, nisi mediante cõceptu: & quia rẽ aa solutã aliqñ intellectus cõcipit relatiue, sicut cũ aliquã rẽ concipit in ordine ad scientiã, ideo aliqñ adinuenit intellectus aliquod nomẽ, illudq; imponit ad significandũ, rẽ quidẽ in se absolutã, sed secundũ ꝙ cõcipitur relatiue, sicut hoc nomẽ scibile, significat rẽ absolutã, quæcũq; res sit illa, secundũ tñ ꝙ in ordine ad sciam cõcipitur. Dicitur 2. ꝙ cũ talia nomina dicũtur de re existẽte extra aĩam, nõ significatur, ꝙ in re extra aĩã sit relatio importata ꝑ talia nomina, sed significatur ꝙ illud absolutũ, qđ importãt, cõuenit rei existẽti extra animã, licet illa res a tali nomine sub cõceptu relatiuo significetur: vnde talia nomina, remota omni opatione intellectus, adhuc dicũtur de rebus existẽtibus extra aĩam, nõ obstãte, ꝙ relatio importata ꝑ talia, nõ sit in rebus extra aĩam. Scibile. n. remota omni opatione intellectus dicitur de cælo. nullo. n. intellectu cõsiderãte, cęlũ ẽ scibile, licet extra intellectũ nõ habeat respectũ ad sciam: nõ põt tñ cõcipi cælũ sub rõne scibilis, nisi cũ respectu rõnis ad sciam: scibile. n. aliqua scia dicitur scibile. Dicitur 3. ꝙ iste terminus motus significat absolutũ sub cõceptu relatiuo: significat. n formã. secundũ ꝙ accipit ipsã intellectus cũ respectu ad ꝑcedentẽ potentiã, & ad sequentẽ actũ q̃ sunt respectus rõnis, & secundũ ꝙ res talis est ut nata sit ꝙ tũc fundare huiusmodi respectus, & vere conceptui tali intellectus correspondere, vnde remo-

Quo modo fiat ꝙ motus quarũ ad aliquid fit in aĩa & extra aĩam, & tñ motus sit, nullo intellectu cõsiderãte.

ta omni operatione intellectus aliqua forma dicitur motus, licet ī ipsa extra animam non sint illi respectus, quæ tamen forma non potest concipi sub ratione motus, nisi sub isto duplici respectu concipiatur.

Ad argumentum ergo negatur cōsequentia: licet.n.quantum ad aliquid sit conclusum in cōceptu motus, s. quātum ad respectus, qui sūt in aīa: tñ quātū ad id, qđ significat, qđ est absolutū, est extra animā, ideo de re existēte extra animā, remota operatione intellectus dici potest. Dicitur ergo, ꝙ de ratione motus sunt tria. primū est, Actus imperfectus. i. forma imperfecta. Secūdum, est ordo & tendentia ad vlteriorem actum, quæ non est aliud, quàm relatio eiusdem formæ sub actu imperfecto ad seipsam sub actu perfectiori. tertium est ordo & relatio ad imperfectiorem actum. i. ad seipsam sub imperfectiori actu qui præcessit. primum, nomen motus dicit essentialiter & in recto, secundum & tertium dicit in obliquo: Caliditas.n. imperfecta existēs in aqua, recedens ab actu imperfecto & ad perfectiorem actum tendens, est essentialiter motus, non potest tamen cōcipi sub ratione, motus nomine importata, nisi sub illo duplici respectu concipiatur, ideo conuenienter dicitur, quòd actus existentis in potentia, inquantum huiusmodi.

8. Th. 5. phy. lect. 1. tex. 7. Quantum ad secundum, Attendendum, vt patet ex Simplicio, & s. Th. huius, ꝙ motus hic definitur, vt idē est mutationi, quomodo autē generationi hæc definitio cōueniat, ostendetur in 5. Probatur itaque, primo, ꝙ motus sit actus. Illud quo aliqd fit in actu, prius in potētia existēs, est actus eius: sed motu aliquid fit in actu, prius in potentia existens: aqua.n. antequam calefiat est in potentia ad calefactionem; dum autem habet calefactionem actu calefit: ergo &c. Aduertendum autem primo secundū s. D. ꝙ antequam aliquid moueatur est in potētia, & ad motum, & ad terminum motus, dum autē mouetur reductum est in actum respectu motus: adhuc tamen remanet in potentia ad terminum motus. Per motum, ergo reducitur aliquid formaliter in actum, sed imperfecto modo, eo quòd motus actus imperfectus sit. Quod constat ex hoc: nam cū res sub actu perfecto est, nō est amplius in potentia ad actū tendens, cum autem mobile est sub motu, non tollitur, sed manet potentia mobilis ad actum perfectum tēdens. Aduertendum secundo, ꝙ licet motus hoc loco dicatur entelecheia: hoc tamen secūdum Simplicium nō est proprie dictū. Nam nomē entelecheiæ proprie apud Arist. actum qui est complemētum & perfectio rei stabilis ac permanentis significat: unde anima ab ipso uocata est entelecheia, quia est perfectio permanēs corporis Phy. &c. Quod si aliquādo etiam de operatione dicatur: non tamen dicitur de quacumque, sed de perfecta tātum, quæ scilicet conuenit rei, secundum ꝙ est perfecta, & secundum ꝙ est in actu, cum igitur motus non sit actus permanens & stabilis, sed in quodam transitu & fieri consistat, non ꝓprie entelecheia dici pōt, sed bene cōuenienter dicitur energia: nam nomen energię, quāuis aliquādo pro actu absolute accipiatur quicumque sit ille, quamuis secundū ꝙ ab hoc verbo energo, quod operor & ago significat deducitur, significare videatur actum, qui est operatio, accipiendo operationem, vt quoddam commune est ad actionem & pas-

S. Tho. in 3 po. Text.

Motus auctiori modo dicitur entelechia & energia.

& passionem, & ad operationem perfectam & imperfectam, quod proprie motui conuenit: motus.n. rationē passionis habet, aut etiam actionis aliquo modo, vnde vt refert Simplicius, primo quidem Arist. definiuit motū inquiens ipsum esse energiam mobilis inquantum tale, sed postmodum Alex. Porphyrius, Themistius, & alij expositores inuenientes in quibusdam exēplaribus sic haberi, existentis in potentia entelecheia inquātū tale motus est, loco energiæ, entelecheie nomen assumpserunt, tamquam apud Arist. idem vtrumque nomen significaret, Attendendum autē, ꝙ licet motus potius passio sit, quàm actio, dicit tamen ipsum Arist. actum & energiam, tum quia secundum ipsum aliquid fit ab agente, & mouetur a mouente, tum quia est via ad id, quod est in actu, tum quia qđ prius ociosum erat, & in sola aptitudine reducitur ad actum per ipsum.

Secundo. Probatur ꝙ sit actus existentis in potentia, motus est actus eius in quo semper inuenitur, sicut lux est actus diaphani: semper.n. inuenitur in diaphano, sed motus semper inuenitur in existente in potentia: dum enim aliquid mouetur est in potentia: ergo motus est actus existentis in potentia.

Tex. 9. Sciendum autem, primo, ꝙ hunc text. ex quo minorē rationis assumit s. Tho. Sed potentia existentis cum entelechia ens agat aut ipsum aut aliud inquantū mobile, motus est sequitur Alexander et Porphyrius, ipsumq; interpretatur Alex. ꝙ duplicem tangit motū Arist. quorum vterque est actus mobilis alicuius, secūdum ꝙ est in potentia, vnus quidem est qui ex seipso. i. ab intrinseco est actus existentis in potentia, sicut augmentum, decrementum, motus localis naturalis &c. Alius vero qui est ab alio. s. motus violentus, & eorum quę per artem fiūt, primus quidem est agere, secundus vero agi: nam motus non minus est passio quàm actio. vera autē est hæc expositio, si per motum a seipso, intēdatur id, quod in duas partes diuiditur, quarū vna est mouens & alia est mota, quod manifeste condiuiditur ei, quod ab extrinseco mouetur, non autem est vera, si per mouēs seipsum intelligatur vnum, & idem simpliciter, quod sit & mouens & motum. Simplicius vero quamuis hunc text. multum non probet dicit, ꝙ magis proprie per id, quod mouetur ab alio potest intelligi id, quod ab extrinseco quidem mouetur, sed naturaliter. Sicut ex aqua calefacta ab igne, fit aer & ignis, & in his, quæ alterantur s. Tho. vero qd per motum ab extrinseco intendat non explicat, sed videtur omnem motum ab extrinseco prouenientem, quicumque sit ille intelligere. Syrianus autem & Themistius & multa exemplaria, aliū hoc loco habent tex. hunc. s. Actus autem existentis in potentia, cū actu existens operatur, non inquantum ipsum, sed inquantum mobile, motus est. Et hic clarior est text. & securior vt inquit Simplicius sensus. est.n. ꝙ cum aliquid est simul in actu & in potentia, actus eius, quæ dicitur hic operatio, nō secundum ꝙ est ens actu, sed secundum ꝙ est mobile & ens in potentia motus est. Sciendum secundo circa istam propositionem, Motus semper inuenitur in eo quod est in potentia, ꝙ dupliciter intelligi potest, vno modo ꝙ est in eo, quod est in potentia non quidem ad motum, sed ad terminum motus: nam dū aqua calefit, est quidem in potentia ad calorem perfectum, nō tamen ad calefieri.

Motum sera per inueniri i eo quod est in potentia, dupliciter potest intelligi.

fieri, Alio modo ꝙ est in existẽte in potentia ad partem motus subsequentẽ: nam cum motus non sit totus simul, sed successiue fiat, licet mobile dum mouetur sit actu sub motu, existens tamen sub vna parte motus est ad aliam partem in potentia.

Tex. 9. 3. Probatur ꝙ sit actus existẽtis in potentia inquantum huiusmodi: contingit.n. ꝙ mobile est in actu & in potentia sicut æs est actu es, & potentia statua, aut ergo motus est actus existentis in potentia inquantum est in actu, aut inquantũ est in potentia, non inquantũ est in actu, quia oporteret ꝙ quamdiu res est in actu moueretur, sicut quãdiu æs esset actu æs, moueretur, qđ est manifeste falsum: ergo motus est actus existẽtis in potẽtia inquãtũ est in potẽtia. Aliquid est in potentia ad alterũ dupliciter. Sed aduertẽdũ ꝙ aliquid est in potẽtia ad alterũ dupliciter, vno modo qa põt habere illud nondũ tñ ad illud tendit, sicut aqua antequã calefiat est in potẽtia ad caliditatẽ, alio modo quia põt illud habere, & ad ipsum actualiter tendit sicut dũ aqua calefit, est in potẽtia, tendente ad caliditatẽ: motus ergo est actus existẽtis in potentia secundo modo, non primo modo. Attẽdendũ aũt ꝙ duas alias motus definitiones inferius Arist. ponit: primã.n. ponit tex. 16. in quiẽs ꝙ motus est actus mobilis inquãtum mobile: hanc aũt definitionem dupliciter videtur Alex. interpretari. primo, ꝙ ista est spãlior ratio motus q̃ prima: nam uidetur data esse per id, qđ est cõmunis motus; nam cũ existens in potentia in omnibus inueniatur prædicamentis, etiã actus existentis in potentia in omnibus prædicamentis inuenietur, qđ cũ motus nõ sit in omnibus prædicamentis, sequitur hoc qđ dico actus existentis in potentia quod pro definitione motus est positum, esse cõmunis motus, sicut si definiremus hominẽ dicẽtes, ꝙ est substantia animata, Hæc aũt motus est actus mobilis inquantũ mobile est spãlis, & propria ratio motus, et nulli alij a motu cõuenit, secũdo interpretatur, si admittatur sicut ens in potentia in omnibus prædicamẽtis inueniturtur, ita & aliquo modo inueniri motũ, ꝙ ens in potentia, & mobile pro eodẽ accipiuntur, sed ens in potentia in hac secunda definitione mutauit in mobile tãq̃ in aliquid notius & manifestius.

Sed contra hanc definitionem occurrit dubiũ: nam definitio debet dari per aliquid notius definito: sed ita immanifestũ est mobile sicut motus: ergo male definitur motus per mobile.

Respondet Alex. ꝙ cũ motus de genere relatiuorũ sit: motus.n. est mobilis, rationabiliter per mobile definitur, cum esse relatiui sit ad alterum quodammodo se habere.

Aliã vero definitionẽ ponit tex. 23 vbi ait ꝙ motus est actus potentia actiui & passiui inquantũ tale: quia.n. vt inquit s. Th. posuerat Arist. motũ esse actum actiui vt ab hoc, & passiui ut in hoc, ad tollendam omnẽ dubitationem, tamquã notius loquens, & tam actiuũ quàm passiuũ cõplectens subiunxit motũ esse actũ potẽtia actiui & passiui in quantũ est in potentia, & sic tã ex parte actiui quã ex parte passiui ponitur motum esse actum existentis in potentia inquantum huiusmodi.

Sed circa hanc definitionẽ dubiũ occurit: nam qđ est in potẽtia actiuũ & motiuũ, nondum est actu motiuum, & nondũ mouet: ergo motus nõ est actus motiui in potẽtia, sed mouẽtis in actu.

Respondetur de mẽte Simplicij, & dicitur, primo ꝙ mouẽtia omnia in istis inferioribus, & mouent inquantũ sunt in actu secundum habitum, & mouentur inquantum habitus qui prius quiescebat ad actũ mouẽdi excitatur, et sic de potentia exit in actum. Dicitur secũdo ꝙ actio istorũ mouentium inferiorũ non est tota simul: sed in quadam successione consistit, & ideo quamdiu mouent manet eorũ potentia, sicut quãdiu mobile mouetur eius potẽtia manet, et sic est uerũ dicere ꝙ mouẽs quãdiu mouet, & est in actu secundũ habitũ quo mouet, & secundũ ipsam actionem, & est in potentia secundũ actionis successionem; motus ergo est actus motiui secundũ ꝙ est in potentia, non quidẽ ad mouere simpliciter, sed ad id, quod de motu succedere debet: qđ vtiq; quãdiu mouet sibi conuenit, ideo falsum assumitur, scilicet ꝙ actiuũ in potentia nõdum sit actu motiuum: hoc enim non est vniuersaliter verum, sicut non est vniuersaliter verum, quòd mobile in potentia nondum moueatur.

Ad argumenta in oppositũ respõdetur, Ad primum negatur minor, Ad probationem dicitur, ꝙ licet mobile dum mouetur sit in potentia ad terminũ motus; non tamen est in potentia, sed in actu respectu motus.

Ad secundum negatur falsitas cõsequẽtis: ad probationẽ dicitur ꝙ cum dicimus motũ esse actum mobilis, per mobile nõ intelligimus id, quod est in potẽtia ad moueri, ut argumẽtum procedit, sed id, quod actu mouetur, qđ quidẽ nõ actu mouetur, nisi dum est sub motu.

Ad 3. dicitur primo, ꝙ motus est actus existentis in potentia, dico tendentẽ ad actum: vnde negatur falsitas. Dicitur 2. ꝙ ly secundum ꝙ, quando tenetur reduplicatiue præsupponit de omni, non autẽ quando tenetur specificatiue, sicut cum dicitur ens secundum ꝙ ens est subiectũ: metaphysicę modo ĩ proposito dicitur ꝙ ly inquantum, in illa definitione tenetur specificatiue non autem reduplicatiue: quia enim aliquid est in actu & in potentia respectu diuersorũ, motus non conuenit rei ex eo, quòd est in actu, sed ex eo, quòd est in potentia.

ADDI.

Adde hic ꝙ cum motus integretur ex multis. ſ. ex mobili, termino a quo, ex termino ad quem, ex motore, ex tempore, ex quantitate, cur Arist. tradendo definitionem motus a priori, non posuit omnia illa ex quibus est quidditas eius: & est singularis difficultas de quãtitate, quia Auerr. ait ꝙ motus & tempus sunt quantitates per se, & sic quantitas debuit poni in definitione motus cũ sit per se prædicatũ eius Caiet. secundam difficultatem reliquit insolutam remittendo se ad quæstiones metaphysicales, quæ non peruenerunt ad manus nostras: quia dicunt nõnulli ꝙ reperiuntur manuscriptæ Caiet. aliqui soluentes hoc dicũt ꝙ motus potest sumi tripliciter, primo, ꝙ forma fluente, & sic non est per se quantitas, quia vt sic est in quatuor prędicamẽtis; secundo capitur pro fluxu formę, & sic est in prædicamento passionis, 3. pro durationem illius fluxus & sic est quantitas successiua diuisibilis secundum longitudinẽ, ad diuisionẽ temporis, secundũ omnẽ dimensionem ad diuisionem mobilis, sed hęc responsio aduersatur Ari dicenti motum esse quantũ per accidens, propterea Greg. Arim. dicit auctoritatem Commentatoris esse uitio scriptoris depraua tam: deficit enim vna negatio: deberet legi motus & tempus non sunt quantitates per se, aliter Commentat. contradiceret Arist. sed melius dicendũ est ꝙ aliqua sunt quantitates per se duobus modis, vno modo substantialiter & in primo modo dicẽdi per se, ut est magni-

5. metaphy. commẽ. 18.

In prędic. de quantitate.

5. metaphy. tex. 18. 2. sen. dist. 2. q. 1.

magnitudo & numerus, alio modo aliqua dicuntur quantitates per se 2. modo pro quanto accidunt rebus, quæ sunt quantitates per se, & secundum suam substantiã, vnde quia motus consequitur magnitudinem, quæ per se in primo modo est quantitas, propterea dicitur quantitas per se, & sic verificantur ambę propositiones, prima. s. motus & tempus sunt quantitates per se. s. in secundo modo dicendi per se, secunda quoque motus & tempus sunt quanta per accidens, vt ly per accidens distinguitur contra per se, primo, quidditatiue. potes etiam dicere, & in idem coincidit, ꝙ motus est per se quantitas: tempus est per se quantitas. i. tam motus quàm tempus sunt passiones rei, quæ substantialiter, & quidditatiue & formaliter est quãtitas. & illa est magnitudo. hinc soluitur principalis etiam difficultas, quia non erat necessarium in definitione motus ponere quantitatem, nec terminum a quo & ad quem, nec tempus, nec motorem, qui est de causis extrinsecis: sed sufficiens fuit declarare ipsum motum per ea, quæ quidditatiue clauduntur in eo: de quibus, uide Alexan. & Themistium, & D. Tho. p. p. q. 53. quasi per totam, vbi agitur de motu Angelorum, uide etiam, 2. contra gent. c. 82. ubi Auctor declarat, quomodo motus proprie, dictus conueniat mobili & quomodo non, uide Egidium & Burleum, Paulum Venetũ Suessl. 3. phy. in loco correspondenti.

1. phys. tex. commen. 16

Quæstio Secunda, Vtrum motus sit idem realiter cum termino motus.

Species autem semper existimabitur aliqua mouens, aut enim hæc, aut qualis, aut quanta, quæ erit principium, & causa motus. Tex. XVII.

Quæritur secundo, Vtrum motus sit idem realiter cum termino motus, et uidetur ꝙ non, Primo si sic esset, tunc motus localis esset idem, cum loco qui acquiritur, hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas, primo sequeretur, ꝙ motus naturalis, & violentus essent eiusdem speciei: nã si lapis moueatur deorsum, & similiter ignis, motus naturalis lapidis, & motus violentus ignis terminãtur ad eundem terminum. s. ad locum deorsum: ergo si motus & terminus motus sunt idẽ, motus naturalis & violentus erunt idem. Secũdo sequeretur, ꝙ motus circularis et rectus erunt idẽ: hoc est falsum: ergo &c. Probatur cõsequentia, quia ad vnum & eundẽ terminum potest & per motum rectum, & per motum circularem peruenire. Tertio sequeretur, ꝙ motus contrarij erunt idẽ, hoc est impossibile: ergo &c. Probatur consequentia, quia super eãdem magnitudinem contingit aliquid incipere moueri ex vna parte, & postea ex alia, sed isti motus sunt contrarij, cum sint a contrarijs terminis: ergo si motus est ille locus, motus contrarij erunt idem.

Secũdo principaliter arguitur, Idẽ nõ est causa sui ipsius, sed motus est causa termini motus: ergo nõ sunt idem.

Tertio, ad motum non est motus, sed ad terminum motus est motus: ergo &c.

go &c. Probatur maior, quia partes eius ad quod est motus sunt simul, non autem partes motus. Quarto, motus diuiditur permutata esse, & per ea cõtinuatur, terminus motus nõ diuiditur, & cõtinuatur ꝙmutata esse: ergo &c.

Non inconuenit aliqd esse vnũ & idẽ realiter & formaliter distingui.

Ad euidentiã istius difficultatis primo præmittentur aliqua necessaria ad propositum, secundo dicetur ad quæstum. Sciendũ itaq; primo ꝙ non inconuenit ꝙ aliqua, vnũ et idẽ realiter sint, & tamen formaliter distinguantur, diuersisq; nominibus significentur: cõtingit. n. vnã & eandẽ rẽ alio, & alio modo se habere, & diuersas perfectiones in se includere, ꝓpter quod intellectus de ipsa diuersos format conceptus, secundũ ꝙ eam diuersimode considerat, & quia imponit nomina secundum ꝙ concipit, ideo ipsi diuersa etiã nomina imponit, quæ tamen significant vnã & eandẽ rem, sed sub diuersis rationibus propter quod dicimus, ꝙ illa res secundum ꝙ significatur vno nomine distinguitur formaliter a seipsa secundum ꝙ alio nomine significatur, sicut secundũ ponentes relationẽ a subiecto nõ distingui, albedo vna et eadẽ existẽs, est forma secundũ quam aliquid est album, et est id quo, vnum ad alterũ refertur, secundum quod dicitur illi simile intellectus: ergo alium conceptum format de illa re, vt est absolute quædam forma de genere coloris, & aliũ vt est id quo aliquid ad alterum refertur, vnde illã rem secundum quod cõcipitur vt talis forma absolute, nominat isto nomine albedo, secundum autem quod cõcipitur in ordine ad alterum nominat hoc nomine similitudo: dicimus enim quod albedo & similitudo sunt vnum, et idem secundum rem, idest eadem res est, quę significatur vtroque nomine, sed distinguuntur secundum rationem, quia illã rem sub alio conceptu significat hoc nomen albedo, & sub alio hoc nomen similitudo. Sciendũ secundo quòd quando nomen, & maxime abstractum, significat aliquam rem in recto, & aliquid importat in obliquo id, quod significat in recto, se habet vt materiale, & id quod importat in obliquo, se habet vt formale: nam cum formæ sit determinare, & materiæ determinari, & id quod significatur in recto se habeat tãquam aliquid determinabile, id autem quod importatur in obliquo se habeat vt determinatiuum quod significatur in recto se habet vt materiale, quod autem importatur in obliquo, sicut formale. Sciendum tertio, quòd cum nomen importat aliquid in recto, & aliquid in obliquo connotat, illud quod importat in recto est propriũ & essentiale significatum, illud autẽ quod importat in obliquo, non est essentiale, sed importatur tamquam essentialis significati determinatiuũ, sicut hoc nomen Sortes, quod significat substãtiam animatam sensibilem rationalem determinatam tali figura & quantitate, quia significat illam substantiã in recto, accidentia autẽ importat in obliquo, ideo ipsa substantia Sor. eius propriũ & essentiale significatũ est, accidentia autẽ connotantur tamquam illius substantię determinatiua: nõ enim dicimus quòd Sortes sit illa accidentia, sed ꝙ est substantia talibus accidentibus determinata. Sciendum quarto, quòd licet de ratione motus sint tria ut dictũ est in prę cedenti quæstione. s. actus imperfectus ordo & tẽdentia ad vlteriorẽ actũ, & ordo ad præcedentẽ potentiã & actũ imperfectiorem, essentialiter tamen et in recto solum actũ imperfectũ dicit, in

Quando nomen abstractum aliquã rẽ i recto & aliquam in obliquo, id quod est significatũ recto est significatum materiale significatum autem in obliquo est formale.

obliquo autem & connotatiue dicit illos respectus, ille enim actus imperfectus nō habet rationem motus, nisi huiusmodi respectibus sit determinatus.

Motus quātū ad id, q̄ dicit in recto & materialiter est idē secundū rē cū termino motus.

Quantum ad secundū ponuntur duę conclusiones, prima est, motus quantū ad id, quod dicit in recto materialiter, est idē secundū rem cū termino motus, quod est dictu, nomen motus & nomen termini motus significant vnā & eandem rem materialiter: nam dealbatio & albedo, quæ est terminus dealbationis sunt vna & eadem res. Probatur primo auctoritate Commen. com. 4. ubi vult q̄ motus secundum q̄ non differt a perfectione ad quam vadit motus, nisi secūdum magis & minus, necesse est vt sit de genere illius perfectionis, in fine autē commēti dicit q̄ iste modus accipiendi motum est uerior, licet alius. s. q̄ motus sit via ad perfectionem, quæ est alia ab ipsa perfectione sit famosior. Secundo Com. 5. phys. comm. 9. dicit quòd ire ad calorem est calor quo quo modo, similiter ire ad frigus, & q̄ motus est in genere eius: ad q̄d est motus secundum suam naturam.

dē 5. phys. Comm. 9.

Motus & terminus motus distinguuntur formaliter & secundum rationem.

Secunda conclusio est, motus & terminus motus distinguuntur formaliter & secundum rationem, Probatur primo, illa quorum aliquid includitur tam quam formale in ratione vnius, q̄d nō includitur in ratione alterius distinguūtur formaliter: & secundum rationem sed aliquid includitur in ratione motus. s. ille respectus qui nō includitur in ratione termini motus: ergo motus et terminus motus distinguuntur formaliter & secundum rationem. secundo Com. commen. 4. dicit q̄ motus secundum q̄ est via ad perfectionem est aliud a perfectione illa. Item 5. physicorum commen. 5. dicit q̄ albificatio est motus, nō albedo ad quā est motus albedinis. Itē 5. phys. com. 9. postquam dixit q̄ motus secundum suam materiam est in genere eius, ad quod est motus subiungit secundum autē formam i. secundum q̄ est transmutatio coniuncta cum tempore, est in prædicamento passionis. Dicitur igitur, q̄ eadem res est calefactio, et caliditas introducta per calefactionem quę res secundum q̄ est in fieri, et habet illum duplicem respectum supra memoratum, dicitur calefactio secundum autem q̄ est in facto esse, sine huiusmodi respectibus, dicitur caliditas, q̄ est terminus motus, vnde caliditas secūdum q̄ est in fieri, distinguitur secundum rationem et formaliter a seipsa secundum q̄ est in facto esse, & isto modo intelligitur q̄ motus et terminus motus distinguuntur formaliter & secundum rationem. Ex istis sequitur, primo q̄ eadem res quandoque est successiua, quandoque permanens: dum. n. est in fieri secundum quem modum est motus, dicitur successiua, dum autem est in facto esse, dicitur res permanens.

Sequitur 2. quòd quicquid attribuitur motui potest verificari de illa re q̄ est terminus motus, non secūdum quòd est in facto eße, sed secundum quòd est in fieri.

Sequitur 3. quòd non obstante quòd motus et terminus motus sint vna res, tamen ista propositio est falsa, motus est terminus motus propter formalem eorum distinctionem. In abstractis. n. vnum vere negatur ab altero, si alterum illorum in sua ratione includat aliquid quod non includat alterum, vnde q̄a motus includit illos respectus quos non includit forma, quæ est terminus motus, ista est vera, motus non est terminus motus, & calefactio non est calor

In abstractis vnum vere negatur ab altero si alterū includat in sua ratione aliquid, quod alterū nō includit

lor productus, & albefactio non est albedo producta, & sic de alijs, vt patet ex verbis Commentatoris. 5. phy. com men. superius adducto.

Sed circa istam determinationem, duo occurrunt dubia, primum est forma substantialis non suscipit magis & minus; vt primo sit imperfecta, & postea perfecta: ergo generatio nō est forma generata vt est in fieri: ergo motus non est idem quòd terminus motus.

Secūdum dubium est: Albedo permixta nigredini & albedo pura, non sunt eiusdem speciei, sed albedo in fieri est permixta nigredini: ergo albedo in fieri distinguitur specie a pura albedine: ergo si albefactio est albedo in fieri, albefactio distinguitur specie ab albedine pura quæ est terminus motus: ergo motus distinguitur a termino motus. Ad primum istorum dicitur primo q̄ non dicimus vniuersaliter motum esse ipsam formam habentem esse imperfectum ad perfectumq; esse tendentē: illud. n est verum dumtaxat de formis quæ diuisibiliter acquiruntur, sed dicitur q̄ forma secundum q̄ est in fieri est motus, & quòd includit aliquid secundum quòd est in fieri, quod non includit vt est in facto esse. Dicitur 2. quod generatio, accipiendo generationem pro instantanea dumtaxat introductione formę substantialis, est simul cum generato esse: nō n. forma prius generatur quam generata sit: vnde fieri formæ et factum esse sunt simul. Dicitur 3. q̄ licet forma simul generetur & generata sit: tamen generatio dicit ipsam formam cum nouitate essendi, & cum respectu ad alterationem precedentem atque cum respectu ad aliqualem permanentiam formæ, & hoc modo generatio habet rationem motus, largo modo accipiendo motum: vt. s. nomine motus etiam mutatio comprehenditur, introducitur. n. forma in materia prius alterata, & postquam est introducta p aliquod tempus permanet in materia, istam autem nouitatem essendi & relationem ad sequentem permanentiā non includit forma vt est in facto esse, & terminus generationis, vnde generatio & forma generata, sunt vnum secundum rem distinguuntur autem secundū rationem: aliqua. n. importantur nomine generationis, quæ non importantur nomine formæ.

Medium inter extrema consideratū vt est in esse completo & permanenti distinguitur ab extremis secundū speciem non aūt si cōsideretur vt est in fluxu & tendentia ad esse factum.

Ad secundū dubium dicitur de mente Alberti quòd albedo mixta nigredini, & vniuersaliter quodlibet medium inter extrema, potest dupliciter considerari, Vno modo secundum quòd est in esse completo & permanenti, & sic distinguitur ab extremis secundum speciem. sed hoc modo motus non est actus imperfectus medius iter extrema, alio modo secundum q̄ est influxu & tendentia ad esse perfectum, et hoc modo est ipsa forma habens esse imperfectū, albefactio. n. est albedo permixta nigredini tendens ad perfectum esse, sed tunc negatur q̄ albedo permixta nigredini, distinguatur specie ab albedine pura, sed dicitur quòd est via ad albedinem perfectā, & est cadē cum illa.

Ad argumenta principalia in oppositum respondetur, Ad primum dicitur quòd motus localis est idē realiter cum loco, siue cum vbi quod acquiritur per motum, quod vbi nihil aliud est, quam respectus fundatus super continentia passiua locati ad locū. Ad primā huius improbationē dicitur quòd motus violentus & naturalis possint dupliciter considerari, Vno modo respectu viusdē mobilis, sicut motus naturalis grauis

deorsum, & motus violentus grauis sursum, Alio modo in diuersis mobilibus, sicut motus violentus ignis, et motus naturalis terræ deorsum. Si accipiatur respectu eiusdem mobilis, negatur consequentia, quam non probat ratio adducta, si autem accipiantur respectu diuersorum mobilium, negatur falsitas consequentis. Ratio autem istius diuersitatis est, quia motus violẽtus et naturalis eiusdem, terminantur ad oppositos terminos, ideo specie distinguũtur, in diuersis autem mobilibus, terminantur ad eũdem terminum, ideo sunt eiusdem speciei.

Motus rectus & circularis ad vnũ terminũ terminati sunt idẽ materialiter nõ autem specifice, & ratio huius q̃ sit.

Ad secundũ, Respondeti potest, Primo q̃ motus rectus et circularis, terminati ad vnum terminum, sunt idem materialiter, sed hoc non obstante, formaliter & specifice distinguũtur, quia ad vnitatem specificam motus, non sufficit vnitas specifica termini, sed requiritur vnitas specifica eius per quod sit motus, vt dicit phil. 5. phys. tex. 33. Linea autẽ recta, per quam fit motus rectus, distinguitur specie a linea circulari p quam fit motus circularis, ideo illi motus specie distinguuntur. Secundo respondeti potest q̃ motus rectus & circularis possunt dupliciter considerari, Vno modo quantũ ad ipsum vbi fluens per se, & tunc possunt esse eiusdem speciei, Alio modo quãtum ad rectum & circulare, quæ accidunt magnitudini super quam fit motus, & sunt diuersarum rationum.

Ad tertiam dicitur q̃ talis locus est talis motus, secundum q̃ incipit acquiri a tali extremo, ideo si idem locus ab oppositis terminis incipiat acquiri, isti motus erunt quidem materialiter idẽ: sed tamen specifice & formaliter distinguentur. Dicitur secundo, q̃ motus est locus nõ per quod mobile mouetur, sed qui per motum acquiritur seu quẽ habet mobile in termino motus, ideo ratio non est ad propositum. Sed videtur q̃ iste responsiones non satisfaciant: nã illa non sunt vnũ realiter, quorum vno existente, aliud non est, sed existente aliquãdo loco, non est motus localis istius mobilis ad ipsum, sicut cum quiescit: ergo &c. Si dicatur q̃ locus qui acquiritur per motum localem, antequã mobile moueatur, licet forte sit quantum ad suum materiale. s. quantũ ad superficiem continentis, non est tamen vt locus ipsius mobilis, cũ ipsũ nõ cõtineat.

Contra arguitur, quãdo mobile mo tur ad locum etiã tunc non cõtinetur a loco qui est terminus motus, & sic non est eius locus: ergo motus localis est nõ existente loco, qui est terminus motus, vt locus mobilis, motus localis est: ergo idem sequetur. s. q̃ non erunt idẽ eadem ratione, quia. s. vno existente, alterum non est. Præterea cũ primũ terminus continentis, qui est terminus motus localis, est locus mobilis, amplius motus non est: ergo non sunt idem.

Ad euidentiam huius dubij considerandum est, q̃ sicut in alteratione, forma secundum quam est alteratio, primo imperfecte introducitur in subiecto, deinde perficitur successiue vsque ad terminũ motus, & sic dicimus eandem formam esse motum & terminũ motus, sicut eadẽ forma est, quę prius habet esse imperfectum, & postea perfectum, ita & in motu locali idem considerare oportet, licet alio et alio modo: nam locus ad quem mobile per motum localem tendit, primo quidem imperfecte acquiritur, deinde perfectius, & sic successiue quo vsque ad perfectam cõtinentiã mobilis pueniatur, sed dissimiliter ista imperfectio, et perfectio se habet in alteratione, & in motu locali, in alteratione .n. dicitur forma quæ acquiritur successiuæ diuersimode actuare subiectũ, quia ipsa entitas formę secũdũ seipsã a principio motus recipitur in mobili, et ipsũ actua cõtinuę & successiuę vsq; ad complementum motus, locus autem qui in fine motus localis acquiritur & est equalis mobili, non sic successiue acquiritur quòd a principio secundũ seipsum cõtineat mobile, & continue magis ipsum cõtineat vsquæ ad complementum motus, sed hac ratione acquiri dicitur successiuæ, quia mobile continuæ illi per motum magis & magis appropinquat, quousq; ab ipso totaliter, et perfectę cõtinea tur, & ideo motus localis. est ipse locus, non simpliciter, secundũ q̃ est terminus, sed secundum q̃ est in acqri per successiuam appropinquationem mobilis ad ipsum.

Proportionabiliter sicut in alteratione est eadẽ forma in motu & termino ita est in motu locali nõ tamen omino eodem modo.

Ad dubium. ergo negatur q̃ existẽte loco vt est in acqri, non sit motus localis. Dicitur secũdo q̃ quando mobile mouetur ad locum, licet non cõtinea tur perfectæ a tali loco, continetur tamen imperfectę per appropinquationẽ ad ipsum, & illæ dicitur locus eius, eo quòd ad ipsum tendat & ad illum cõtinue magis appropinquet, si instetur quòd tũc motus localis non erit ipse locus, quia non est illa superficies continentis. Sed erit repectus nomine propinquitatis importatus. Dicitur q̃ vtiq; verum est, motum localem non esse essentialiter illũ locũ, absolutẽ ut superficies continentis est, sed tamen verum est ipsum esse illum locum, vt est in acquiri, & non est inconueniens motum localẽ esse materialiter illũ respectum appropinquationis successiuę in ipso loco fundatũ, secũdum quem dicitur locus acquiri. Vbi aduertendũ q̃ propriũ est motui locali, vt nõ sit subiectiuæ in mobili. Nã nec ille respectus appropinquationis loci ad mobile. est in ipso mobili subiectiue, sicut enim locus qui acquiritur nõ est subiectiuę in loco. ita nec motus p quẽ acqritur. Vnde quod dicit Philosophus Tex. 18. motũ esse in mobili intelligẽdum est proprie vel similitudinarie. Hæc dicta sint sũ linẽdo quòd per motum localem nihil aliud acquiratur quam locus vt multi volunt. Tenẽdo autem q̃ non motu locus, sed etiam vbi per talem motum acquiritur. Dicitur primo a principio motus est vnum vbi successiuum in mobili vsquę ad finem, & sic falsum est terminum motus esse quãtum ad suam entitatem antequã motus localis sit. Dicitur secundo q̃ motus localis est illud vbi quòd vtiq; per totũ motum habet esse imperfectum in mobili, in fine autem motus habet perfectum esse, & quiescẽs. Si dicatur q̃ vbi quod est terminus motus, cũ sit relatio fundata super circũscriptione passiua locati a loco sibi equali, non est ante terminationem, motus, cum ante motus terminationem mobile a tali loco non contineatur, et sic nõ videtur q̃ motus localis sit illud vbi. Dicitur quòd illud ubi secundum quidem esse quod est terminus motus, non est ante terminationem motus, sed bene secundum suã entitatem. Nam sicut per totum motum alterationis, est vna qualitas, quæ successiue acquiritur sm̃ diuersa esse propter quod põt dici, secundũ diuersas sui partes acquiri, in fine autẽ motus habet esse cõpletum, ita in toto motu locali, est vnum vbi, cõpositum ex partibus sibi inuicem succedentibus, correspondens

toti

toti spatio per motum.s. successiue pertransito, quod quidem vbi terminatum ad vbi quoddam permanens, loco mobili adæquato correspondens, est terminus intrinsecus ubi fluentis, sicut instãs est terminus temporis, & punctum terminus lineæ, & esse perfectum qualitatis terminus prius fluxus ipsius. Motus ergo localis est illud vbi fluens, secundum q̃ esse in fluxu & successione habet, non autem secundum quòd per vbi permanens, est terminatum, sicut alteratio est ipsamet qualitas quæ acquiritur, secundum quòd fluit & in successione consistit, non autem secundum q̃ habet esse completum et terminatum: nam vt sic, non habet motus rationem, sed potius termini motus.

Ad secundũ principale, dicitur primo, quòd idem nõ potest esse causa sui efficiens, sed bene potest esse causa sui dispositiua, et materialis, secundum tamen aliam, & aliam perfectionem. Dicitur secũdo quòd motus non est causa efficiens termini motus, sed est causa dispositiua, imperfectũ enim est uia, & dispositio ad perfectum, vnde eadẽ forma subesse imperfecto est via & dispositio ad seipsam subesse perfecto.

Ad tertium, dicitur primo q̃ si accipiatur motus quantum ad suum materiale, sic ad motum est motus, ideſt ad illam rem, quæ est motus: vnde in isto sensu maior est falsa. Dicitur secundo, quòd si accipiatur motus quantum ad suum formale, ad motum non est motus, sed tunc argumentum non concludit contra determinata in quæstione, sed magis est pro secunda conclusione. Dicitur enim quòd motus non est formaliter terminus motus: sed bene materialiter.

Ad quartum dicitur, quòd minor est falsa: ipsa enim forma quæ est terminus motus secundum quòd est in fieri, diuiditur, & continuatur, & terminatur permutata esse, sicut & motus licet secundum, quòd est in facto esse, quomodo est terminus motus, non diuidatur & continuetur & terminetur quietum & stabile inquantum huiusmodi.

ADDI.

Circa propositionem assumptam ex tex. nota q̃ D. Tho. vult illam esse aductam ab Arist. ad declarandum q̃ moueri competit mouenti per accidens: vnde sunt verba eius q̃ autem nõ competat ei per se, manifestat per hoc q̃ aliqua forma uidetur mouens esse sicut forma, quę est in genere substantiæ in transmutatione, quę est secundum substantiam, & forma quę est in genere qualitatis in alteratione, & forma, quę est in genere quantitatis in augumento & diminutione, huiusmodi formę sunt causę & principia motuum, sed hęc aduersantur Arist. asserenti q̃ species neque mouet neque mouetur, & Auerr. ibidem ait, q̃ qui fingit formas moueri non est amplius cũ eo loquendum in hac scientia naturali, nam unum eorum quę ponit philosophus est q̃ forma non separatur per se. i. q̃ non mutatur. Nisi dicamus ut sed citur hæc cõtradictio q̃ duplex est genus formarum, quędam formę sunt abstractæ a materia, & quędam sunt eductæ de gremio & potentia eius, differentia in istis est, q̃ in abstractis, idem est quidditas & id cuius est quidditas, sed in materialibus nõ, ut scribitur 7. metaph. principalis enim ratio agendi est forma, sed id quod agit est essentia substantię compositę, ut in passione id quod patitur est compositum, sed principium quod est sibi ratio patiendi est materia, hinc Arist. aiebat q̃ actus & generationes sunt suppositorum, quia nec forma nec materia generatur, sed congregatum ex materia, & forma.

5. phys. tex. 3.

Tex. 4ª

In prolo. primi metaph.

forma, est ergo forma siue species rei materialis principium mouendi ut quo, non ut quod, illud enim quod mouetur tamquam, quod est habens materiam & formam & hoc est illud quod uoluit Auer. reddens causam illius dicti quare forma non mouet neque mouetur, inquit, quoniam motor & motum est compositum ex materia & forma, non ergo aduersantur sibi verba D. Tho. dicentis q̃ formę sunt principia & causæ motus, de quibus vide Alexan. in paraphrasi de anima, vbi docet quomodo forma naturalis non potest nisi sola ratione a materia separari: separatio. talis formę est eius interitus, vide etiam Commentatorem 4. phys. vide adhuc Themistium 2. phys. commen. 11. vbi declarat quomodo forma est a qua res est, id quod est non a subiecto, uide adhuc. Simplicium in principio 2. de anima ubi poteris colligere per dicta sua quomodo definitio de anima non competit intelligentię contra modernos, & est intentio Amonij & omnium grecorum, uide quoque D. Tho. disputantem de motu Angelorum & uidebis quomodo formę separate dato q̃ sint impartibiles, quo motu moueri possunt, & quo non, uide Clarius q. 9. p.p. ubi quęritur si est proprietas Dei esse immutabilem, & quomodo forma est simplex, & in uariabili essentia consistens, uide quoque 2. contra gentes c. 25.

vbi supra.

C. de intellectu.

Comm. 18.

P.P.q.53. Per totam.

1. sent. dist. 8 q. 2. ar. 1.

Quæstio Tertia, Vtrum actio & passio sint vnus motus.

Habet autem defectum rationabilem: necesse est enim fortasis esse quendam actum actiui & passiui. Tex. XIX.



Vꝛitur Tertio, Vtrum actio & passio sint vnus motus, & videtur quòd non. Primo illud quod potest nõ esse motu existente, non est idem q̃ motus, sed actio potest ipsa non existere existẽte motu: ergo non est motus, & per consequens actio & passio non sunt vnus motus, probatur minor: nam proiecta mouentur cessante actione proijcientis: quia mouentur dum sunt separata a proijciente: ergo &c.

Ca. de actione.

Secundo, Idem non est causa suiipsius, sed Actio est causa passionis, ut patet ex auctore sex principiorum: ergo actio & passio non sunt vnus motus.

Tertio, Si actio et passio essent vnus motus, sequeretur q̃ id, quod agit inquãtum agit moueretur, sed hoc est falsum, quia idem esset in actu & in potẽtia, probatur consequentia, illud mouetur, cuius actus est motus, sed actio est actus agentis: ergo si actio est motus, motus erit actus agentis, ergo mouebitur.

Quarto, quæcumque differunt genere, differũt specie & numero, sed actio & passio differũt genere, quia sunt prędicamenta distincta: ergo differunt numero: ergo nõ sũt vnus motus numero.

5. met. 22.

Respondeo q̃ circa hoc sunt duę opiniones Thomistarum, quæ in conclusione quidem concordant. s. quòd actio & passio sunt vnus motus, in modo ponendi diuersificãtur, Prima est opinio Heruei quolibeto 4. q. 4. qui notat q̃ forma quæ habet causam efficientẽ, habet triplicem denominationem, Vna est secundum quam absolute denominat subiectum in quo est secundum rationẽ suã

Opinio Heruei. 4. quolibeto. q. 4.

speciei: sicut aliquid dicitur calidum a calore. Alia est secundum quam ipsam suam causam efficientem denominat, agēs enim dicitur agere ab actu produ cto, nam agere nihil aliud est, quam ha bere actum a se factum siue productū.

forma habet triplicē denominationem.

Tertia est qua ipsamet forma facta, uel compositum habens formā a causa effi ciente denominatur. Forma.n. aut com positum habens eam, fieri dicitur, quia est actus, vel a causa effectiua habens actum. Dicit ergo ꝙ prima denomina tio, cōuenit formę factę respectu eius in quo est, & dicitur absolute forma, sed factum aut fieri a causa efficiēte, & sic dicitur passio, vnde forma facta & a ctio & passio sunt vnum, & idem secū dum rem, sed distinguuntur secundum diuersum modū denominandi, & quia motus idem realiter est cum forma fa cta vt superius dictū est. ideo actio, & passio sunt vnus motus. Alia est opinio

Opinio Capreoli. 2. sen. di. 1. q. 2.

Ioannis Capreoli. 2. sen. di. 1. q. 2. quæ videtur magis esse ad mentem. s. Tho. vt patet. 1. parte. q. 41. ar. primo ad 2. 2. q. 45. ar. 20. ad secundum.

Ad cuius intelligentiam sciendum. Primo ꝙ duplex est actio, vt dicitur no no metaphisice tex. 16. quędā immanens, & quędam transies, immanens si cut intelligere & velle, quę manent in intelligente et volente, transiens vero sicut calefacere, quæ non manet in ca lefaciente, sed in calefacto recipitur.

Actio duplex immanens, & transiens.

Sciendum secundo ꝙ motus potest ac cipi dupliciter, uno modo pro omni mu tatione, siue instantanea siue successiua Alio modo. s. pro mutatione successiua tantum, & sic motus diuiditur contra mutationem instantaneam quę est gene ratio & corruptio. Sciendum tertio ꝙ dupliciter aliqua idem secundū rē pos sunt dici. Vno modo quia nihil reale importatur per nomen vnius, quod nō importetur per nomen alterius, sicut Tullius & Cicero, sunt idem realiter. Alio modo quia aliquid reale importa tur per vnum principaliter, et in recto quod etiam per alterum importatur, li cet vnum cum suo principali significa to connotet aliquod reale quod no cōno tat reliquum, sicut Sortes & humanitas. Sortes enim supra humanitatē im portat accidētia per quę humanitas est hęc humanitas Sortis. Similiter ali qua possunt dici distincta realiter du pliciter. Vno modo quia vnum non est alterum aliquo modo. sicut Sortes, & Plato. Alio modo quia licet vnum sit alterum, tamē vnum addit aliquid su pra alterum, sicut Sortes & humanitas. Dicitur ergo primo, ꝙ non loquimur hic de actione immanente. constat enim ꝙ illa non est cum motu corporeo de quo hic loquimur, sed loquimur de actione transeunte quę semper cū mo tu inuenitur. Dicitur secundo ꝙ non lo quimur hic de motu vt distinguitur cō tra simplicem mutationem, scilicet vt est quoddam commune ad omnem mu tationem, tam subditam quam succes siuam. Dicitur tertio ꝙ actio transiens, & passio quantum ad id quod actio & passio dicunt principaliter, & in recto sunt unus motus. Probatur sic ratione ex verbis Arist. sumpta, vt dicitur tex. 18. Idem est actus motiui & mobi lis. sed actio est actus motiui, & passio est actus mobilis vt hētur tex. 19. er go actio & passio sunt vnus actus. Cō firmatur, quia philosophus volens solu ere illud inconueniens quod videbatur sequi si actio & passio essent vnus motus, quia videlicet sequitur ꝙ idem esset actus diuersorum secundū speciē, respōdet tex. 20. ꝙ nihil prohibet vnū

Aliqua possunt dici distincta realiter duobus modis.

Tex. 18.

Tex. 19.

Motus pōt dupliciter accipi vno modo ꝙ omni mutatione alio modo solū pro forma successiua.

duobus

duobus esse actum, Idem quo que tex.

11 meta. lec. 9. & commētator 18. cōmen.

11. meta. lec. nona. Confirmatur etiam dictum hoc, auctoritate Commentatoris: nam commen. 18. dicit ꝙ actio agē tis & patientis est vna in subiecto, ea dem autem subiecto vocat, eadem rea liter, vt patet, 4. meta. commen. 3. vbi volens ostendere quomodo ens & vnū sint idem, dicit ꝙ vnum & ens aut si gnificant idem omnibus modis. s. defini tiue, aut vtrumque conuertitur super alterum & consequitur illud. s. ꝙ signi ficant eandē naturam subiecti & duas definitiones. Item Commen. 21. dicit ꝙ actio & passio sunt vnum secundum subiectum. Dicitur 4. ꝙ licet actio & passio sint idem motus, ratione tamen & a motu & inter se distinguntur, Vbi aduertendum est ꝙ motus, vt superius dictum est, in sua ratione, dicit actum imperfectum, & duplicem respectum s. ad precedentem potentiam & ad actum sequentem includit. Actio autē supra motum includit respectū ad agēs vt ab hoc, & econtra agens ad motum vt a quo, passio vero dicit motum cum respectu ad mobile, ut in quo est, et etiā ad agens; Vnde actio & passio a motu quidem distinguuntur, quia aliquid su pra motum addunt, illos scilicet respe ctus dictos, inter se vero distinguuntur, quia alium respectum importat actio, & alium respectum importat passio.

Item cō. 21.

Actio & passio quomodo respectus supra motū addunt.

Sed sciendum ꝙ licet actio & passio dicant motum, et illos respectus super addant, alio tamē modo nomine actio nis & passionis importatur motus, & alio modo ipsi respectus: nam essentia liter et in recto significant motum, illos vero respectus connotatiue dicūt & in obliquo: motus.n. non est actio, nisi cū respectu motiui, & non est passio, nisi cum respectu ad motiuum. Patent ista tam ex uerbis philosophi, quàm Com mentatoris: Dicit .n. philosophus, tex. 20. Neque vnum duobus prohibet ni hil eundem esse actum, non sicut esse idem. Item tex. 23. loquens de actione & passione inquit: quod enim huius in hoc, & quòd huius ab hoc actum esse, ratione alterum est: Commentator ve ro commento. 18. dicit ꝙ actio inter motorem & motum est eadem, sed in respectu alterius dicitur mouere, & in respectu reliqui dicitur moueri commē to autē 21. dicit ꝙ actio & passio sūt idem secundum subiectum, sed diuersa secundum definitionem. Ex dictis in fero tria, Primum est ꝙ vna & eadē res est terminus motus, & est motus, est actio, & est passio, sub alio tamen & alio conceptu; secundum enim ꝙ est in fieri, est motus; secundum ꝙ est in facto esse est terminus motus: secundum ꝙ eam agens producit, est actio; secundū ꝙ ab agente producitur est passio.

Tex. 20. & 23.

Auer. com. 21. & 18.

Secundum est ꝙ cum actio, & mo tus distinguantur per hoc, ꝙ actio su pra motum addit habitudinem agentis ad ipsum motum, posumus dicere et ꝙ actio supra motum addit habitudinem agentis ad ipsum motum, possumus di cere, & ꝙ actio & motus sunt idem realiter, & ꝙ realiter distinguuntur: Possunt enim dici idem realiter. si acci piamus actionem quātum ad id solum, quod actionis nomen dicit in recto: ni hil enim aliud quam ipsum motum si gnificat; posunt vero dici distincta rea liter si accipiatur actio quantum ad id quod nomen actionis, & in recto dicit & in obliquo: sic enim actio addit su pra motum relationem realem produ centis ad ipsum motum Tertium est ꝙ licet actio & passio sint vnus motus; non est tamen ista propositio conceden

Quomodo actio & passio sint idē & quō non sint idem.

da, actio est passio eo quòd alius respectus importetur hoc nomine actio, & alius hoc nomine passio.

Circa ea quę hic dicuntur vide cõmẽtũ huius doctoris. 1. cõtra gent. c. 9

Sed circa istud vltimum Cor. dubiũ occurrit; quæcumque enim vni et eidẽ sunt eadem, inter se sunt eadem, sed actio & passio sunt idem per te motui: ergo sunt idem inter se: ergo verũ erit dicere actionem esse passionem. Si dicatur quod maior habet veritatem in his quæ sunt idem alicui tertio re & ratione, non autem si sint idem solum secundum rem, distincta autem secundum rationem; sicut est de actione & passione respectu motus.

Contra arguitur, talis est idemptitas extremorum inter se qualis est idẽptitas eorum cũ medio: ergo si aliqua sunt idem cum medio realiter, non autem secundũ rationem; erunt idem realiter inter se, distincta autem secundũ rationem: si ergo actio & passio sunt idem realiter motui, distincta ab eo secundum rationem, erunt idem realiter inter se solaq; rationẽ distinguẽtur.

Respondetur & dicitur primo ꝙ illa responsio data ad maiorem est bona: Nam illa propositio, vt patet ex verbis Philosophi Tex. 19. & 21. habet veritatem in his quæ sunt idem vni rei singulari re et ratione saltem, ita quòd eius definitionem ingrediantur. Ad huius autem improbationem negatur maior: nam maior est idemtitas albedinis & humiditatis in niue, quàm inter se, cum albedo sit actus niuis, & similiter humiditas: albedo autem non sit actus humiditatis, nec econuerso. similiter non habent tantam idemtatem differentiæ essentiales inter se, quantã habent in genere. Dicitur secundo, ꝙ illa maior propositio potest sic exponi, quæcumque vni, & idem sunt eadem, inter se, sunt eadem uel saltem id, quod est idem vni illorum est reliquũ; vnde nõ sequitur ꝙ actio sit passio, sed quòd aliquid idem actioni est passio: motus n. qui est idem actioni est etiam passio. Dicitur tertio, ꝙ illa maior propositio sic etiã exponi potest, quæcumque vni & eidem sunt eadem inter se sunt eadem quantum ad illud in quo sunt eadem illi tertio; vnde cum actio & passio sint idem motui quantum ad suum materiale sequitur quòd actio et passio sint idẽ inter se quantum ad id quod est materiale in actione & passione, et sic patet ꝙ ista propositio actio est passio, non est absolute concedenda.

Ad argumenta principalia in oppositum, respõdetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ maior est vera ad hunc sensum, ꝙ illud quod potest non esse existẽte motu non est idem quod motus quantum ad formale & materiale; & tunc conceditur totum argumentũ, quia non est cõtra determinationem factam, sed si intelligatur maior ꝙ non est idem qđ motus, quantum ad suum materiale: negatur; potest. n. desinere esse id quod est idem materialiter cum motu, propter desinitionẽ eius quod est in eo formale: & tamen manebit motus, quod est in illo materiale, sicut potest desinere motus propter desinitionem illorũ respectuum quos includit, & tamen manebit terminus motus cum quo motus est idem materialiter. Dicitur secundo ꝙ minor est falsa: quãdiu. n. manet motus manet actio. Ad probationem dicitur ꝙ quamdiu proiecta mouentur, a proiciente mouentur, licet proiciens tunc non sit simul cum eis: non oportet enim mouens primum et motum esse simul per totum motum, sed sufficit vt in principio motus simul sint, unde proiecta

Quod potest non esse motu existente, non est idẽ quod motus quo intelligatur.

iecta tamdiu mouentur, quamdiu manet vis impulsiua & actionis proiectis.

Actio quo passionis cá dicatur.

Ad secundum negatur minor. Actio enim nõ est proprie causa passionis; ad auctorem vero sex principiorum dicitur, non esse mentẽ eius, quòd proprie & realiter actio sit causa passionis in genere causę efficientis, sed quòd actio est uia quædam ad passionem, & secundum rationem suam, quandam prioritatem ad passionem habet: prius enim intelligimus motum ab agente procedere, quam recipiatur in passum quãuis duratione, simul sint.

Cuius motus actus vt subiecti illud tantum moue.ur.

Ad tertium negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quòd id mouetur: cuius motus est actus sicut subiecti, non autem sicut agentis, modo motus non est actus agentis, neque etiam actio vt subiecti in quo est, sed vt eius a quo procedit, ideo non oportet ipsum moueri.

Ad quartum dicitur ꝙ aliqua differentia genere, differre numero potest intelligi dupliciter, Vno modo quia sũt res singulares totaliter diuersæ, sicut Sortes & hæc albedo, Alio modo quia differunt numero illorum generum. Si primo accipiatur, negatur maior, nec illa est mens philosophi, si vero secundo modo, conceditur quòd actio & passio distinguuntur numero actionis & passionis, sed negatur illa cõsequentia: ergo non sunt vnus motus numero: Res enim vna numero materialiter, potest esse plura numero secundum diuersa genera; calefactio enim actio, & calefactio passio distinguuntur numero in genere actionis & passionis, cum idem motus calefactionis, cum respectu agentis sit indiuiduum de genere actionis, cum respectu vero ad agens sit indiuiduum de genere passionis. 5. met. tit.

ADDI.

Circa correllarium primũ, quod deducit Auctor in quęst. ꝙ vna & eadem res est, motus & terminus motus: actio & passio occurrit difficultas, num motus accipiat esse per motum; quia quando aliqua sunt eadem essentialiter, si vnum accipit esse per motum, ergo & aliud; sed stante ueritate, quòd motus & terminus motus sint idem essentialiter, & terminus motus accipit esse per motum: igitur & motus ipse necesse est accipere esse, quòd est falsum: quia tunc sequeretur, quòd res naturales numquam producerentur ad perfectam quantitatem per augmẽtationem, quia semper post augmentationem esset augmentatio, & sic numquam cessaret motus: & augetur difficultas, quia omne nouum accipit esse per motum, sed datur aliquis motus nouus, ergo accipit esse per motum: Nisi esset quòd motus potest terminari ad motum per accidens, quia terminato aliquo motu in subiecto, in eodem instanti in illo subiecto potest alius motus incipere, vt aliquo sanato, puta Sorte, contingit ipsum deambulare, & sic de alijs: sed hoc accidit, quia terminato aliquo motu, potest indifferenter quicumque alius motus incipere in illo subiecto loquendo de motibus quibus illud subiectum natum est moueri, ut terminata, tam sanatione, potest indifferenter quicumque alius motus incipere, ut cursus, aut calefactio, & cæter. & cum motus dupliciter accipi possit, uno modo pro forma fluente, & hæc est idem essentialiter cum termino motus, & hic motus accipit esse per motum, alio modo accipitur pro fluxu formæ, & hic distinguitur essentialiter a termino motus: unde non sequitur argumentum: tanto magis, quia motus & forma fluens, non sunt idem omnibus modis, & illa maxima. Omne nouum accipit esse per motum, intelligitur præcedente aliquo alio motu, uel in sub-

8. phys. ad principiũ.

Motus dupliciter accipitur.

in subiecto ipsius noui, vel in aliquo alio, itaque illud nouum, uel est terminus motus præcedentis perse, vel consequitur terminum per se illius motus: sed non oportet vniuersaliter ꝙ omne nouum incipiat esse per motum cuius illud nouum sit per se terminus, & sic nihil concludit quandoquidem si motus esset ad motum tamquam ad per se terminum sequitur ꝙ aliquid simul tenderet ad contraria quod est impossibile. uide Auer. quomodo nouitas in rebus est a natura & ab euentu, & quo modo nouitates non proueniunt nisi in corporibus disp. 12. in solutione 3. dubij. vide D. Tho. in q. de veritate, vbi quærit num iustificatio impij sit remissio peccatorum vbi multa docet de motu, & p. p.q.45.art.3. vbi disputat de creatione, uide etiam Auctorem 3. contra gentes c. 23. ubi agitur de cœlo num moueatur a natura, uel ab aliqua intellectuali substantia.

Quæstio quarta, Vtrum actio sit in agente vel patiente.

At uero, neque actum alterius in altero esse inconueniens est, est enim doctio actus docentis.

Text. XX.



Veritur quarto. Vtrũ actio sit in agente vel patiente; & videtur ꝙ sit in agente. Primo actus est in eo cuius est actus sed actio est actus agẽtis: ergo &c. maior est Philosophi. 2. de aĩa Tex. cõ. 24 et 139. minor vero habetur hic in tex. 20. a Philosopho ergo &c. Confirmatur ista ratio: ut habet Philosophus de somno & vigilia in principio, cuius est potentia eius est actus. sed pocentia actiua est in agente: ergo & actio. Secundo. Forma denominans, est in eo qđ denominat, sed actio denominat agẽs, dicitur enim agens ab actione: ergo est in agente. Si dicatur ꝙ actio denominat agẽs denominatione extrinseca nõ intrinseca: Contra, omne quod denominat aliquid denominatione extrinseca, denominat aliquid denominatione intrinseca cum sit in aliquo subiecto, quęritur ergo, quid denominet actio intrinsece; nõ potest dici ꝙ denominet ipsum passum; non n. passum dicitur agens, nõ etiam aliquid aliud potest assignari, ergo &c.

Tertio. Philosophus dicit octauo Physi. tex. cõ. 7. ꝙ si deus de nouo ageret mutaretur, sed hoc non posset esse nisi reciperet aliquid nouũ in se & nõ aparet qđ illud sit nisi actio: ergo &c. Tex. com. 7.

Quarto. Si vnus ignis calefaciat duo ligna, quæritur aut erit vna actio tantum, aut due: non due, quia vnius agentis, nõ sunt simul due actiones. ergo erit vna, quęritur ergo, aut ista erit in passo, aut in agente; nõ in passo, quia qua ratione esset in vno ligno, eadem ratione esset in altero, & sic vnum accidens numero, esset in diuersis subiectis: ergo erit in agente.

Quinto. Opposita non possunt esse simul in eodem; sed actio & passio sũt opposita; ergo non possunt esse simul in eedem, sed passio est in patiente; ergo in eodẽ nõ erit actio; ergo erit in agẽte.

Ad intelligentiam istius difficultatis. Primo recitabo aliquas opiniones quas credo falsas; secundo ponam opinionem quam credo veram. Tertio declarabo

declarabo, quomodo actio non existens in agente ipsum denominare possit.

Quomodo secundum scotũ actio sit in agente & quomodo in patiẽte.

Quantum ad primum, est vna quam sequuntur Scotiste tenens ꝙ actio est in agente. Pro qua opinione notant duo. Primum est vt potest ex Scoto quolibeto q. 11. & di. 13. 4. q. 1. Vide Anto. Andream 9. metha. q. 4 ꝙ. duplex est respectus, scilicet intrinsecus adueniens & extrinsecus. Respectus intrinsecus adueniens, est ille qui necessario ponitur positis extremis ut paternitas quæ consequitur necessario posito patre & filio, & iste respectus est de genere relationis. Respectus vero extrinsecus adueniens est ille qui nõ ponitur positis extremis, sed requiritur aliquid aliud puta approximatio & applicatio vnius ad alterum: sicut habitus non ponitur posito homine et ueste, nisi fiat applicatio, & vbi non ponitur posito corpore & loco, nisi applicentur. Notant secundo ꝙ duplex est actio, quedã quæ nihil aliud est quam quidam repectus, quo agens refertur ad patiens, & est respectus extrinsecus adueniens, et ista est actio prædicamentalis; alia est actio quæ dicitur actio acta. & ista est idem cum passione, & est effectus primæ actionis. Dicuntur ergo primo ꝙ actio prima quæ est actio prædicamentalis est in agente. Dicunt secundo ꝙ actio acta est in patiente. Dicunt tertio quòd Philosophus de ista actione quæ est actio acta loquitur, cũ dicit ꝙ actio & passio sunt vnus actus.

Alia est opinio quæ distinguit ꝙ actio potest accipi tripliciter. scilicet cõ comitãter: et antecedẽter, & essentialiter. Actio concomitanter sumpta est forma facta, quæ ad actionem cõsequitur. Actio antecedenter est principiũ actionis, quod antecedit ad actionem, scilicet virtus productiua. Actio autẽ essentialiter est ipsa emanatio formæ ab agente, sicut calefactio concomitanter, est caliditas quæ introducitur, calefactio antecedenter, est virtus calefactiua ignis, calefactio essentialiter, est emanatio caloris ab igne. Dicit ergo primo ꝙ actio antecedẽter sũpta est in agente. Dicit secundo ꝙ actio concomitanter sumpta, est in patiẽte. Dicit tertio ꝙ actio essentialiter sumpta potest dupliciter cõsiderari, vno modo quãtũ ad rem significatam, & sic est in agente. Alio modo quantum ad modum significandi, & sic significatur vt in patiente.

Improbatio opinionis scoti.

Contra istas opiniones, arguitur & primo contra primam quantum ad id quod dicunt. Actionem prædicamentalem eße respectum extrinsecum ad uenientem, qui non est de prædicamento ad aliquid. Primo per te illi respectus sunt intrinsecus adueniẽtes qui necessario positis terminis ponuntur, sed posito agente in actu inquantum agẽs est, & passo inquantum passum, quomodo sunt termini illius relationis, necessario ponitur relatio agentis ad passum, posito enim igne calefaciente, & aqua quæ calefit, necessario ponitur relatio calefacientis ad calefactum, ergo actio erit respectus intrinsecus adueniens, & per cõsequens de genere relationis, ergo non erit respectus extrinsecus adueniens, neq; ꝑdicamẽtũ ꝑ se.

Secundo. Philosophus in 5. metaphysice Tex. 20. & omnes philosophi asserunt relationes quæ fundantur sup agere & pati, cuiusmodi est paternitas & filiatio, & relatio motiui ad mobile, pertinere ad genus relationis, sed actio per te non pertinet ad genus relationis: ergo actio prædicamentalis non Tex. 20.

est ta-

est talis relatio qualẽ dicis ipsam esse.

Secundo arguitur contra aliud dictum illius opinionis .s. ꝙ philosophus vbi dicit actionẽ et passionem esse vnũ motum, non loquitur de actione prædicamentali, sed de actione acta seu cõmi tanter sumpta, vt vult alia opinio. Et supponitur definitio actionis prædicamentalis posita ab auctore sex principiorũ. s. actio est secundum quam in id, quod subijcitur, agere dicimur. Ex qua habetur id quo aliquid denominatur agere, actionem prædicamentalem esse, tunc arguitur ex processu philosophi, ꝙ intendit actionem prędicamentalẽ: esse illũ actũ qui est motus: nam volẽs ostendere quomodo est idẽ actus motiui & mobilis, primo ostendit ꝙ est aliquis actus motiui, & aliquis actus mobilis, & assignat hanc rationem, Motiuũ est aliquando mouens in potẽtia ali quando mouens in actu: ergo oportet motiui esse quendã actum, quo sit actu mouens. Secundo ostendit ꝙ ille actus motiui & actus mobilis est unus: tunc sit. Ille actus quo mouens dicitur actu mouere est actio prædicamentalis per suppositũ, sed philosophus loquitur de actu illo, vt patet ex dictis & dicit illum esse eundem actum cũ actu mobilis, qui est motus: ergo intendit ꝙ actio prædicamentalis est motus vnus, & idem cum passione: Et præterea philosophus mouẽs dubitationẽ de illo actu quomodo sit vnus cum actu mobilis dicit illũ actum esse actionem: ergo si ille actus (vt deductũ est) est actio prædicamentalis: per actionem hoc loco philosophus actionẽ prędicamentalem intendit, In eãdem sentẽtiã venit auctor sex principiorũ & s. Th. Cap. de actio ne .s. ꝙ actio prædicamẽtalis sit motus: Dicit enim auctor sex principiorũ sic.

D.Tho.Cap. de Actione.

Omne quod in motu est, est actio, vel in actione est: moueri. n. actio est s. Th. autem tertio physicorum in comm. Tex. 22. mouens dubium quomodo actio & passio sint vnus motus, quia ex hoc videtur sequi ꝙ motus erit solũ in actione & passione & non alijs prædicamẽtis. Respondet ꝙ motus inquantum ratio, apprehendit ipsum vt actũ quendã imperfectum, medium inter duos terminos pertinet ad prędicamentũ actionis & passionis. Item ibidem soluẽdo aliud dubium dicit, ꝙ secundum ꝙ denominatur causa agens ab effectu, est prædicamentũ actionis: nam actio est actus ab agente in aliud. Constat autẽ ꝙ s. Tho. loquitur ibi de actione prædicamentali. Item 11. metaphy. lec. 9. in fine, mouens dubium quomodo actio & passio sunt duo prædicamenta si sunt vnus actus: respondet ꝙ prædicamenta distinguũtur secundum diuersum modum prędicandi: vnde motus secundũ ꝙ prædicatur de subiecto in quo est, constituit prædicamentum passionis, secundũ aũt ꝙ prædicatur de eo a quo est, constituit prædicamentum actionis. Falsitas vero cõclusionis principalis istarũ opinionum, patebit ex alia opinione.

D.Th.3.phy. Tex.22.

Quantum ad secundum. Notãdum est ꝙ actio (vt superius dictũ est) in suo conceptu dicit duo: Vnum in recto, & aliud in obliquo, in recto dicit motum, in obliquo dicit respectum originis mouentis ad motum, ita ꝙ nec relatio sola est actio, nec motus secluſa relatione, sed ipsę motus essẽtialiter est actio; secundum, tamen quòd talem respectum includit.

Actio quantũ ad id quod dicit essentialiter & in recto est in patiente.

Ponuntur igitur duæ conclusiones. Quarum prima est: actio quantum ad id, quod dicit essentialiter & in recto est in patiente. Probatur primo sic.

Motus est in mobili per philosophum 3. phys. tex. 18. & Commen. 8. phys. com. 4. Sed actio prædicamentalis est motus essentialiter et ī recto, vt superius dictũ est: ergo actio est in patiẽte.

Secundo. Aut actio est in agẽte aut in patiente, non in agente: ergo in patiẽte: ꝙ non in agente. Probatur sic. In quocumque est actio illud mouetur, sed agens inquantum huiusmodi nõ mouetur: ergo &c. Probatur maior. In quo cumque est motus illud mouetur, sed actio est motus: ergo &c.

Tertio arguitur auctoritate philosophi 2. de aĩa. tex. 139. dicit. n. Si igitur est motus & actio & passio in eo, quod agitur: necesse est & sonum et auditum qui secũdum actũ in eo quod est secundum potentiam esse. Actiui. n. & motiui actus in patiente fit Tex. etiam 140. dicit. Sicut. n. actio & passio est patiente, sed non in agente, sic & sensibilis actus & sensitiui in sensitiuo est, Et ꝙ non loquatur philoso. de actione acta; apparet ex tex. præcedenti maxime secundum expositionem s. Tho. nã philosophus ostendit, ꝙ videns est tamquam coloratum, tum quia habet similitudinem coloris causatã ab obiecto, tum quia, actus sensus, est idem cum actu sensibilis, ex quo patet, ꝙ aliud intelligit per actum sensibilis, & per speciem sensibilis, quam dicunt alij actionem acta, & de illo actu dicit inferius quod est in patiente; Et ꝙ faciat talem differentiam magis apparet ex verbis S. Tho. exponẽ Text. 138. dicit. n. Et non solum videns est tamquam coloratum, & simile colorato, sed et actus cuiuslibet sẽsus, est vnus, et idẽ subiecto cũ actu sensibilis, sed rõne nõ est vnus.

Tex. 138.

Quarto arguitur auctoritate Commentatoris. Tertio enim physi. Comm. 18. dicit. Actio enim motoris, quę est mouere est eius nõ in eo. Constat aũt ꝙ mouere dicit actionem essentialiter: ergo &c. Item comment. 20. dicit. Nõ est impossibile ut actio agẽtis sit in alio. est enim manifestum per se ꝙ doctrina est actio docentis & est in adiscente.

Auer. Com. 18. & 20.

Auer. cõ. 20.

Quinto arguitur auctoritate S. Doctoris in expositio. Text. 140. Dicit enim tertio de anima secundũ diuisionem suam exponendo verba Philosophi superius adducta, in quibus vt visum est loquitur de actione essentialiter sumpta. Sicut enim actio & passio est in patiente, & non in agente vt in subiecto, sed solum in principio a quo: ita tam actus sensibilis, quàm actus sensitiui, est in sensitiuo, vt in subiecto: ergo &c. Si dicatur ꝙ S. Thomas vbi dicit, ꝙ actio est in patiente accipit actionem concomitanter, scilicet pro forma facta: aut intendit quantum ad modum significandi. Contra arguitur, quia secundo contra gentiles. capi. 16. distinguit inter Deum & alia agentia naturalia, quia agens naturale indiget materia, quia sua actio recipitur in patiente, Deus autem non agit aliqua actione, quam necesse sit in aliquo recipi, quia sua actio, est sua essentia. Constat aũt quòd nõ loquitur quantũ admodum significãdi, quia etiã actio diuina, qua producit creaturas, significatur ut egrediens ab agente in passum. Quod etiã non loquatur de actione cõcomitãter patet, qa etiam res facta per actionẽ diuinã recipitur in patiẽte, et sic nõ differt in hoc, Deus ab alijs agẽtibus.

D. Tho. tex. 140.

Actio quantum ad ipsã relationem quã connotat est in agente.

Secunda conclusio est, Actio quantum ad ipsam relationem quam connotat est in agente. Probatur primo, relatio est subiectiue in eo in quo est suum fundamentum, sed fundamentum talis rela-

Universidad de Deusto

relationis.s. virtus actiua est in agente: ergo & relatio est in agente Secundo oppositę relationes non sunt in eodē subiecto, sed relatio producentis & producti sunt oppositæ, & relatio producti est in patiente: ergo in eo non est relatio producentis: ergo est in agēte.

Denominatur aliquid dupliciter .s. intrinsece & extrinsece.

Quantum ad tertium.s quomodo actio denominet agens, & tamen non sit in ipso. Sciendum primo, q forma dicitur denominare inquantum facit aliquid formaliter esse tale: albedo.n. denominat album, quia facit illud formaliter album. Dupliciter autem hoc contingit. s. intrinsece et extrinsece: intrinsece quidem quando est in eo quod facit esse tale, sicut albedo denominat album id in quo est subiectiue: extrinsece vero quando non est in eo, sicut locus facit formaliter aliquid esse locatū, in quo tamen non est subiectiue: locatum.n. dicitur locatum quia continetur a loco. Sciendum secundo q actio, quia quantum ad id, quod dicit in recto, est in patiente & cum hoc connotat respectum qui est in agente, ideo et agens denominat & patiens, sed agēs denominat denominatione extrinseca, passum vero denominatione intrinseca. Sciendum 3. q quando forma denominat aliquid denominatione intrinseca, et aliquid aliud denominatione extrinseca, non eadem ratione denominet vnum intrinsece, & aliud extrinsece, sed diuersis rationibus: superficies .n. corporis locantis, corpus ab ea contentum denominat locatum, subiectum autem suum non denominat locatum, sed tantum secundum longitudinem et latitudinē, hoc autem euenit, quia duæ sibi rationes conueniunt. s. ratio superficiei & ratio loci: nam inquantum superficies denominat subiectum inquantum vero locus denominat locatum. Dicitur ergo q motus qui est essentialiter actio, potest dupliciter considerari. Vno modo inquantū motus est cōnotando respectum ad mobile, & ad agens, & sic denominat passum intrinsece, Alio modo inquantum actio .s. cōnotando respectum agentis ad ipsum, et sic denominat agens extrinsece; denominat.n. id in quo est illa relatio agētis ad motum, talis autem relatio est in ipso agente vt dictum est: vnde agens denominatur agens ab aliquo extrinseco, secundum tamē q connotat aliquid sibi intrinsecum .s. relationem.

Quomodo actio denominet intrinsece & extrinsece agēs & patiens.

Actū est in eo cuius est actus ex.s. a quo est eius actus.

Ad argumenta in oppositum respōdetur. Ad primum dicitur q actus est in eo cuius est actus, eo modo quo est actus eius vt a quo procedit, est in eo, vt in principio a quo procedit, si autē est actus eius vt subiecti, est in eo subiectiue; actio autem non est actus agentis vt subiecti, sed vt eius a quo procedit ideo non sequitur q sit in eo subiectiue. sed solum sicut in principio. Ad confirmationem dicitur q non est mēs philosophi quòd sit eius subiectiue cuius est potētia actiua, sed quòd est eius productiue: eius enim est agere, cuius est posse agere.

Ad secundum, admittitur responsio ibi data, Ad improbationē dicitur primo, q forma denominans aliquid denominatione extrinseca denominat etiā aliquid denominatione intrinseca non tamen eadem ratione, sicut dictum est de loco. Dicitur secundo, q actio intrinsece denominat patiens, secundum q recepta in patiente, est idem materialiter quod passio, denominat autem agens, inquantum consideratur in ipso agente, respectus originis ad id quod est essentialiter actio.

Ad

Ad tertium respondetur, q hæc fuit Philosophi intentio, q si Deus ageret de nouo ageret noua actione, & ideo mutaretur, quia siue ageret actione immanente siue transeunte, transiret de otio ad operationem, & acciperet aliquid quod prius non habebat: actio n. immanens, manet in agente quantum ad essentiam suam, transiens autē, manet quantum ad illam relationem originis de qua dictum est supra.

Quo ab vno agente plures actiones & quo vnā puenite cōtingat.

Ad quartum dicitur, quòd ibi erunt plures actiones quātum ad id, quod est materiale & essentiale in actione, quātum, scilicet ad motum, erunt enim plures motus in pluribus calefactis receptis; nec est inconueniens quòd ab vno agente hoc modo plures actiones in diuersis patientibus proueniant: quantū vero ad id quod est formale est tamē vna actio: est enim vna relatio in agente, qua ipsum ad omnes motus a se procedentes refertur. Sicut pater secundum doctrinam S. Tho. in 3. parte q. 35. art. 5. ad 3. ad omnes suos filios, vna reali relatione refertur, quæ tamē secundum rationem est multiplex.

Quo oppositā cōtingat esse simul.

Ad quintum dicitur, quòd oppositā quantum ad illud in quo sunt oppositā non possunt esse simul; sed bene quantum ad illud in quo sunt idem simul esse possunt; modo actio et passio sunt oppositā quantum ad relationes quas dicunt in obliquo: sed quantum ad illud quod dicunt essentialiter, & in recto sunt idem, ideo quantum ad relationes non possunt esse simul, sed bene quantum ad motum.

ADDI.

In resp. ad 5. habetur quædam famosa propositio scilicet oppositā quantum ad illud in quo sunt oppositā non possunt esse simul, & colligitur ex 10. metaph. & ex Auerr. 8 phy. & glosatur a quibusdam, quòd debet intelligi in gradu intenso non autem remisso & hæc glosa videtur fundari in doctrina S. Th. aserentis qualitates elementorū manere in mixto remissæ, & Caieta. disputans contra Scotū circa il 3 propositionem si unū contrariorū fuerit infinitum totaliter destruetur & reliquū, ait q cum calore finitæ impresso, stat aliquis gradus frigoris; verū hęc glosa nō pōt stare, cū sit cōtra Ari. Auer. D. Th. & veritatē ipsam, Ari. 4. metaph. arguit contra Antiquos, q cō tradictoria nō possunt esse simul vera, quia cōtraria nō possunt esse simul in eodem subiecto & hoc idē tenet 9. metaph. uidemus.n. omne accidēs in quocūq; gradu reperitur, denominare suum subiectum; propterea contraria siue sint in gradu remisso siue intenso numquā simul possunt esse, Auer. quoque pluribus in locis suæ doctrinæ, ait q oppositā non possunt esse simul, nisi in potētia, in medio, sicut albedo & nigredo inueniuntur in pallore, sed non in actu, nec intenso nec remisso D. quoque Th. ait, q in minus albo nō est aliqua nigredo, sed albedo minus intensa, ueritas etiē ipsa manifeste proclamat oppositum, quia stante opinione istorū tunc ex naturis, specie differentibus, potuisset fieri tertia species illis permanentibus in suis specificis naturis, & dictum D. Th. in p.p. de qualitatibus elementorū remanentibus in mixto remissæ, intelligendū est quia manēt uirtualiter, quia illa qualitas media quæ est dispositio ad formā mixti, continet uirtualiter qualitates elementorū, absolute ergo intelligenda uenit propositio hæc, q oppositā nō posūt simul esse, nec intēsæ, nec remissæ; potest etiā satis congrue intelligi, q oppositā non possunt esse simul in subiecto eodem numero per modum informationis quia impossibile est q idem sit albū & nigrum etiam remissæ, vel per modum inclusionis, & sit nec in eodem numero nec specie, nec genere, duo oppositā simul inter se, vel remissę includi possunt, sed per modum coniunctionis in eodem subiecto specie, vel genere possunt esse simul duo

Te. 17. cō. 70

p.p.q. 76. ar. 4. ad 4.

p.p.q. 2. ar. 3. ad 1.

Tex. 6.

Tex. 27.

1. phy. 52. & 5. tex. 6. 4. cę li 12.

10. metaph. comm. 14.

3. sent. dist. 14. q. 2. ar. 2.

oppositæ actu, quoniam videmus animal genus, actualiter coniunctum homini & bruto, gloſatur quoque ab Auctore, hic, quantum ad ic, in quo ſunt oppoſita, vide Cap. vide quoque Caiet. in prædicabilibus c. de differentia, de quæſito principali, vide Herueum quolib. 2. q 8 & Paulum Soncinatem 9. metaph. q. 20. & 21. & 5. metaph. q. 35. uide quoque Scotum 2. ſent. diſt. 13. q. 4. & in quolib. q. 11. Antio. And. 9. metaph. q. 4. Magiſtrum Chryioſt. 9. metaph. q. 16. & 17. & Thol. 3. phyſ. q. 2. vbi tractat quatuor opiniones de hoc quæſito, & ſequere tu determinationē Auctoris hic.

1. ſen. diſt. 17

Quæſtio quinta, Vtrum actio & paſsio ſint duo prædicamenta.

Neque unum duobus quicquam prohibet eundem eſſe actum, non ſicut eſſe idem. Text. XXI.



Væritur quinto, Vtrum actio & paſſio ſint duo prędicamēta, & videtur q̄ non, Primo, Actio & paſſio ſunt vnus numero motus: ergo non ſunt duo prędicamenta. Probatur conſequentia, quia vna & eadem res non eſt duo prædicamenta.

Secundo, Actio & paſſio dicunt motum in recto & relationem in obliquo ſecundum prędeterminata: ſed motus eſt in prædicamento termini motus ſcilicet in ſubſtantia qualitate quantitate, & vbi relatio autem eſt in prædicamento ad aliquid: ergo actio & paſſio, non ſunt duo prędicamenta ab alijs diſtincta, Reſpondeo.

In iſta queſtione duo ſunt declaranda, Primū eſt vnde ſumatur diſtinctio prædicamentorum. Secundo quomodo actio & paſſio ſint duo prædicamēta.

Prædicamētum pōt accipi & p intentione ſecūda & pro re ſubſtracta.

Sed aduertendum q̄ prædicamentū dupliciter accipi poteſt Vno modo pro intentione formaliter hoc nomine prædicamentum importata, Alio modo p̄ ipſis rebus ſecundum ordinem prędicā di collocatis quibus prædicamenti intē tio attribuitur accipitur: ergo hoc loco prædicamentum pro ipſis rebus ſecundum tamen, quòd ſecundæ intentioni ſubſtant.

Sciēdum itaq; q̄ cum ens diuiditur in decem prędicamenta, non diuiditur in illa ſicut genus per oppoſitas differentias diuiditur in ſpecies: vt enim dicitur tertio Metaph. Tex. 10. ens non poteſt habere huiu modi differentias, ſed diuiditur in illa per diuerſos modos eſſendi: alium enim modum eſſendi habet ſubſtantia alium quantitas, alium qualitas, & ſic de alij & quia modi p̄dicandi proportionantur modis eſſendi: nam cum prædicamus aliquid de aliquo dicimus hoc eſſe illud, ideo prædicamenta diſtinguuntur etiam ſecundū diuerſum modum prędicandi.

Ens q̄ diuiditur in decē prædicamēta nō diuidit̄ ſicut genus ſuas ſpecies.

Ponitur: ergo de mente S. Tho. 3. phyſ. lect. 4. iſta concluſio. Prædicamenta primo, ſecundum diuerſum modum eſſendi diſtinguuntur proxime vero ſecundum diuerſos modos prædicandi de prima ſubſtantiam. Nam omnia quæ habent eundem modum prædicandi de prima ſubſtantia, ita q̄ ordo prædicati ad ſubiectum ſemper eſt conſimilis pertinent ad vnum prædicamentum,

5. Th. 3. phyſ. lect. 4.

tum, omnia vero quæ habent diſſimilem modum prędicandi de prima ſubſtantia, pertinent ad diuerſa prædicamēta. Prima pars concluſionis probatur, primo: p̄ illud diuerſificātur, primo prædicamēta per quod ens ad prędicamenta deſcendit, ſicut per illud diſtinguuntur homo & aſinus, per quod animal deſcendit ad hominem & aſinum: ſed ens deſcendit ad diuerſa prædicamenta ſecundum diuerſum modum eſſendi, vt dictum eſt: ergo prædicamenta ſecundum diuerſum modum eſſendi diſtinguuntur.

Secundo, Prædicamenta diſtinguūtur realiter, aut tantum ſecundum rationem; ſi realiter habetur propoſitū, ſi ſecundū rationem arguitur ſic. Illud de quo intellectus format plures conceptus, habet plures modos eſſendi: intellectus .n. vere intelligens: intelligit ſicut eſt; ſed ſi diſtinguuntur tantum ſecūdum rationem intellectus de una re, format diuerſos conceptus: ergo &c.

Qñ de vna & eadē re intellectus diuerſos cōceptus format hoc nō pōt eſſe niſi: qa talis res habet plures p̄ fectiones.

Sciendum autem pro huius intelligentia q̄ cum contingat vnam & eadē rem correſpondere diuerſis conceptibus intellectus ſecundum q̄ de ea intellectus plures conceptus format, hoc non poteſt eſſe, niſi illa res plures perfectiones in ſe contineat, ratione quarū de ea intellectus diuerſos cōceptus formare poſſit: non eſt .n. intelligibile, q̄ de vna & eadem re, intellectus diuerſos conceptus formet, et tamen illa res non habeat in ſe vnde intellectus in cōcipiendo diuerſificetur. Sed hoc dupliciter contingit: aliquando .n. diuerſis conceptibus correſpondent in vna re diuerſæ perfectiones realiter diſtinctę, ſicut de lacte intellectus conceptum vnum formet inquantum eſt albū aliū vero inquantum eſt dulce iſtis conceptibus correſpondent iſtæ duæ perfectiones albedo & dulcedo in lacte, quę ſunt qualitates realiter diſtinctę. Aliquando vero diuerſis conceptibus correſpondent diuerſæ perfectiones, quæ ſunt vna & eadem res eo q̄ continentur in aliquo vnite & nō diuiſim; ſicut punctus continet in ſe perfectionē principij & perfectionem ſiuis vnite, vnde conceptui quem format intellectus de puncto inquantum eſt principium, & conceptui quem format de eo inquantum eſt finis, vna res indiuiſibilis correſpondet. Quando itaq; res omnino una ex parte rei correſpondet diuerſis conceptibus, intellectus dicitur habere diuerſum modum eſſendi inquantum vni conceptui reſpondet, vt habens unam perfectionem, alteri vero vt aliam perfectionem habens, quæ tamen perfectiones in re ſunt vnum.

Quomodo intellectus ī una re, diuerſos cōceptus formari poſſit uide D. Th. p. p. q. 13. art. vlt. & Caiet. in expoſ. eiusdē q. vt a. & q. 32. art. 2

Sed aduertendum q̄ intellectus de vna re, diuerſos conceptus formare nō poſſet, niſi perfectiones quæ in ea ſunt in vnite in alijs diſtinctas aliquando eſſe cognouiſſet, de ipſisq; diuerſos conceptus formaſſet: quia .n. aliqua ſuperficies non eſt locus, ideo alium conceptum de ſuperficie, & alium de loco formauit, & ex hoc prouenit, q̄ vbi vna & eadem res eſt ſuperficies & locus, ſicut eſt de ſuperficie corporis locantis, alium conceptū de ipſa format inquantum eſt ſuperficies & alium inquantum eſt locus. Quando ergo dicimus, prædicamenta ſecundum diuerſos modos eſſendi diſtingui per modos eſſendi non intelligimus tantum diuerſa eſſe realiter diſtincta, rebus .ſ. realiter diſtinctis cōuenientia. Sed diuerſos modos correſpondendi conceptibus intellectus, ſiue illi modi ex diuerſis realiter perfectionibus ac diuerſis eſſe prouenient,

niant, siue ab vna & eadē re, quæ nata est diuersis cōceptibus respōdere: eo ꝙ in se multa unitę et indistinctę cōtineat.

Secunda autem pars conclusionis ſ. ꝙ proxime distinguantur, secundum diuersos modos prędicādi. Probatur primo. Prædicamenta distinguuntur secūdum diuersos modos essendi, sed diuersis modis essendi, respōdent diuersi modi prædicandi: prædicatum.n. ideo dicitur de subiecto, quia ponit aliquod esse in subiecto: cum.n. dicimus Sortes est albus: licet ly est nō significet aliquod esse, sed solum cōpositionē intellectus, est tamen signū, ꝙ album sit in Sorte: ergo &c. Secundo quando aliqua inferiora distinguūtur per se sub aliquo superiori debent distingui per differētias per se illius superioris, sicut homo & æquus, quæ distinguūtur per se sub animali, distinguuntur per rationale & irrationale, quæ sunt differentiæ ꝑ se animalis, sed differentiæ prædicamēti inquantū prædicamentū sunt diuersi modi prædicandi: nam & prædicamentū dicitur quia est ordo prędicabiliū: ergo prædicamenta distinguuntur secundum diuersum modū prædicandi. ſ. de prima substantia. Ex hoc infertur primo, ꝙ concretum & abstractum non diuersificant prædicamenta: nam abstractū non prædicatur formaliter de prima substantia infertur secundo, ꝙ non oīa prædicamenta distinguuntur realiter: diuersi.n. modi essendi secundum ꝙ superius expositum est, & diuersi modi prædicandi distinctionem realem non exigunt.

Sed circa dicta duo occurrūt dubia. Primum est entia realia non distinguūtur per entia rationis: sed prædicamenta sunt entia realia. Nam philos. 5.met. Te.14 5.met aph. tex. 14. diuidit ens quud distinguitur in decem prædicamenta contra ens verū siue contra ens in anima, & modus prædicandi dicit ens rationis: ergo nō debent distingui per diuersos modos prædicandi.

Secundum dubium est. Magis distinguuntur illa, quæ in nullo uniuoco cōueniunt, quam illa quæ conueniunt in aliquo vniuoco; sed ea quæ conueniunt in aliquo vniuoco distinguuntur realiter: ergo multo magis ea quæ in nullo vniuoco cōueniunt realiter distinguuntur; sed prædicamenta in nullo vniuoco cōueniunt secundum mentem saltē S. Th. 5.met. in expo. tex. 14. et alibi pluries: ergo debent distingui realiter & nō solū secundū diuersum modū prædicādi. 5.meta. ſ. expo. Te.14. & alibi pluries

Ad primum istorum dicitur, ꝙ non inconuenit entia realia per intentiones distingui, non quidem quantum ad esse reale quod dicunt; sed secundum ꝙ alicui secundæ intentioni substant; vnde quia prædicamentū, vt hic de prędicamento loquimur, dicit rem vt sub intētione prędicamenti, ideo conuenienter prędicamenta per intentiones vt prędicamenta suut distinguuntur.

Ad secundum dicitur, ꝙ dupliciter aliqua distinguuatur; Vno modo secundum formalem rationem, alio modo secūdum rem. Si loquamur de distinctione secundū formalem rationem, concedit maior, sed tunc non procedit argumentum subsumitur enim de distinctione reali. Hoc modo magis distinguitur albedo et similitudo, etiam posito ꝙ sint vna res, quam homo et lapis: homo enim & lapis in multis conceptibus vniuoce dictis de illis conueniunt, non autē albedo & similitudo. Si autē loquamur de distīctione reali, negatur maior. Vna enim & eadem res sub diuersis conceptibus recipit prædicationem Dupliciter aliqua distinguuntur.

nē alicuius analogi, quod per prius dicitur, de illa secundum unam rationem quàm secundum alteram, vna autē res sub diuersis conceptibus: non recipit prędicationem alicuius vniuoci eo, ꝙ vniuocum requirit distinctionē in vniuocatis, cum aliud et aliud esse in ipsis habeat. Dicitur secundo, ꝙ maior est uera, de distinctione quantum ad modū prædicandi, non autem de distinctione reali: vnde ratio non sequitur.

Quantum ad secundum principale dicitur, ꝙ actio et passio, sunt duo prædicamenta, licet sint vnus motus propter diuersum, scilicet modū essendi diuersumq; modum prædicandi: nam vt motus concipiatur cum respectu originis agētis ad ipsum, denominat agens, & sic est prędicamentū actionis; secundum autem ꝙ recipitur in patiente cū respectu ad agens, sic denominat patiens, & est prædicamentum passionis, Vnde cum omnia quæ sunt in eodē prædicamento habeant eundem modū prædicandi de prima substantia: omnia q̄ sunt in prædicamento actionis denominant ipsam primam substantiā vt agētem; omnia vero quæ sunt in prædicamento passionis denominant ipsam, vt patientem ab agente: & sic dicimus illa esse duo prædicamenta.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum patet ex dictis, ꝙ non inconuenit vnam & eandem rem, ad diuersa prædicamenta pertinere.

Ad secundum dicitur primo; ꝙ licet actio passio connotent illos respectus: non tamen illi respectus sunt essentialiter actio et passio, ideo non oportet ꝙ sint in prædicamento relationis.

Dicitur secundo, ꝙ quia motus est actus imperfectus, tendēs ad perfectionē, dupliciter de ipso possumus loqui: vno modo quātum ad ipsum actum imperfectum absolute, & sic reducitur ad genus termini motus: Alio modo vt procedit ab agente in passum, & vt recipitur in patiente ab agente, & sic pertinet ad actionem, & passionem: unde negatur, quòd motus omnibus modis consideratus tantum in genere termini motus collocetur.

ADDI.

Adde hic, quomodo & apud Antiquos, & modernos fuit uaria opinio de distinctione prædicamentorum. Diuinus enim Plato, vt narrat Philoponus uisus est ponere unum tantum prædicamentum, cuius genus generalissimum, & primum principiū est ipsum ens; Alij de numero quorū uidetur Auicennas asserunt quatuor tantū prædicamenta videlicet substantiā, quantū, quale, & Ad aliquid, cætera vero nō esse prima prædicaméta, quia positio est in prædicamento relationis, actio & passio suut motus qui est in prædicaméto quanti, habitus in prædicamento qualis, qñ, & ubi reducū tur ad quantum; Sorticule, siue terministe de numero quorū est Paulus pergulensis tenent oīa prædicamenta secundum esse reponi in prædicamento qualis, quia uolūt omnia prædicamenta esse uoces, uel conceptus & aducunt Boetium pro se dicentē librum prędicamentorum esse de uocibus. Quidā metaph. subsținent istam propositionem. decē sunt prædicamenta, esse dialecticā, propositio dialectica est probabilis, quia ea audita consentimus per consensum omniū aut plurium, & horum sapientū tantū, vt dicitur 1. Thop. probabile est qđ omnibus, aut pluribus videtur, & his sapiētioribus, & præcipuis, cum in hac propositione conueniant Arist. Pythagoras, Archita & probabilis propositio quam maximam appellant nōnulli, sed nō est propositio per se nota, quia non potest esse ex solis terminis cuidens, ut omnes tenent, & sic

Pri. priorū ca. 2.

2. li. sufficiētie c. 2.

In summula logi.

In principio lib. prēd.

Cap. 3.

non

non potest esse dignitas quę grecę dicitur Anxioma, nec potest demonstrari; signum autem est, quia sumus omnium philosop. Arist. numquam tentauit illam demonstrare, de distinctione ipsorum, vide Herueum substinentem prædicamenta non necessario distingui realiter, sed per operationem intellectus speculatiui possibilis, quæ operatio est intellectio: unde per diuersos modos intelligendi eandem rem, formari possunt diuersa prędicamenta, uide etiam Autonium Andr. asserentem prædicamenta non distingui per diuersos modos prædicandi, sed per diuersos modos essendi non quidem distinctos realiter, sed ex natura rei. vide D. Tho. in hoc 3. phys. vbi digreditur circa actionem & passionem, quomodo vnum motum & duo prædicamẽ enunciare possimus, vide etiam 5. metaph. vbi distinguit figuras prædicationis, & in quæst. de ueritate, & 4. cont. gent. vbi docet quo modo aliquid ptædicatur de aliquo, & sequere doctrinam Auctoris hic, docentis prędicamenta distingui primo secundum diuersum modum essendi, prosime vero, secundum diuersum modũ prædicandi de prima substantia.. &c.

Quolibet 1. q. 9.

5. metaphy. q. 7.

Lect. 5. cõ. 14.

q. 1. ar. 1. c. 34

Quomodo p̃ prędicamẽta distinguãtur.

Quæstio sexta, Vtrum possit dari corpus actu infinitum.

Neque igitur ignem, neque aliorum elementorum, contingit infinitum esse aliquod. Text. XXXXVI.

Quæritur sexto. Vtrũ possit dari corpus actu infinitum & videtur ꝙ sic. Primo, Si nõ posset esse corpus actu infinitum, hoc esset, quia implicaret aliquam contradictionem: illi. n. soli repugnat produci, ꝙ aliquam contradictionem includit; sed corpus infinitum nullam dicit contradictionem: nam neque infinitas tollit rationem magnitudinis, aut aliqd quod magnitudinem consequatur, nec magnitudo tollit rationem infinitatis: ergo &c.

Secundo. Quicquid Deus cognoscit, potest producere, sed Deus; cognoscit infinitum corpus: ergo potest producere illud: probatur minor Deus cognoscit aliquid corpus finitum, & illo posse dari maius, & illo alio maius, et sic in infinitum: ergo cognoscit corpus infinitum, patet antecedens, quia non minoris virtutis est Deus in intelligendo, quàm nos in imaignando: sed nos possumus quocumque corpore finito imaginari maius: ergo &c.

Tertio, secundum Philosophum 3. phys. tex. 60. Si esset infinitum in potentia secundum appositionẽ, esset aliquod infinitum in actu, sed secũdum S. Tho. 3. q. 7. ar. 12. ad primũ 2. 3. sent. di. 13. q. 1. ar. 2. q. 3. ad primũ. Est infinitum in potentia secundum appositionem: nam vt ibi dicit cuilibet finitæ quantitati potest fieri additio, quia ex parte quantitatis finitæ non est aliquid quod repugnet additioni: ergo &c.

3. phys. T. 60

S. Th. 3. p. q. 7. art. 12. ad primũ & 3. di. 13. q. 1. ar. 1. & q. 3. ad 2.

Quarto. Potest Deus facere longitudinem infinitam: ergo & corpus infinitum; patet consequentia, quia non est maior ratio de vno quam de alio, probatur antecedens. Accipio vnum corpus longum decem palmis, & latũ vno palmo per totum: in isto sunt infinitæ partes proportionales, quarum quælibet est vnius palmi secundum dimensionem latitudinis totius corporis, tunc arguitur sic. Possibile est Deum separare istas infinitas partes proportionales, & coniungere illas secundum illam dimensionem qua sunt vnius palmi, sed tunc resultabit corpus infinitũ, quia ex infinitis partibus eiusdẽ quantitatis resultat infinitũ: ergo põt Deus facere corpus infinitum &c.

Quinto, capiatur corpus columnare pedalis quantitatis, cuius primam partem, giret linea pedalis in prima parte proportionali unius horæ, quæ linea pedalis in secunda parte proportionali horæ, rarefiat acquirendo vnum pedale de nouo, quod giret secundam partẽ proportionalem eiusdem corporis columnaris, & in tertia parte proportionali horæ rarefiat eadẽ linea sibi acquirendo tertiũ pedale, quod giret tertiam partem proportionalem prædicti corporis, & sic in infinitum secundum omnes partes porportionales illius corporis & illius horæ usque ad finẽ eius. Constat ꝙ in fine horæ erit illa linea q̃ columnam complectitur infinita, cũ sit cõposita ex ĩfinitis pedalibus: ergo etc.

Ad euidentiam huius difficultatis. Primo, prɇmittam aliqua necessaria. Secundo, dicam ad quæsitum.

Definitio infiniti quomodo intelligi debeat.

Sciendum itaq; primo, ꝙ infinitum vt definit Phil. Tex. 63. est cuius quãtitatem accipientibus, semper est aliqd accipere extra. Hæc autem definitio non est sic intelligenda, quasi accepta tota quantitate infiniti, adhuc sit aliqd extra accipiendum: hoc enim implicat contradictionem, sed ꝙ infinitum est cuius quantitatem .s. finitam accipientibus, semper est aliquid extra accipere: cum enim infinitum careat termino oportet quòd aliquo eius finito accepto remaneat aliud accipiendum: si enim accepto aliquo finito, eius non restaret aliud accipiendum, tunc esset finitum.

Sciendum secundo, ꝙ cum magnitudo habeat esse in materia sensibili: sed a mathematico sine materia sensibili consideretur; dupliciter possumus loqui de corpore: vno modo naturaliter, secundum ꝙ consideratur cum materia & forma sensibili: alio modo mathematice, secundum ꝙ ipsa sola quantitas consideratur.

Corpus dupliciter cõsiderari põt: naturaliter & mathematice.

Sciendum tertio, quòd res in successione habentes esse, non dicuntur esse in actu: sic ꝙ secundum omnes suas partes simul sint: sed sic, ꝙ aliquid ipsorũ est in actu: nõ enim dicitur dies hodierna esse actu, eo quòd omnes eius partes sint simul: sed quia aliquid ipsius est in actu. Res uero permanentes dicuntur esse actu, tunc solum, quãdo omnes aut saltem principaliores earum partes simul sunt. Non quærimus ergo, Vtrum infinitum sit in actu secundum aliquam partem solum, quia corpus est ens permanens, de cuius ratione est simulatas partium, sed quærimus, Vtrum aliquid corpus infinitum secundum omnes partes suas sit in actu.

Res successiue alio mõ sunt in actu, q̃ res permanentes.

Quantum ad secundũ, ponũtur quatuor conclusiones. Prima est. Impossibile est dari corpus sensibile actu infinitum. Probatur primo, supponẽdo vnũ quod est de mente Alberti 3. phys. tra. 2. ca. 13 .s. ꝙ extensio licet sit materiæ existentis sub quantitate, est tamen a forma secundum talem quantitatem in qua forma suas opationes valeat exercere; huius signũ in corporibus animatis aparet, in quibus primum augmentans est forma: in his enim augetur corpus vsque ad terminatam quantitatem secundum porportionem qua forma vi

Impossibile est dari corpus sensibile actu infinitum.

res

res suas valeat exercere, hoc supposito, arguitur sic. Ad quamlibet formam determinatam, sequuntur determinata accidentia & determinata quantitas; sed omne corpus naturale habet formã determinatam: ergo habet quantitatem determinatam.

Ad istam rationem, posset primo, negari maior propositio. Nam prima parte quæst. 7. art. 3. inquit S. Tho. ꝙ dato ꝙ ignis esset infinitus secundũ magnitudinem; non tamen esset infinitus secundum essentiam, quia esset terminatus ad speciem, non igitur si forma est finita, magnitudo est finita: oppositum enim consequẽtis, stat cum antecedente, secundum S. Tho. Secundo posset dici, ꝙ maior posset intelligi aut de determinatione accidentium secũdum speciem, & sic non sequitur, ꝙ non possit esse infinita quantitas secũdum extensionem: aut de determinatione secundum gradum: & sic negaretur: immo esset petitio prncipij.

S. Th. 1. q. 7. art. 3.

Quo intelligatur de mẽte S. Tho. ꝙ si poneretur ignis infinitus secnndũ magnitudinem adhuc forma ignis esset finita secundũ speciem.

Ad primum horum dicitur, ꝙ magnitudo dupliciter considerari potest. Vno modo, secundum communem rationem magnitudinis, inquantum, scilicet est magnitudo. Alio modo, inquantum naturalis, inquantũ videlicet aliquam formam naturalem consequitur. Si primo modo consideretur, sic nõ infert infinitatem formæ & essentiæ: infinita enim magnitudo ignis & infinita magnitudo absolute, nõ infert essentiã ignis esse infinitam: & hoc modo loquitur S. D. vbi allegatur. Si vero cõsideretur secũdo modo, sic infinita magnitudo infert infinitatem essentiæ: esse actus enim infinitus arguit infinitatem virtutis, & ex consequenti essentiæ: & sic accipitur in maiori: in illa. n. intelligitur de magnitudine inquantum naturalis est, & sic oppositum prædicati non stat cum subiecto non. n. stat simul formam naturalem esse determinatam, & magnitudinem naturalem tam consequentem esse indeterminatã. Vel dicendum est, ꝙ non ponit illud. s. Tho. tanquam possibile, sed tanquã impossibile, si enim per impossibile poneretur ignẽ habere magnitudinem infinitam, non tamen sequeretur ipsam ignis essentiam esse infinitam. s. absolute secundtm perfectionẽ: quia natura ignis esset determinata ud speciem & numerum: et sic sequeretur hoc aliud impossibile, ꝙ forma esset determinata, & eius quantitas esset infinita. Ad secundum dicitur, ꝙ intelligitur, non solum de determinatione secundum speciem, sed etiam secundum gradum, & extensionem. Nec petitur principium: accipitur. n. hæc ꝓpositio vniuersialis, Omnem formam determinatam cõsequuntur accidentia determinata secũdũ gradum: & subsumitur. s. quãtitas est vnũ de talibus accidentibus: patet autẽ maior, primo inductiue: formam. n. naturalem, consequitur determinatus gradus albedinis, coloris, siccitatis &c. ergo &c. Secundo ratione. Determinatas & distinctas formas substantiales, sequuntur distincta accidentia: sed non distincta secundum speciem ex earum proprijs rationibus: quia in diuersis sunt eadem secundum speciem: ergo distincta & determinata secũdũ gradũ.

Secundo. Si essent corpus sensibile infinitum, non posset moueri, neq; motu recto, neq; motu circulari: sed hoc est contra conditionem corporis sensibilis: ergo &c. Quod non moueretur motu recto apparet, quia nihil mouetur motu recto, nisi moueatur ad locũ extra, sed infinitum non posset moueri ad locum extra: quia occuparet omnia loca: ergo &c. Quod etiam non moueretur motu circulari, probatur. In motu circulari, linea egrediens a centro corporis moti, peruenit ad locum alterius lineæ egredientis a cẽtro: sed istud non posset esse si esset corpus infinitũ: ergo &c. Probatur minor: quia illæ lineæ distarent in infinitum: tum quia si non, tunc maxima linea inter illas protracta esset finita: & sic termini illius lineę tangerent extremitates illarũ linearum: alioquin non esset maxima, et per consequens illæ lineæ essent finitæ, ut pote habentes terminos: tum etiam, quia quanto lineę magis elongantur a centro, tanto magis distant: ergo si in infinitum elongantur a centro, quod oportet dicere si corpus est infinitum, infinite distabunt: infinitum autem non potest pertransiri: ergo &c. Hanc rationem facit Philosophus Text. commen. 70. in primo cœli.

Si ponatur corpus sensibile infinitũ illud põt moueri.

Te. com. 70.

Respondebitur forte, ꝙ nõ est de ratione corporis naturalis vt moueatur, quàmuis de ratione corporis naturalis sit, ꝙ habeat in se principium determinati motus: nam non est de ratione grauis, ꝙ vbicumque sit moueatur: non. n. mouetur, nisi dum est extra locũ deorsum: sed bene de ratione sua est, ꝙ habeat grauitatem, quæ est principiũ motus deorsum.

Sed contra arguitur. De ratione corporis naturalis est, ꝙ habeat in se naturam: sed natura est principium motus & quietis: ergo oportet naturale corpus aut moueri, aut quiescere: sed ꝑ te, nec etiã quiescet: quies. n. est eo solũ qđ potest moueri, vt dicitur: ergo infinitũ corpus non põt esse corpus naturale.

Tex. 16.

Ex ista conclusione, infertur secunda cõclusio. In quantitate continua actualiter existente, nõ est infinitũ in potentia secundũ appositioñe, naturaliter loquẽdo: ita ꝙ ꝑ appositioñe possit trãscẽdi q̃cũq; determinata quãtitas. Pro huius autẽ notitia aduertendũ est primo, ꝙ infinitũ secundũ appositioñe dicitur, qñ alicui quãtitati põt aliqd addi siue fine: vt si quãtitati vnius cubiti addatur quantitas alterius cubiti, & illi quãtitas alterius cubiti: & sic in infinitũ. Attẽdendũ secundo, ꝙ ideo dictũ est in cõclusione, naturaliter loquẽdo, qa secundũ potentiã diuinã forte aliter est: quacũque. u. quãtitate data, potest Deus producere maiorẽ in infinitũ: saltem ab omni materia separatam.

In quãtitate continua actualiter existẽte non est infinitũ in potẽtia secũdum appositioñe naturaliter loquendo.

Attendendũ tertio, ꝙ ideo additur in cõclusione, ita ꝙ per appositioñe possit trãscendi quæcũq; determinata quãtitas, quia ꝙ uni quãtitati possint addi partes porportionales alterius quantitatis in infinitũ, ut testatur Phil. negat autem per appositionem posse excedi quæcũque determinatam quantitatẽ: quod sane fieret si additio, non esset secundũ additionem partium proportionalium alicuius, sed per additionem diuersarũ partiũ eiusdem quãtitatis, aut diuersarũ quantitatum, nõ seruata eadem proportione: sicut si quantitati unius palmi adderetur quantitas alterius palmi, & illi toti quantitas alterius palmi, aut aliqua alia quantitas, & sic in infinitum.

Tex. 59. & 60

Probatur itaq; ista conclusio ratione Phil. sic. Si esset infinitũ in potẽtia secundũ appositioñe modo dicto, seqretur ꝙ possit esse aliqd infinitũ in actu: sed hoc est cõtra primã conclusionẽ: ergo &c. Probatur consequẽtia. Quantũ vnũquodq; est in potentia, tantũ potest esse in actu: ergo si est in potẽtia nãrali

Tex. 60. & 69

vt possit excedi quæcumq; determinata quantitas, per appositionem poterit esse actu aliqua quãtitas excedens quã cumq; quantitatẽ datam: sed quantitas excedens omnẽ quantitatem datam est quãtitas infinita: ergo poterit dari quã titas actu infinita.

Sed contra istam rationem, dupliciter instari potest. Primo. In numeris est infinitum secũdum appositionẽ vt Tex.68. *vult Phil. Tex. 68. & potest per talẽ additionem excedi quæcumq; determi nata quantitas numeralis: et tamen nõ sequitur ꝙ possit dari numerus actu in finitus; ergo nec illud sequitur in quantitate continua.*

Secundo. Magnitudo est infinita secundum diuisionem in potentia, & tamen numquam reducetur ad actum vt sit totaliter diuisa: ergo illa propositio, Quantum vnumquodque est in potentia, tantum potest reduci ad actum, est falsa.

Quare in appositionenumeri põt fieri redditio ĩ infinitũ nõ autẽ in magnitudine.

Ad primum istorum respondetur secundum mentem Phil. ꝙ alia ratio est de appositione in numeris, & alia ratio de appositione in magnitudinibus. Vbi aduertendum est primo, secundum Commen. com. 67. ꝙ rei conuenit infinitas ex materia, finitas autem ex forma: nam materia non est ex se termina ta: sed ex alio terminatur: forma autẽ est continens & terminans: ideo vbi proceditur ad materiam, non repugnat processus in infinitũ: sed bene vbi itur ad formam.

Aduertendum secundo, vt dicitur, secundo Phys. Text. com. 31. ꝙ cum partes habeant rationem materiæ & totum rationem formę, vbi proceditur a toto ad partes, proceditur ad materiam: ubi aut proceditur a partibus ad totum, proceditur a materia ad formã: ratio ergo quare proceditur in infinitũ secundum paruitatem est, quia in diuisione proceditur ad partes & ad materiam, quæ secundum se nullum habet terminum; secundum autem oppositionem non exceditur quæcumque determinata quantitas: quia proceditur ad formam quæ est terminus: vnde nõ est maior quantitas quantitate cœli: nec materia est in potentia naturali ad maiorem quantitatem quàm sit quantitas cœli. Si ergo in potentia materię esset ꝙ per appositionem excederetur quęcumque quantitas determinata, oporteret etiã quantitatem infinitam excedentem quancumq; determinatã quantitatem: quia omnis forma potest actu esse ad quam naturaliter materia est in potentia. Non sic autẽ est de numero: quia numerus vt dicit Phil. tex. 68. nõ Tex. 68. *separatur a diuisione continui: vnde in appositione numerorum proceditur ad partes & ad materiam: sicut in diuisione magnitudinis: non.n. augetur numerus nisi ex diuisione magnitudinis: vbi autem proceditur ad materiam nõ oportet deuenire ad terminũ: quia materia non est terminus: vnde non oportet si est potentia ad infinitam additionem numerorum, ita quòd per eam excedatur quicumque determinatus numerus, ꝙ possit dari numerus actu infinitus, eo ꝙ in tali appositione non procedatur ad actum, sed ad potentiam.*

Per hoc patet responsio ad secundũ: dicitur enim ꝙ in diuisione itur ad materiam: sed in appositione itur ad formam: non oportet autem ꝙ quantũ aliquid est in potentia ad materiam, tamen possit reduci in actum: quia materia non est actus, sed bene quantũ aliquid est in potentia ad formã: quia forma est terminus & continens.

Sed

Sed circa ea quæ dicta sunt, duo occurrunt dubia. Primum est: videtur.n. ꝙ etiam in additione numerorum, procedatur ad totum. Nam ex multis vnitatibus constituitur numerus, qui est quoddam totum; verbi gratia: ex additione vnitatis ad quinarium resultat numerus senarius, qui est quoddam vnum: & quoddam totum: ergo non est differẽtia inter quantitatem continuã, & numerum: quia in appositione continui, procedatur ad totum et formam: non autem in oppositione numerorũ.

Secundum dubium est. Sicut in diuisione continui itur ad partes, ita in diuisione numeri: vnitates.n. in quas diuiditur numerus sunt partes eius: si ergo quando itur ad partes, proceditur in infinitum, numerus erit diuisibilis in infinitum.

Argumento rũ solutio.

Pro solutione istorum dubiorum cõsiderandum, quòd in rerum materialiũ multitudine secundum ꝙ ex continui diuisione causatur, duo considerari possunt. ipsæ.s. partes multæ ac numeratæ: & ipsæ numerus formaliter quo dicuntur tot, puta decem, aut viginti. In multitudine.n. decem hominum cõsiderari possunt, & ipsi homines, qui denominantur decẽ: & numerus denarius, quo decem denominantur. Si ipsæ res numeratæ considerentur, ipsæ non constituunt aliquid vnum simpliciter, sed vnum tantum per aggregationem. Si autem ipsę formalis numerus consideretur: sic ex vnitatibus illorum, vnum simpliciter constituitur: omnis.n. species numeri, est vnum quoddam simpliciter, sicut et omnis alia species cuiuscumque generis. Quia ergo Philosophus multitudinem considerat ex parte ipsarum rerum numeratarum. secundum ꝙ ex continui diuisione fiunt in actu, & vt sic procedendo in augumentatione rerum numeratarum ad partes materiales continui proceditur, non autem ad aliquid quod sit simpliciter vnum, ideo bene dicitur a Commentat. 3. Phys. ꝙ in augumentatione numero Cõmen. 68. 3. phys. *rum proceditur ad materiam, sicut & in diuisione continui. Similiter tamen diuisione numeri hoc modo considerari, non diuiditur aliquid vnum simpliciter: sed eius quod est vnum per aggregationem accipitur unaquæq; pars per se, vt vna in actu existens & indiuisa: & quia vnumquodque est vnum per suam formam, ideo bene inquit Cõmen. loco allegato, ꝙ diminutio in numeris tendit ad formam, non autem ad materiam: in diuisione autem continui fit resolutio totius in suas partes, nõ inquantum vnaquæq; est in se vna & indiuisa: sed inquantum vnaquæque est quanta, & diuisibilis in alias partes: oportet.n. continuum ex quantis & diuisibilibus componi: ideo in tali diuisione proceditur ad materiam: cõuenit.n. huiusmodi diuisibilitas et quãtitas partibus, eo ꝙ materiam includant. Propter hoc in diuisione numeri non proceditur in infinitum: sed bene in diuisione continui, quia forma habet rationẽ finis et termini: materia autem non est finis et terminus: sed potius habet per aliud terminari.* In diuisione numeri, nõ proceditur in infinitũ.

Considerandum secundo, ꝙ in additione numerorum, semper actui potentia ad vlteriorem actum admiscetur, inquantum non est dabilis aliquis numerus cui alia vnitas addi non possit, & consequenter quo non possit maior numerus dari. Sed in additione continui tandem deuenire contingit ad aliquem actum, cui potentia ad vlteriorem actum nõ admiscetur: cum enim ad su-

premam cœli quantitatem peruentum fuerit, non poterit vlterius procedi: unde in additione numerorum, numquam deuenitur ad aliquid, quid sit præcisè totum: non possitq; rationẽ partis habere. Sed in additione continui ad aliquid tandem deuenitur, quod rationẽ dumtaxat totius habebit; non poteritque rationem partis habere: & iccirco in vno procedi potest in infinitum, non autem in altero.

Ad primum igitur dubium, dicitur primo, ꝙ in additione numeri ex parte ipsarum rerum numeratarum secundũ ꝙ ex diuisione continui multiplicãtur, non proceditur ad aliquid totum quod sit vnum simpliciter; sed ad partium multiplicationem. Dicitur secundo, ꝙ etiam ex parte, ipsius numeri formalis non proceditur ad totũ præcisè: sed ad id, quod existens aliquid totũ est in potentia ad aliam additionem: & sic habet etiam rationem partis. Ad secundũ dicitur, ꝙ numerus non diuiditur semper in partes, quæ diuisibiles sint, sicut continuum, sed in partes indiuisibiles, ideo non sequitur ꝙ diuidatur in infinitum sicut continuum.

Impossibile est esse magnitudinem actu infinitam etiã mathematicæ cõsiderãdo.

Tertia conclusio est. Impossibile est esse magnitudinem actu infinitam etiã mathematice considerando: probatur. Impossibile est esse aliquid in rerum natura, quod non sit determinatũ ad aliquem speciem: non potest.n. esse animal in rerum natura, quod non sit aut rationale aut irrationale: sed unaquæque quantitas specificatur per aliquam terminationem: multitudinis enim species sunt duo & tria: magnitudinis autem bicubitum tricubitum &c. ergo impossibile est esse quantitatem non terminatã & non mensuratã: sed infinita quantitas dicitur quantitas interminata. & nullo modo mensurata: ergo impossibile est esse actu magnitudinem infinitã, etiam subsistentem sine materia.

Mathematicæ loquendo potest apponi ad magnitudinem in infinitum: patet quia mathematicus supponit, quacumque linea finita, posse dari maiorem, & sic de alijs dimensionibus.

Quarta conclusio est, Mathematicę loquendo potest apponi ad magnitudinem in infinitum.

Sed tunc occurrit dubium quare ſ. naturaliter loquẽdo non potest per appositionem excedi quæcumque quantitas determinata, vt superius dictũ est: mathematicæ autem excedi potest cũ etiam in tali appositione secũdum mathematicã considerationẽ procedatur ad totũ, & per cõsequens ad formã.

Respondetur, ꝙ dicitur primo secundum Commentatorem, ꝙ ratio istius est quia naturalis considerat de quantitate secundum ꝙ est extra intellectum in materia: Mathematicus autem considerat eam per abstractionem a materia. Conueniũt autẽ in hoc naturalis & mathematicus, ꝙ quacumq; quantitate data potest dari minor. Sed differũt, quia secundũ naturalẽ non est in materia potẽtia ad infinitam magnitudinẽ, vt possit quantitas crescere in infinitũ, mathematicus autẽ sequitur imaginationem, ideo quia quacumque linea data possumus imaginari maiorem: dicit quacumque linea data, posse dari maiorem, & sic in infinitum. Com. 60.

Dicitur secundo, ꝙ secundum naturalem omnis quantitas possibilis eße in natura est in materia in potentia; ideo oporteret si apponeretur in infinitũ, ꝙ possit esse quantitas infinita in actu vt dictum est supra: omnis n. potentia materiæ est reducibilis ad actum; secundum mathematicum autem nõ oportet omnem quantitatem possibilem secundum

dum imaginationem esse in potẽtia materiæ & posse existere, eo ꝙ abstrahat ab eße: ideo nõ sequtur aliqd ĩpossibile.

Responsio.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam negatur minor, et ad probationem dicitur ꝙ infinitas repugnat quantitati existenti in actu: quia tollit omnem speciem magnitudinis: sicut .n. illud tollit animal quod in nulla specie animalis continetur: ita illud tollit magnitudinem, quod in nulla specie magnitudinis continetur: sicut dictum est de infinito, quod in nulla specie magnitudinis est, eo ꝙ quælibet species magnitudinis est finita, & mensurata. Itẽ repugnat quãtitati ĩ specie cõsiderate.

Quamlibet species Magnitudinis est finita & mensurata.

Ad secundam: negatur primo, maior propositio: nam cognoscit Deus cõtradictoria: non tamen ea potest simul producere, eo ꝙ producibilia non sint: negatur secundo minor, ad cuius probationẽ negatur consequentia. Sicu.n. non valet quocumque numero dato potest dari maior, & sic in infinitum: ergo potest dari numerus actu infinitus, ita non ualet, cognoscit aliquam quantitatem & maiorem illa posse dari, & illa alia maiorem: & sic in infinitũ: ergo cognoscit magnitudinẽ actu infinitã.

Ad tertiam, dicitur, ꝙ philosophus loquitur, de magnitudine naturali S. Tho. autẽ loquitur ibidẽ, de quantitate mathematica: unde nõ est similis ratio.

Dicitur secundo, ꝙ secundum mentem S. Tho. quacumque magnitudine etiam sensibili data, potest dari maior per potentiam diuinam, quia quacumque forma data potest Deus aliam facere quę maiorem requirat magnitudinem, & hoc apparet ex uerbis eius de veri. vbi dicit, ꝙ in creatura est potentia obedientiæ secundum quòd aliquid potest a Deo recipere: & talis capacitas non potest impleri, quia quicquid Deus de creatura faciat, adhuc remanet in potentia recipiendi a Deo: Philosophus autem loquitur per comparationem ad potentiam naturalem, quæ tota potest impleri. S. Tho. de veri. q. 29. ar. 1. ad 3.

Ad quartam negatur aßumptum. Ad probationem dicitur ꝙ non est possibile, Deũ separare omnes illas partes proportionales, quia talẽ diuisionẽ esse in actu implicat contradictionem.

Ad quintum dicitur ꝙ casus est impossibilis: supponit.n. omnes partes proportionales, tam corporis quàm horæ, poni in actu, quod est impossibile: non enim omnes partes proportionales vnius horæ sunt in ipsa hora in actu, vt cuilibet attribuatur rarefactio lineæ secundum eandem quantitatem, & similiter partes corporis non sunt in actu, vt quamlibet giret linea pedalis, sed sunt solum potentialiter, scilicet per esse totius.

ADDI.

De infinito vide Auer primo cœli, vbi declarat perscrutationem infiniti firmiorem haberi quàm hic, vide quoque primo cœli vbi contra aliquos philosophos volentes imponere superfluitatem Arist. sumere potes ualidissimum argumentum, quoniam nullibi repetitionem fecit philosophus, cum nihil sine forti ratione dixit, vt scripsit Aueri. primo de gener. alio enim modo determinauit in physicis de infinito, & alio modo in primo de cœlo, quoniam hic vniuersaliter, ibi autem non ita latius, sed præcisius. Dicunt etiam aliqui quòd in diuersis sententijs adducit easdem demonstrationes eodẽ modo, & sic fuit malus metaph. quia vident easdem demonstrationes adduci in plerisq; locis metaphysicis quas adduxit ĩ sciẽtia naturali; Sed Allũ

Comẽ. 53. Comẽ. 54. Comẽ. 58.

nantur

cinantur valde quia non adducuntur eodem modo, nec ad eundem finem, vt patet legenti Auer. considera quoque Antiquos diffinientes infinitum hac diffinitione, infinitum est, extra quod nihil est, per quam definitionem attribuebatur infinito ratio totius, & ꝙ omnia continet & inseipso omnia habet, Ari. vero oppositum sentit in definitione, quam assignat Auctor in corp. q. de mente eius: si enim infinitum est cuius semper est aliquid extra accipere, sequitur quòd potius habet rationem partis, quàm totius, & contenti, quàm continentis, est ergo irrationabilis definitio infiniti tradita ab Antiquis, quia illud extra quod, nihil est. dicitur totum, totū est illud cui nihil deest eorum, quæ pertinent ad complementum ipsius ut totum hominem, vel totum leonem, & domum, si uero aliquid deest non est totum: totum enim & perfectum vel sunt penitus idem, vel proxima secundum naturam, & perfectum est, ꝙ nihil est, omnis autem perfectio est a forma, quæ finem & terminum ponit; infinitū autem fine caret: ergo omne infinitum est imperfectum & sic mala est hæc definitio, infinitum est extra quod nihil est: quia illa est definitio totius & perfecti: Hinc imprudenter dixit. Melissus vniuersum esse infinitum, cum appareat euidentissima contradictio, quòd sit totum & ꝙ sit infinitum; Nec etiam verum est infinitum continere omnia, cum magis habeat rationem contenti, quàm continentis: si enim infinitum dicitur prout est possibile, diuidi aliquid in minus, & prout ex opposito diuisioni, potest fieri appositio in maius: ergo infinitum secundum propriam eius rationē est potentia ad totum & non actu, & sic est imperfectum sicut materia non habens formam, vide D. Tho. vbi quærit si Deus est iufinitus, & quæst. 12. art. 1. in respon. ad 2. ostendit quomodo infinitum se tenet ex parte materię & est ignotum, & primo cont. gent. c. 38. ubi Auctor enucleat quomodo infinitum repugnat fini, & 2. contra gen. c. 81. & Zimmar. Theor. 37.

2. metaphy. comme. 6. & 7. metaphy. commen. 5.

Quid est infinitum.

Totum & perfectum sunt idem.

Infinitū nō cōtinet oīa.

p. p. q. 7. per totam.

Quæstio septima, Vtrum possit dari multitudo infinita.

Neque enim, in numeris secundum diuisionem infinitus est. Tex. LXI.



Queritur septimo. Vtrum possit dari multitudo actu infinita, & videtur ꝙ sic. Primo. Mundus est eternus secundū mētem philosophi octauo phys. in principio. Item secundum etiam mentē Aristo. vt 3. de anima ostendetur. Anima intellectiua, est perpetua: ergo præcesserunt infiniti homines & infinitæ animæ: ergo nunc sunt actu infinitę aīæ.

3. de aīa q. 10 eiusdem auctoris.

Secundo. Deus posset in quolibet instanti, initiante partem proportionalem vnius hore producere vnum hominem: ergo potest producere multitudinem actu infinitam; patet antecedens, quia ibi nihil assummitur diuinæ potentię repugnans: probatur consequentia. In quolibet instanti dicto, producitur vnum hominem: sed in finæ horę præcesserunt infinita instantia: ergo in finæ horæ, produxit infinitos homines in actu.

Tertio, potest Deus separare omnes partes magnitudinis adinuicem, & ponere illas in acto: sed in magnitudine sunt infinitæ partes: ergo potest facere infinitam multitudinem in actu.

Quarto. Quicquid potest Deus successiue producere, potest simul producere: sed potest infinita producere successiue: ergo potest infinita simul producere.

Quinto. Sunt quædam experientię, prima est de igne spherico, posito in medio mundi & non impedito; qui cū non sit maior ratio ꝙ ascendat versus unā partem cœli, quàm versus aliam, mouebitur ad omnem partem cœli: qđ non potest esse nisi diuidatur secūdum quodlibet punctum eius, & sic fiat infinitum in actu.

Secunda, de uasę vitreo vniformiter concauo, in quo aqua prius calida congelatur. Nam, cum occupet tunc minorem locum quàm prius: ne detur vacuum, oportet vt frangatur vas: & cum non sit maior ratio, ꝙ frangatur in vna parte, quàm in alia: frangetur secundum infinitas partes, & sic dabitur infinitum in actu.

Tertia de filo vniformis resistentiæ per totum: cui si applicentur duæ potētiæ equaliter omnino trahentes ad oppositas partes: cum non sit maior ratio ꝙ frangatur in vno, quàm in alio puncto, in quolibet puncto fiet fractio, & sic diuidetur in infinitas partes quarum quælibet erit in actu: ergo &c.

Duplex est diuisio vna formalis alia materialis. D. Th. 3. ph. tex. 68.

Ad euidentiam huius difficultatis aduertendum primo vt ponit S. Tho. ꝙ duplex est diuisio: vna formalis quæ s. est per opposita quæ inquam consistit in hoc ꝙ hoc est hoc, & non illud verbi gratia. Homo est homo & non est planta: & ista causat multitudinē trāscendentem: homo. n. & planta. sunt duo transcendenter: eo ꝙ quodlibet est vnum secundum essentiam, & essentia vnius, non est essentia alterius. Alia est diuisio materialis, q̄ cōsistit in hoc, ꝙ hoc quantum; non est illud quantum & diuisio causat multitudinem de genere quantitatis, quę dicitur numerus: ex hoc. n. ꝙ hoc quantum non est illud: sequitur ꝙ sint multa quanta, philosophus: ergo dicit, ꝙ numerus de quo loquitur non est separabilis a decisione. Nam numerus de genere quantitatis, resultat ex diuisione continui.

Tex. 68.

Ex quo patet ꝙ Philosophus nō loquitur hic de multitudine: aut de infinito in rebus immaterialibus, de quibus non dicitur numerus de genere quantitatis: sed loquitur tantum de infinito, secundum ꝙ inuenitur in rebus materialibus: propter quod non videtur repugnare principijs Philosophi, dari multitudinem actu infinitam in rebus immaterialibus: hic. n. & in primo cœli loquitur solum de infinito materiali: sed licet non repugnet principijs ab eo positis, vbi loquitur de infinito, repugnat tamen veritati.

Non repugnat de mēte Ari. dari finitum, in immaterialibus, secus in materialibus.

Tex. 33. & infra.

Sciendum secundo. ꝙ Auicenna & Algazel, existimauerūt impossibile esse multitudinem per se ordinatam esse actu infinitam: non autem multitudinē per accidens. Primum probatur sic. Multitudo per se infinita: est quæ requiritur ad causandum aliquid sic ꝙ istud non potest agere sine alia: nec illud sine alio, & sic in infinitum: sed hoc est impossibile: quia secūdum mentem philosophi nō procedit in infinitum in causis essentialiter ordinatis: tunc. n. generatio numquam compleretur, cum non possint infinita: ergo &c. Secundū autem probatur sic. Esse plura & infinita, quorum vnum non dependet ab altero, non est inconueniēs: sicut ꝙ faber vtatur pluribus malleis & infinitis, si infinito tempore duraret, non est inconueniens: sed multitudo infinita per accidens est huiusmodi: ergo nullum inconueniens est esse talem multitudinē, sicut infinitos homines, infinitas arbores,

Opinio Auicen. & Algazelis.

2. metaphy. tex. 5. usque ad 14.

Probatio ad an res.

res: & similis. Verum q̄ istud non solum repugnat veritati: sed etiā Arist. & commentatori ex sequenti fiet manifestum.

Quare ponuntur tres conclusiones. Impossibile est dari multitudinē actu infinitā in rebus materialibus etiam per accidēs ordinatis.

Prima est impossibile est dari multitudinem actu infinitam, in rebus materialibus & per accidēs ordinatis. Probatur. Multitudo rerum materialium, causatur ex diuisione continui: sed diuisio continui, numquā est tota in actu ergo nec multitudo infinita est vnquā tota in actu maior & minor est phil. 3. Phys. tex. 57. & 59.

Secundo omnis multitudo materialis in actu est in aliqua specie numeri: sed multitudo infinita non est in aliqua specie numeri: ergo &c. Probatur minor omnis species numeri est multitudo mensurata per vnum: nam vt dicit philosophis Numerus est vno plura: Tex. 68. sed multitudo infinita non est mensurata per vnum: quia contra rationem infiniti est esse mensuratum: ergo &c.

Sed diceret fortasis q̄ poneret multitudinem infinitam: illam non esse numerum: sed multitudinem transcendentem: & ideo non esse per vnum mensurarum.

Sed contra: quia in eodē genere ponuntur vnum & multitudo sibi correspōdentia: sed vnitas rei materialis est in genere quantitatis. ergo & multitudo earum talis autem est numerus: ergo etc. Vnde licet secundum D. S. hęc S.Tho. expo si. Tex. 41. ratio sit probabilis ad probandum non esse simpliciter multitudinem infinitā non tamen ad probandum multitudinē immaterialiū rerum, non esse infinitā.

Tex. 57. Tertio. Illud de cuius ratione est esse actum permixtum potentie, non potest esse totum simul in actu: sed de ratione infiniti est, esse actum per mixtū potentiæ. ergo &c. minor est philosophi maior etiam est euidens. Nam, ex opposito prædicati, infertur oppositū subiecti: Si enim est totum simul actu sedem omnes partes suas: ergo non est in actu admixto potentiæ. Impossibile est dari multitudinē actu infinitā in rebus immaterialibus.

Secunda conclusio est: ista. Impossibile est dari multitudinem actu infinitam in rebus immaterialibus.

Probatur primo. Vbi ex nouo actu resultat noua potentia: ibi totum non potest esse simul in actu. sed ex additione vnitatis ad numerum preexistentem. resultat noua potentia: quia semper addita vnitate numero: adhuc remanet potentia vt illi numero addatur alia vnitas: ergo etc. Ista est ratio quā adducit Commentator hic. Comment. com. 69.

Secundo, tot sunt substantiæ immateriales. quot possunt esse: quia in perpetuis non differt esse & posse, dicitur secūdo q̄d nō sunt infinite substātiæ immateriales: vt patet secundum philosophū inuestigantem numerum subiectarum separaturum secundum numerum motuum orbium celestium. ergo non possunt esse actu infinite. 2. phy. Te. 11. 5 metaphy. a Tex. 4. usque ad 48.

Tertio arguitur rationibus. S. Tho. Prima est. Omnē, multitudinē oportet esse ī aliqua specie multitudinis: sed q̄libet species multitudinis est finita: ergo &c. maior ꝓbatur. Omne indiuiduū existens in aliquo genere, est in aliqua eius specie: quia genus nō inuenitur in indiuiduis: nisi per differentiā limitatā: ergo &c. minor vero probatur, species multitudinis sunt speciebus numerorum proportionate. sicut n. dicimus binarium ternariū &c. & duo & tria in rebus materialibus. ita in rebus immaterialibus: sed quelibet species numeri est finita: quia est multitudo facta per vnum: ergo &c. S.Tho. 1. q. 7. art. 4.

Aduertendū autem q̄ ista ratio non est

Ratio q̄ facit D. Th. 1. parte q. 7. ar 4. non est ill quam facit philos. 3. phys. ad probandum nō dari multitudinē actu infinitam. est illa quā philosophus facit superius ad probandum primam conclusionem quam adduximus. In illa n. assumitur quòd numerus, est multitudo mēsurata per vnum; in hoc autē q̄ numerus est multitudo facta per vnum: hæc autem sunt longe diuersa: vnitas n. mensurat: quia per sui multiplicationē reddit præcise numeri quantitatem, facit autē & cōstituit numerū, quia aliqua vnitas: ponit ipsū in spē numeri determinata: addita n. vnitate binario fit tenarius, et vnitate addita ternario efficitur quaternarius, unitas ergo præcedenti numero addita spēm sequētis numeri cōstituit, & hoc intendit. S. Tho. in illa propositione. Numerus est multitudo facta per vnū. Ex qua arguitur ad propositum, oīs multitudo facta per vnum est finita; sed omnis numeri spēs est hmōi: ergo &c. minor Probatur quia unitas addita uni spēi numeri, aliā speciē cōstituit, qua subtracta nō est amplius illa spēs, maior autem probatur multitudo facta per vnum habet vnitatem qua addita alijs constituitur eius species, et qua subtracta destruitur: sed in multitudine infinita non est dare talem vnitatē; quia ibi nulla vltima est: ergo nulla multitudo infinita est facta per vnum: ergo nulla facta per vnum est infinita.

Si dicatur q̄ illa proposito. Numerus est multitudo facta per vnū habet, veritatem in numero finito, non autem in numero infinito.

Contra ex multis non cōstituitur aliquid vnum per se, nisi vnum se habent vt potentia & alterū sicut actus. s. quilibet numerus est quoddā vnū simpliciter, alioquin nō esset species determinat generis, & cōstituatur ex multis unitatibus. ergo oportet ibi esse aliquā

Quomodo Propositio S.Th. Numerus est multitudo facta p unū intelligenda.

quę sit actus et forma. ergo quilibet numerus habet vnitatem a qua formaliter constituitur. Sic ego illam. S.D. rationem intelligo.

Secunda ratio est. Omne creatū sub certa intentione creantis comprehenditur, sed omnis multitudo existens in actu est creata: ergo omnis multitudo existens in actu sub certa intētione creantis comprehenditur: ergo est numerus determinatus rerum creaturum. Probatur maior quia nullum agens in vanum operatur.

Sicut vnaq̄que res creata a Deo est intenta determinata a Deo, ita & numerus. Ad euidentiam huius rationis considerandum q̄ supposito q̄ omne a Deo sit ab ipso creatum & productū: sicut vnaqueq; res creata est intenta a Deo ita et numerus est a Deo ītētus sicut. n. determinauit ꝑcedere ſbtias, ita determinauit numerū creaturarū ꝑcedere.

Considerandum secūdo q̄ agēs agere in vanum dupliciter potest intelligi. Vno modo quia operatur ad aliquem finem & illum non cōsequitur, sicut ambulās ad balnea vt lauetur, si impediatur ne lauetur: dicitur frustra & in vanum ambulasse. Alio modo, quia non operatur ex intentione alicuius certi, & determinati: sed in incertū opatur, sicut si diceremus aliquem a casu ambulare absq; intētione cuiuscūq; finis.

Finis est duplex .s. operationis & rei operate. Sciendum tertio q̄ duplex est finis .s. operationis & rei operate, sicut finis domificationis est domus, finis uero domus est operatio. Maior ergo propositio est intelligenda q̄ omne creatū est determinatum ab intentione creantis, quia videlicet non intendit creans aliquod cōfusū & indistinctū, sed aliquid certum & determinatum, non. n. producens domū intendit domum indeterminate producere, sed domum talē tante quātitatis, & talis figure, et nō solū

intendit in ipsa multitudinem habitationum indistincte: sed tot habitationes in ipsa vult producere & non plures: sicut autem est in istis agentibus particularibus, ita est & in agente videlicet: non enim intendit aliquid incertū: sed aliquid certum & determinatum: probatur autem hæc maior propositio, per propositionem assumptam exponē do ipsam in secundo sensu: non autē in primo: nā in primo, neque esset ad propositum, neque in se esset vera: multa .n. operantur ad aliquem finem, quem ipsum non consequūtur: in secundo autem est vera, & probatur propositū: vera quidem quia vt dicitur 2. physi. Omne agēs agit propter finem scilicet tam operationis q̄ rei operate. Probat autem propositum, quia si creatum nō esset certum & determinatum in intentione creantis: tunc creans in vanam ageret, eo q̄ non intenderet aliquid certum & determinatum in suo opere: & sic non operaretur ex intentione alicuius finis intrinseci, & ideo quod eueniret esset a casu: sicut si domificator intenderet domum tantum, et non determinatam domum: quicquid determinatum fieret eueniret a casu: nullum autem creatum a Deo, potest a casu euenire: neque creās potest in vanum operari: ergo oportet vt creans aliquid certum & determinatum intē dat, cum ergo multitudinem creaturarum producat & creet: oportet & intendat certam & determinatam multitudinem, & sic necesse est, vt omnis multitudo existens in actu, sit certa et determinata: & per consequens nō potest multitudo in actu existens esse infinita. Et sic patet hanc S. Tho. rationē quæ superficialiter intellecta videtur: parum efficax, si bene intelligatur efficacissimam esse.

2. phys. Tex. com. 49

Ratio efficacissima D. Tho.

Tertia conclusio est. Numerus est augumentabilis in infinitum: ita q̄ per appositionem contingit excedere quā tumcumque numerum finitum. Proba tur de mente Philosophi. Numerus causatur ex diuisione continui: sed continuum diuiditur in infinitum: ergo numerus illarum partium augmentatur in infinitum.

Numerus é augmētabilis in infinitum in q̄ q̄ appositionē contingit excedere quam tumcumq; numerū finitum.

Secundo. Si numerus non esset augmentabilis in infinitum: sequeretur q̄ esset dabilis aliquis numerus, quo maior dari non posset, sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas, verbi gratia, numerus centum milia hominū maximus numerus. Tunc sic. Potest generari alius homo, quia nihil apparet huic repugnans: ergo ille non est maximus numerus: et sic argueretur de omni alio numero: ergo &c.

Ad argumenta in oppositum respō detur. Ad primum dicitur q̄ ista tria, non possunt stare simul .s. Mundus est æternus, quantum ad omnes species. Anima intellectiua est immortalis: & nō datur infinitū in actu: quæ tñ videntur esse de mente philos. ideo ne videatur philosophus sibijpsi cōtradicere, dicendum est, q̄ licet posuerit mundum esse æternum, non tamen posuit hominem ęternum, potest enim mundus esse æternus, quantū ad corpora cælestia & intelligentias: & aliquas species materiales: & tamē homo non esse ęternus. Et si alicubi videatur velle, q̄ generatio hominis est æterna ponit illud tamquam probabile aliquibus antiquorum philosophorum non tamquam verum.

S. phys. in princ. 3. de anima, Tex. 20.

Sed contra istam respōsionem instari potest sic. Ratio qua vtitur philosophus ad probandum motum esse æternum, etiam valet ad probandum hominem

nem esse æternum: ita .n. sequitur quòd Deus mutetur, si producitur homo in tempore, sicut si producitur motus in tēpore, quia non est maior ratio de vno quàm de altero: hoc aūt reputat Philosophus inconueniens: ergo &c,

Rospondeo quantum mihi pro nunc occurrit, quòd nō omnes rationes quas philosophus adducit ad probandum perpetuitatem motus, tamquam rationes demonstratiuas inducit: Sed aliquas saltem tamquam probabiles: vnde illa quæ adducitur non habetur pro demonstratione, sed pro ratione probabili: Nam forte, aliqui philosophi negantes æternitatem mūdi, concedebāt nihil posse nouiter ab aliquo produci; nisi per aliquam agentis mutationem: ideo ratio illa, erat efficax aduersus illos: licet non sit demonstratio simpliciter. Respondetur secundo iuxta prædicta secundum mentem S. Tho. & melius, quòd infinitum in actu in rebus immaterialibus, non repugnat ei quoà dixit hic philosophus: quia hic loquitur de infinito materiali, secundum q̄ causatur ex diuisione continui; et similiter vbicumque loquitur de infinito, non facit autem mentionem de infinito in rebus immaterialibus existente.

Deus in quolibet instanti diuisim, potest producere unū hominem.

Ad secundum dicitur quòd Deus in quolibet instanti diuisim, potest producere vnum hominem, idest assignato vnoquoque instanti per se Deus potest vnum hominem producere: non tamen potest in omnibus coniunctim, idest in hac & in illo; ita quòd in omnibus producat hominem unum, non propter defectus virtutis diuinæ: sed quia repugnat ex parte facti: repugnat enim aliquid esse in natura, quod non sit ad aliquam speciem determinatum: argumē tum autem procedit in secundo sensu in quo negatur antecedēs: si autē antecedens intelligatur in primo sensu negatur consequentia, probatio autē adducta non valet, quia procedit in secundo sensu.

Ad tertium dicitur, q̄ antecedēs est falsum: licet enim vnamquamque partem secundum se cōsideratam possit se parare, non tamen omnes.

Ad qnartum negatur antecedens. Quando aliquibus repugnat simul esse, sicut dicitur de partibus infinitis, quibus repugnat esse actu: vnde etiā, non potest Deus separare omnia puncta existentia in potentia in linea, quia licet non sint partes lineæ: tamen ipsis repugnat simul esse actu.

Sed contra istas responsiones arguitur sic: quando vnumquodque pluriū potest esse & vnum non tollit alterū: illa plura possunt simul esse, sicut Sor. & Pla. sed vnaquæque pars quantitatis potest esse actu, & vna non tollit alteram: ergo omnes illæ partes possunt simul esse.

Respondetur, quòd licet vnaquæque partium infiniti per se considerata, possit per se esse: non tamen vt est pars infiniti, eo q̄ toti infinito repugnat esse: vnde si maior intelligatur in isto sensu quando vnumquodque plurium potest esse vt est pars alicuius totius et vnum non tollit alterum, tunc illa possunt simul esse, conceditur: sed tunc negatur minor: Si autem intelligatur absolute, negatur: quia falsa est de partibus totius, cui repugnat esse totū simul.

Ad primam experientiam dicitur, quòd ignis ad illam partem cœli ascendet, in qua maior erit influentia cœli, vel dicendū, quòd non mouebitur, propter æqualem inclinationem ad omnē partem cœli.

Ad secundam dicitur, quòd aquæ pars resoluetur in aerem, aut a calore, a natura vniuersali, & sic non dabitur vacuum.

Potest etiam dici ꝙ quia superiores partes vasis comprimunt medias vel inferiores, in illa parte fiet fractio, vbi erit maior compressio.

Ad tertiam dicitur, quòd filum in medio frangetur, quia ibi fit maior concursus ambarum potentiarum, aut in aliqua alia parte. Si in illa cõting at maiorem ipsarum virtutum concursum fieri.

ADDI.

p. p. q. 46. ar. 2. Circa primum argumentum, nota quod est difficile & utitur eo D. Th. vbi quæritnum sit articulus fidei mundum incepisse, & inter alia argumenta aducit hoc: quia de mẽte Arist. primo cœli, & primo de gener. mundus est ęternus, & generatio quoque est æterna, & sic infiniti homines, pręcesserunt; sed anima hominis est immortalis: ergo infinitæ animæ humanæ nũc essent actu, quod est impossibile: ergo ex necessitate sciri potest, ꝙ mundus inceperit, & non sola fide tenetur: & respondens D. Tho. huic argumento, dicit quòd ponentes mundi æternitatem multipliciter effugiunt uim huius argumenti: quidam non reputant imp. esse infinitas animas actu, vt patet in metaphys. Algazelis dicentis hoc esse infinitum per accidens, sed hæc opinio non placet D. Tho. hinc impugnauit eam fortissimis rationibus, propterea ponit opinionem Theophrasti dicentis, animas humanas cum corporibus penitus interire, quam opinionem sequutus est Petrus Pomponatius Mantuanus, in tractatu suo de animę immortalitate, quam etiam fassus est Reuerendissimus noster Caietanus, vbi tenẽs hanc fuisse intentam ab Arist. procter fundamentum iactum ab eo primi de anima, si anima habet operationem propriam, est separabilis, & sin autem non, & in commentarijs, audacter confitetur quòd D. Tho. ademit sibi omnem viam concordiæ cum doctrina Arist. siquidem S. Tho. putauit Arist. tenuisse animas intellectiuas immortales, & innmeratas secundum numerum corporum, & iam omnibus notum est Arist. tenuisse generationem æternam, ex quibus liquido sequitur, animas humanas esse actu infinitas, quòd tamen negat D. Tho. in doctrina sua, quasi dicat melius est tenere ad mentem Arist, animam esse mortalem quam immortalem, immo in commentarijs suis, super epistolam ad Romanos tenet quoque animam esse immortalem, esse articulum fidei, propter quod valde reprehenditur, a Reuerendissimo Cano. in locis Theologicis, & de facto dignus est repræhensione, mirum est enim tãtum virum præditum tam perspicaci ingenio incidisse in hunc manifestum errorem. Recitat opinionem aliam D. Tho. pro solutione huius dubij, & est ipsius Alex. volentis de omnibus animabus remanere aliquid vnum separatum, quod est omnibus commune, scilicet intellectus agens, vel cum ipso intellectus possibilis, vt voluit Auer. recitat quoque opinionem Pythagoræ, & Platonis asserentium animas in sua multitudine, post corpora remanere, sed ne hi philosophi cogerentur ponere infinitatem animarum, dixerunt animas easdem diuersis corporibus vniri post determinatum tempus, quam opinionem refert. D. Augustinus, ultimate D. Thom. soluens iuxta opinionem suam, hoc argumentum, dicit quòd hæc est ratio particularis, vnde posset dicere aliquis, quòd mundus fuit æternus, vel saltim aliqua creatura, vt Angelus non autem homo: nos autem intendimus vniuersaliter, an aliqua creatura fuerit ab æterno, verum quia hæc responsio patitur difficultatem, quia si homo non fuerit ab æterno, tunc ipsi vniuerso deficeret nobilissima specierum, & sic mundus esset imperfectus, & mancus quo ad humanam speciem, propterea negauit mundum esse æternum, quo posito fidei catholicæ professores, nullam patiuntur difficultatem, vel substinendo vtrumque, & quòd mundus sit æternus, & quòd anima sit immortalis, dicitur quòd Aristo.

Opinio Algazel. p. p. q. 7. ar. 4

Opinio Theophrasti. Pomponatius.

Caie. 3. de anima. tex. 10 Tex. 11.

R. P. q. 7. ar. 4.

Auerr. 3. de asa comm. 5 & 36.

Pythagoræ & Platonis opinio.

Aug. lib. de hæresibus c. 46. tom. 6. & etiam sermone de tẽpore 143. tom. 10.

Con. g. c. 81.

3. phys. tex. 4. 1. cœli. tex. 54. Aristo. non negat infinitum in rebus immaterialibus, quia 3. phys. & primo cœli, probat infinitum non esse actu in corporibus naturalibus, non autem in substantijs immaterialibus, & si aliquando videtur ꝙ probet etiam in abstractis non dari infinitum, illa probatio currit contra Pythagoram, asserentem, dari numerum materialem separatum, & sic etiam corpus: Aliqui etiam per aliam viam conantur tueri Arist. & dicunt, ꝙ homo vtique fuit ab æterno, ne cogantur dicere mundum fuisse imperfectum, sed non statim cœpit generare, sed a certo tempore: verum hæc responsio non saluat generationem humanam esse æternam, sed tantum humanam speciem, deinde hæc responsio est uoluntaria, quia qua ratione dicis quòd homo nó genuit ab æterno eadem ratione dico ego de Leone & de alijs speciebus, & hęc

1. sent. dist. 1. q. 3. est responsio Scoti in 2. sent. Aliqui dicunt quòd datur infinitas animarum a parte ante, non autem a parte post: licet enim non detur prima anima producta, datur tamen ultima, cui potest fieri additio aliarum animarum, infinito autem repugnat dari primum aut ultimum, hæc responsio nulla est, quia licet sit deuenire ad ultimã animam productam, non tamẽ ad primam deueniri poterit, & sic sequetur, quòd ista multitudo erit quidem uersus nos finita quum habeat terminum, sed ascendẽdo erit infinita, quia incipiendo ab hac ultima ascendendo, numquam poterit ad primam & ad terminum peruenire, ista autem infinitas animarum ascendendo versus producentem, sufficit ad hoc, vt sit multitudo actu infinita, quia multitudinem actu finitam vocamus illam, quę est simpliciter terminata, ita ꝙ est in aliqua specie mensurata & certificata siue facta per vnum, vt possimus dicere ꝙ hæc sint tot, & non plures, hoc autem non potest multitudini ex una parte infinitæ siue inquam a parte ante, siue a parte post conuenire, propterea melior responsio quæ dari potest huic argumento est uel dicere quod, non inconuenit in doctrina Aristo. dari infinitum in separatis a materia, uel dicendum ꝙ est ratio particularis, quia stat ꝙ mũdus sit æternus cum inceptione hominis, licet enim demonstrari possit hominem incœpisse non tamen mundum ipsum & ideo ꝙ mũdus incœpit est articulus fidei, hęc dicere possumus saluando Aristo. tenentem non dari infinitum in actu in sensibilibus tantum, non tamen negantem in abstractis sed in doctrina S. Tho. negatur infinitas etiam in abstractis ut patet in q. de uer. q. 2. art. 10. & quolib. 9. ar. 1. & p. p. q. 7. ar. 4. & 1. sent. dist. 43. q. 1. ar. 1. implicat ex parte facti ꝙ detur infinitum in actu licet non implicet ex parte Dei.

Quæstio Octaua, Vtrum detur infinitum in potentia.

Infinitum quidem igitur hoc est, cuius quantitatẽ accipientibus, semper est aliquid accipere extra.

Text. LXIII.

p. p. q. 7. art. 4. ueri. q. 2. artic. 10. & quol. 9. ar. 1



Væritur octauo. Vtrum detur infinitũ in potentia, & videtur ꝙ non. Primo. Omne quod est in potentia, potest reduci ad actum: potentia. n. dicitur per respectum ad actum. sed infinitũ non potest reduci ad actum, vt dictum est in præcedentibus quæstionibus: ergo non datur infinitum in potentia.

Secundo. Cuiuslibet rei naturalis datur minimum vt dictum est: ergo magnitudo naturalis, non est diuisibilis in infinitum, & per consequens in ea non est infinitum in potentia.

Respõdeo, ꝙ datur infinitũ in potẽtia secundũ diuisionẽ in magnitudine, et secundũ appositionẽ in multitudine.

Pro declaratione primę partis istius conclusionis sciendum. Primo quòd

de

de ratione quãti est diuisibilitas, vt patet quinto metaphys. Diuisibilitas autem; in infinitum conuenit quanto, eo quòd habet infinitas partes in potentia: vnde diuidendo continuum successiue, oportet diuisionem procedere in infinitum.

Continuũ habere infinitas partes in potentia potest habere triplicem sensum.

Sciendum secundo, quòd continuum habere infinitas partes in potentia, potest habere triplicem sensum. Primus est, vt ly in potentia determinet illud verbum habere; & tunc continuum habere in potentia infinitas partes, est illud posse habere infinitas partes. Secũdus est, vt ly in potentia determinet illum terminum partes, adhũc sensum quòd continuum habet infinitas partes potentiales scilicet quarum nulla secũdum se est hoc aliquid præcisum: nec cum alijs facit vnum hoc aliquid, & vterque istorum sensuum falsus est. Tertius est, vt ly in potentia determinet ly partes: ad istum sensum quòd cõtinuum habeat infinitas partes, quarũ nulla existit per esse proprium: ipsum enim totum constitutum ex partibus, est id quod habet esse partes, aut existunt per esse totius, & hic sensus est verus.

Cõtinuum potest diuidi & in partes eiusdem proportionis & eiusdẽ quantitatis.

Sciendum tertio, q̃ continuum potest diuidi dupliciter. Vno modo in partes eiusdem quantitatis. Partes eiusdem proportionis sunt illæ, quæ habent eandem proportionem ad tota quę immediate diuidunt, sicut si aliquod totũ diuidatur in duas medietates, illę partes comparantur ad totum in proportione sub dupla, si iterum medietas diuidatur in duas medietates: medietates illius medietatis, ad ipsam in proportione sub dupla comparantur. Vnde partes illæ dicũtur eiusdem proportionis esse, partes vero eiusdem quantitatis dicuntur, quarum vna est æqualis alteri in quantitate, sicut si ab vno toto remoueatur vnus palmus, & a residuo vnus alius palmus, illi duo palmi sunt partes eiusdem quantitatis. Dicitur ergo q̃ magnitudo est diuisibilis infinitum in partes eiusdem proportionis, ita scilicet quòd quacumque diuisione data, adhuc potest alia similis dari, & sic in infinitum: ita tamen q̃ numquam potest peruenire ad vltimã diuisionem; & hoc est verum de magnitudine tam naturali quàm mathematica secundum Commentatorẽ. Hæc autem diuisio, licet non possit fieri realiter, propter defectum instrumẽtorũ, aut visus non valentis aliquam paruã quantitatem per modum diuisibilẽ penetrare, vel etiam, quia per diuisionẽ deueniretur ad aliquam quantitatem ita paruam, quòd forma substantialis sub minori stare nõ posset, & sic si vlterius diuideretur corrumperetur, potest tamen fieri secundum intellectum, eo quòd quælibet pars habeat aliã minorem se, sibi existentem. Auer. cõ. 60.

Probatur: ergo ista prima pars conclusionis. Si magnitudo non esset diuisibilis in infinitum, oporteret per diuisionem peruenire ad aliquid indiuisibile, sed hoc est falsum: ergo &c. patet consequentia, quia oppositum consequẽtis repugnat antecedenti, nam non peruenire ad indiuisibile, & magnitudinẽ non diuidi posse modo dicto in infinitũ repugnant, probatur falsitas. Si in diuisione magnitudinis peruenireturad indiuisibile, tunc magnitudo componeretur ex indiuisibilibus: vnumquodq; enim componitur ex his in quę resoluitur, sed hoc est falsum, quia indiuisibile additum indiuisibili non facit maius: ergo &c. Confirmatur ista ratio ex

Tex. com. 2.

ex definitione continui posita in primo cœli vbi dicitur. Continuum quidem igitur est quod diuisibile in semper diuisibilia.

Multitudo licet sit infinita in potẽtia nõ tamẽ est infinita secundũ diuisionem sicut magnitudo.

Quantum ad secundam partem cõclusionis, sciendum quòd multitudo licet sit infinita in potentia non est tamẽ infinita secundum diuisionem sicut magnitudo: multitudo enim & numerus plures vnitates tamquam partes continet, vnde cum vnitas sit indiuisibilis, diuisio numeri ad indiuisibile terminatur; sed est infinitus in potentia secundum appositionem, ideſt q̃ quocumque numero dato: potest dari maior, & illo dato adhuc põt dari maior, & sic in infinitum, ita q̃ nũquam peruenitur ad vltimum numerũ. Probatur ista pars. Numerus causatur & augetur secundum diuisionem continui, vt dictum est superius; sed continuum est diuisibile in infinitum: ergo & numerus est augmentabilis in infinitum.

Attendendum autem cum dicimus, magnitudinis diuisionem, & numeri augumentationem esse infinitã in potẽtia, q̃ duplicẽ habere sensum põt, vnus est, q̃ potest esse actu simul infinita diuisio magnitudinis, & infinita numeri augumentatio: & hic sensus est falsus vt patet ex philosopho. Alius est, q̃ diuisio magnitudinis & similiter numeri appositio: numquam est tota simul, sed posita vna diuisione in actu, remanet potentia ad aliam diuisionem. & sic in infinitum. Similiter facta appositione ad numerum præcedẽtem, remanet potentia ad aliam appositionem in infinitum, & iste sensus est verus & intentus a philosopho. Vbi notandum secundum Simplicium, q̃ cum potẽtia dicatur ad actu; quot modis dicitur esse in actu, tot modi, dicitur esse in potentia. Esse autẽ actu dicitur aliquid uno modo, quia totum simul secundum oẽs suas partes. sicut homo domus & alia permanẽtia. Alio modo quia fit & suũ esse in fieri consistit, sueque partes non sunt simul, sed successiue, sicut ludus. et dies. Similiter ergo esse aliquid in potentia dupliciter dicitur. Vno modo, quia totum, secundum omnes suas partes simul esse potest, sicut dicimus esse in potẽtia statua. Alio modo, quia potest esse tamquam in fieri & successiue esse habens. Sicut dicimus posse esse diem, aut ludum & similia. Cum ergo dicimus diuisionem magnitudinis esse infinitam in potentia, intelligitur nõ primo modo quasi videlicet omnes huiusmodi diuisiones simul esse possint, sed secundo modo quia. s. potest diuisio magnitudinis successiue in infinitum fieri. Similiter dicitur de additione numerorũ quæ est infinita in potentia.

Sciendum secundo, q̃ ratio huiusmodi infinitatis in potẽtia est, quia ens actu cuius esse est in fieri, cum actu sem per habet coniunctam potentiã & nũquam actus a potentia separatur, ideo quando secundum vnam partem est in actu; secundum aliam est in potentia, & propterea in infinitum proceditur. Quia ergo posita vna magnitudinis diuisione, in actu in parte remanente, est potentia ad aliam diuisionem, & illa posita in actu, remanet potẽtia ad aliã, ita q̃ nunquam deuenitur ad vnam diuisionem, cui non sit ad aliam diuisionem coniuncta potentia, cũ diuisio semper fiat in quanta, & consequenter indiuisibilia: ideo in diuisione magnitudinis, in infinitum proceditur. Idem dicitur de infinita additione in numeris suo modo, vnã. n. additione ad numerũ in actu posita, illi potentia ad aliam ad

ditio-

ditionem est coniuncta, & numquã una additio ponitur in actu, cui non sit coniũcta potentia ad aliam, & propterea in tali additione in infinitum procedit-ur, & dicitur ibi esse infinitũ in põtia.

Ad argumenta in oppositum, respõdetur. Ad primum dicitur primo vt immediate dictum est ꝙ non dicitur aliquid infinitum in potentia, quia habeat potentiam ad hoc, vt sit actu simul secundum se totũ, sed quia in ipso est potentia ad aliquid infinitũ habendo semper actum potentie admixtum.

Dicitur secundo ad maiorem ꝙ est vera ad hunc sensum ꝙ id quod est in potentia potest reduci in actum eo modo quo est in potẽtia si conuenit alicui esse in potentia ad hoc ut sit actu simul secundum ones partes suas, potest reduci ad actum ut simul secundum omnes partes suas sit in actu, sicut est Sor. aut Plato. Si autem conuenit alicui esse in potentia, non ad hoc vt simul secundũ omnes partes suas sit in actu, sed successiue, tunc reducitur ad actum successiue, sicut dies qui successiue in actum reducitur, non autem totus simul. Modo dicitur ꝙ infinito non incõuenit esse in potentia. primo modo, se secũdo modo tantum, ideo non sequitur, ꝙ possit esse actu totũ simul s. bene ꝙ possit esse actu successiue per partẽ post partẽ in infinitum, & hoc non negamus.

Ad secundum dicitur vt dictum est in primo, ꝙ licet, cuiuslibet rei naturalis detur minimum per se subsistens: ita quod minus illo non posset subsistere in tali natura: tamen non datur minimum inexistens; nam dato quocumque, adhuc datur minus illo existens in toto, eo quòd quælibet pars sit diuisibilis, & omnis pars sit minor suo toto.

ADDI.

Circa illam probationem, qua probatur prima pars conclusionis, si magnitudo non esset diuisibilis in infinitum, oporteret per diuisionem peruenire ad aliquid indiuisibile & cet. ualde considerandæ sunt rationes illorum, qui asserunt magnitudinem componi ex indiuisibilibus, propter auctoritatem Arist. ubi loquens de linea, & de punctis; ait ꝙ substantia lineę est ex his, & quia unumquodque componitur ex illis, ex quibns est sua substantia; si substantia lineæ est ex punctis: ergo aliqua magnitudo est ex indiuisibilibus, & sic probatio adducta erit nulla, & confirmatur: quia sicuti si habet unitas ad numerum ita punctus ad magnitudinẽ· sed numerus est compositus ex unitatibus; quia numerus est multitudo aggregata ex unitatibus, uel numerus est multitudo mensurata per unum, ut scribitur, & sic sequitur ꝙ aliqua magnitudo est ex indiuisibilibus, & propterea ut appareat tum ueritas rei, tum etiam & efficacia rationis; suas ꝙ duplex est compositio, una quę dicitur essentialis, qua aliquid componitur ex partibus essentialibus, ut homo qui componitur ex corpore, & anima, alia est compositio quantitatiua, qua componitur, aliquid ex partibus quantitatiuis, ut domus ex tecto fundamento & parietibus, differunt autem partes essentiales a partibus quantitatiuis, primo quia partes essentiales non sunt eiusdẽ rationis inter se, nec cum toto penitus, quia una pars essentialis est potentia, uel ens in potentia aliquo modo, & alia est actus: ut patet de materia & forma, quę sunt propriæ partes essentiales substantię compositæ: partes uero quantitatiue sunt eiusdem rationis saltim in aliquibus compositis, ita ꝙ una earum nõ est propriæ actus nec perfectio alterius, sed ambe sunt in toto in potentia, ueluti partes quantitatiue aquę sunt eiusdem rationis & naturæ: quia quælibet est aqua, & sic in alijs omogeneis. Rursus est alia differentia, quia partes quantitatiue non sunt in eodem loco, sed

1. posterum c. de per se.

10. metaph. tex. 6. & p. p. q. 11.

Qđ est pars essentialis & quid quantitatiua.

sed in diuersis locis aliquo modo, ita scilicet ꝙ una est extra alia, vt caput & manus & huiusmodi partes; sed partes essentiales, sunt in eodem loco, vel saltim nõ in alio loco, nec vna est extra aliam secundum situm, vt materia & forma sunt insimul in eodem loco, vel non in alio & alio loco, ex hoc sequitur alia differentia; ꝙ totum compositum ex partibus quantitatiuis, est in maiori loco quàm sua pars, vt totũ corpus hominis est in maiori loco quam caput: similiter autem & in alijs; sed totũ compositum ex diuersis partibus essentialibus, non est in maiori loco, quam vna suarum partium: alia quoque differentia sequitur, ꝙ una pars quantitatiua in aliquibus compositis bene potest remanere corrupta alia; sed in compositione essentiali propria, non quelibet pars potest remanere separata ab alia, nam separatio formæ materialis a materia est sua corruptio, vt scribit commentator in libro de substantia orbis contra Algazelem: scias adhuc quod differt linea secundum suam essentiã absolute, & linea terminata, nam essentia lineæ absolute, est dimensio qua aliquid extenditur secundum longum, & non secundum latum, nec profundum; hinc definitur linea est longitudo sine latitudine, non secundum subsistentiam, quia semper linea est coniuncta secundum esse subsistentiæ cum latitudine scilicet in eodem subiecto: sed secundum essentiam, quia essentia lineæ est alia ab essentia superficiei, seu latitudinis: linea vero terminata, est quoddam aggregatum, ex essentia lineæ, & ex termi nis, veluti homo albus ex essentia hominis & albedinis. Scias adhuc, ꝙ apud Euclidem definitur punctus sic; punctus est cuius pars non est; quibus iactis dilucidatur veritas huius dubitationis per has tres propositiones; videlicet linea nullo modo est composita ex punctis, veluti ex partibus quantitatiuis: quia partes quantitatiue ex quibus constituitur aliqua magnitndo, aut sunt sibi inuicem continue, aut contigue, aut consequenter se habentes, sed puncta nullo horum modorum reperiuntur in linea, ut patet: igitur propositio uera.

Com. in lib. de substantia orbis.

Definitio Euclidis.

Secunda propositio est, essentia lineę secundum se, non est composita ex punctis tamquam ex partibus essentialibus, seu compositione essentiali, quia si essentia lineæ haberet partes essentiales, quælibet illarum partium deberet esse id quo aliquid est diuisibile: nam linea primo est id quo aliquid est longum, sed punctum non est id quo aliquid est diuisibile formaliter, vt patet etiã tõsoribus & lippis, igit propositio vera.

Tertia propositio, linea terminata est composita, ex punctis, quadam compositione simili, compositioni essentiali, quia illud quod est compositum ex aliquibus diuersarum rationum, est compositum ex illis compositione essentiali (vt patet ex dictis) sed linea terminata est composita ex essentia lineæ, & punctis, & essentia lineę est alterius rationis, a punctis: igitur propositio vera; sed hæc compositio non est vera; compositio essentialis, sed ei similis, quia sicut per formam compositum distinguitur ab alio, ita linea distinguitur, ab alia linea per punctum terminantem; vnde puncta, se habent ad modum formæ. Quibus propositionibus declaratis; soluitur dictum Arist. 1. post. quod non fuit ad mentem eius, sed ad mentem antiquorũ tenẽtium lineam componi ex punctis, & de eis exemplis non requiritur verificatio, sed manifestatio, ad confirmationem dicas, quòd est similitudo in hoc, quòd sicut vnitas est principium numeri; sic punctus est principium lineæ aliquo modo, sed in alio est dissimilitudo, quia vnitas potest se habere ad aliam vnitatem aliquo modo, do conuenienti ad constituendum numerũ, scilicet consequenter: hoc tamen non potest dici de puncto (ut dictum est supra) ex quibus patet veritas rei & efficacia rationis Auctoris.

Expliciunt Quæstiones in Librum Tertium Physicorum.

INCIPIVNT QVAESTIONES IN LIBRVM QVARTVM PHYSICORVM.

Quæstio Prima. Vtrum locus sit terminus continentis immobilis primum.

Quare locus est terminus continentis immobile primum. Text. XLI.

CIRCA Quartum librum Physicorũ: quæritur primo, Vtrum sit ista conueniens loci definitio; locus est terminus cõtinẽtis immobilis primum, & videtur quòd non.

Cap. de quãtitate. Primo locus ponitur a philosopho in prædicamentis species distincta a superficie: ergo non est superficies, quæ est terminus corporis continentis.

Secundo. Illud est locus ad quod terminatur motus localis, sed motus localis terminatur ad vbi, non ad superficiem continentis: ergo locus est vbi, nõ autem superficies consequentia nota cum maiori, quia motus dicitur localis: eo q terminet ad locum, minor vero probatur, terminus motus est in mobili, sicut & motus: cum sint idem vt dictum est in tertio, sed superficies cõtinentis non est in eo q mouetur localiter, sed tantum vbi: ergo &c.

Pro hoc vide D. Th. p. q. 52. art. 1. & 1. dist. 31. q. 3. ar. 1. & 2. & 2. dist. 6. ar. 3. & 1 q. 3. ar. 19. & q. 11. q. 1. Tertio, Illa sunt eadem, quorum p se differentiæ sunt eedem, sed eædem sunt differentiæ per se loci, & positionis s. sursum & deorsum, ante & retro superius & inferius: ergo locus est positio, non autem superficies.

Quarto. Si loci est continere, quia est teminus cõtinentis, aut hoc est, quia totus locus per totum contentum procedit siue penetrat, aut quia extrinsece ipsum circumtegit: non primũ, quia tunc non esset vltima superficies continentis, non etiam secundum, tum quia tunc etiam vestis locus erit: cum & ipsa circumtegat hominem, tum quia talis superficies, aut totum continet cõtentum, aut eius tantum superficiem: non totũ, quia locum oportet esse equalem locato, illa autem superficies non est æqualis toti contento, cum illud trinam habeat dimensionem: non autem superficies quæ est terminus cõtinẽtis.

Si dicatur q superficies continentis est æqualis contento, secundum eius superficiẽ vltimam per quam est in loco.

Contra, Si totũ aliquid patitur aut agit per partẽ, oportet illud primo parti conuenire. Sicut si aliquid per superficiem dealbatur, oportet prius superficiem dealbari: superficies autem, non est in loco saltem per se: ergo &c.

Quinto, differentiæ loci sunt sursum & deorsum, sed deorsum non est superficies, sed centrum mundi, quod est indiuisibile: ergo locus non est essentialiter superficies.

Sexto, Proprium est loci conseruare: sed quantitas non habet conseruare

uare: ergo quantitas non est locus.

Septimo. Mutato corpore: mutãtur omnia eius accidẽtia, sed locus per te, est superficies corporis continentis: ergo mutato continente, mutabitur locus: sed contingit continens mutari, ipso etiam contento manente: sicut manẽte terra mouetur aer & aqua a quibus continetur: ergo & locum; ergo locus non est superficies immobilis.

Respondeo q ista est conueniens definitio loci; probaturq; ratione philoso-
4 phy. T. 51. phi. Illa definitio est conueniens per quam manifestatur essentia rei, & per quam possunt solui omnia opposita circa definitum; & per quam manifestãtur proprietates definiti: sed ista est huiusmodi: vt patet per totũ processum philosophi de loco: ergo &c.

Habet autem ista definitio, tres partes, quarum Prima est, q est terminus continentis. Secunda, contiuentis primum. Tertia, immobilis: vnde omnes istas partes oportet declarare, et sic tota definitio erit nota.

Tex. 35. usq; ad 39. Primam partẽ probat philoso. tali ratione. Locus aut est forma, aut materia, aut spatium inclusum intra latera continentis, aut terminus continentis: sed non est forma, nec materia, nec spatium, vt patet ex rationibus positis in litera: ergo est vltimum continentis.

Quodlibet corpus habet duas superficies vnã intrinsecam & aliã extrinsecam. Pro declaratione autem huius partis aduertendum primo, quòd cum corpus continens aliud corpus duas habẽt superficies, eius profunditatem terminantes: vnam s. intrinsecam, qua tangit vltimam extrinsecam superficiem corporis cõtenti: alteram vero extrinsecam qua ipsum non tangit locus: ergo vt ex Aristo. patet est terminus intrinsecus continentis. i. intrinseca superficies: qua tangit superficiem contenti: non aũt est exterior superficies.

Tex. 41.

Attendendũ secundo q superficies dupliciter considerari potest: vno modo inquantum superficies absolute, & sic non conuenit sibi q sit locus: non n. omnis superficies locus est. Alio modo inquantum cum ipsa duplex respectus cointelligitur, respectus cointelligitur, respectus s. continentis ad contentum: & respectus ad primum continens: ex quo dicitur in determinato situ vniuersi esse: & sic superficies, naturam & rationem loci habet.

Situs dupliciter accipi potest. Aduertendum autem q situs dupliciter accipi potest s. vt circumloquitur differentiam quantitatis, vt inquam dicit ordinem partium in toto, secundum q in toto vna præcedit aut subsequitur alteram, & vt est prædicamentum per se: secundum s. q dicit ordinem partiũ in loco; ita q partes locati correspondentibus loci. Cum ergo quilibet locus inferior, & sit pars vniuersi; & sit qd contentum a cælo: sicut locatum a loco: & iccirco possit habere ad primum continens ordinem: & sicut vna pars vniuersi habet ordinem ad aliam partem, & sicut locatum habet ordinem ad locum. Cum dicitur, q superficies continens, est locus secundum q, habet determinatum situm & ordinẽ ad primum continens, quod est cælum, accipitur situs: vt ad quantitatem pertinet, non autem vt est prædicamentum per se; ex eo. n. q talem distantiam ad cælum habet, & ad polos & centrum; rationem loci habet: respectum eorum quæ ab ipsa contiuentur.

Quo idẽ corpus existens in aqua iacte & terra sit in vno loco. Sed tunc occurrit dubium. Si. n. locus: est superficies, continens cum tali ordine ad uniuersum; sequitur quòd sit vnum corpus simul, in diuersis locis: verbi gratia. Si idem corpus, sit secum

dum unam partem, in terra: secundum aliam, in aqua: & secundum aliam, in aere. Nam alia, & alia erit superficies, & alius, et alius, ordo ad cœlum: sed hoc est impossibile: ergo &c.

Respondetur, ꝙ non est inconueniēs huiusmodi corpus secundum diuersas sui partes, in diuersis locis esse: licet enim partes, sint in toto in potentia, inquantum non existunt per proprium esse: sed tantum per esse totius, ponuntur tamē aliquo modo in actu: eo quòd vnaquæque habeat proprium locum, sicut si vnum corpus, secundum medietatem esset album, & secundum medietatem nigrum, illæ dnæ medietates, dicerentur aliquo modo in actu esse, inquantum vnaquæq; proprium esse accidentale haberet.

Respondetur secundo, ꝙ illud totū est in vno loco tantum: non autem in pluribus locis: licet .n. superficies sint diuerse, totum tamen habet primo, vnā distantiam ad cœlum, partes vero non habent propriam distantiam: sed distant, ipsa distantia totius: quæ partibus conuenit secundario, inquantum illud totum, quantitatiue constituunt.

Circa rationem ab Aristo. adductā, aduertendum ex Simplicio, quòd non est ratio demonstratiua, sed probabilis. Non enim accipit philos. tamquam necessariam diuisionem, ꝙ locus sit: aut materia, aut forma, aut spatium, aut superficies: Nam sunt multa alia eorū, in quibus alia sunt quę neque materia, neque forma, neque spatium, neque superficies sunt: totum enim in partibus, & partes in toto, & ista nullum sunt istorum: Sed tamquam secundum enumerationem opinionum de loco, quæ fuerunt de loco.

Quantum ad secūdam partem, qua dicitur, continentis primum, notandum ꝙ, vt habet hoc loco Philosophus, duplex est continens. s. commune, & proprium. Commune est quod plura continet: sicut cælum continet omnia ista inferiora. Proprium, siue primo continens, est quod ita continet istud, quod non continet aliud: neque ipsum contentum secundum aliquid sui ab alio continetur: sicut vas plenum aqua: primo dicitur continere aquam; quia nullum aliud corpus continet, neque istud corpus secundum aliquid sui cōtinetur ab alio: Vnde primo continere, est continere adæquate. ita. s. ꝙ nihil contenti sit extra continens, & cōtinens nihil aliud cōtineat, quàm id cuius dicitur esse primo continens Philosophus: ergo dum dicit locum esse terminum continentis; primum dat intelligere quòd definit locum proprium: non autem locum communem. Hæc dicta sunt latinum text. sequendo.

Continēs est. 8. c. f. cō: & proprium. phy

Tex. 41.

Sed attendēdum ꝙ ly, primum, adverbialiter positum in tex. latino, non haberi in græco: sed ponitur loco eius hoc nomen primus: tamquam adiacens huic substantiuo terminus. Ibi enim sic habetur. Quare continentis terminus immobilis primus: hoc est, locus: vbi Simplicius, per primum cōtinentis terminum: intelligit eius superficiem, quæ est proxima & immediata corpori cōtento, ipsumque tangit: Est enim id, quod dicitur in loco esse, non solum in interiori superficie continentis immediate corporis: verum etiam in interiori superficie, cōtinentis ipsum cōtinēs: sicut si lapis in aqua sit; aqua vero in acre; lapis, non solū in superficie aquę: verum etiam in superficie aeris continetur: uerumtamē quia illa superficies quæ cōtinet corpus, locans ipsum quod ponimus in loco esse: proxime & immediate non continetur: ideo non est proprie locus eius. Non enim superficies aeris continentis aquam: est proprius locus lapidis existentis in aqua. Sed superficies aquæ, ipsum immediate continentis.

Loci īmutabilitas qūo itelligatur.

Quantum ad tertiū, scilicet quantū ad immutabilitatem loci: prætermissis multis opinionibus: duo mihi videntur esse modi quibus ad mentem Arist. intelligere possumus locum esse immobilem: vnus est quem tangit Alexander & Simplicius. s. quòd locus inquantū locus ex sui natura habet quòd non moueatur secundum locum ad motum locati, sed quiescat siue permaneat: alioquin oportere loci locum esse. Nam cū in loci notitia ex motu secundum locū deuenerimus; inquantum videmus, ꝙ in loco permanēte, & non localiter moto, dum recedet, vnum corpus alterum sibi succedit: videtur de natura loci esse inquantum locus est; quòd ad motū locati, non moueatur localiter: sed maneat: vnde quamdiu superficies corporis continentis, manet immobilis; moto localiter eo quod in ipsa continetur: tādiu loci nomen & rationem tenet: quā primum aut ponitur cum contento corpore, simul localiter eodem motu moueri: loci rationem ammittit: & vasis aßumit rationem propter quod inquit Philosophus, ꝙ si moto contento moueatur, id in quo continetur: sicut cum aqua fluuij: & nauis in ea existens, simul mouentur: contentū vtitur illo vt vasæ: magis quàm ut loco, similiter dicendum est, de sphæris quæ raptu firmamenti mouētur ꝙ sunt in ea magis, sicut in uasæ: quàm sicut in loco quamuis secundum ꝙ proprio motu mouentur, sint in ipsa, sicut in loco. Et propterea Philos. in ratione loci, posuit ꝙ sit continentis terminus immobilis. ad rationem .n. loci non sufficit, ꝙ sit terminus continentis: sed præter hoc, requiritur ꝙ talis terminus sit immobilis. Nam eße terminum continentis; aliquo modo cōmune est vasi & loco: sed esse terminū huiusmodi immobile, propriū est loco, ꝙ qđ a vase distinguitur.

Tex. 41.

Alius est modus dicendi, quem S. Tho. assignat: dicitur enim locus immobilis: quia idem manet & non permutatur. Pro hoc autem modo: notandum est secundum mentem S. Tho. in expositione: quòd cum superficies vt superius dictum est, rationem loci non habeat: nisi secundum quòd determinatum ordinem & situm habet in vniuerso: duo sunt de ratione loci: vnum scilicet materiale, quod est ipsa superficies: aliud vero formale, qui est ipse ordo & situs. Quantum ergo ad materiale non est necesse, quòd permaneat semper locus rei contentę & locatæ: Sed quantum ad formale semper manet: quamuis enim superficies aquæ, circa palum existentem in flumine, continue varientur: continue enim alia & alia aqua continetur: manet tamen in omnibus superficiebus sibi succedentibus, idem ordo & situs in vniuerso; in quantum omnes eandem distātiam seruant ad primum continens. Dicitur ergo locus esse immobilis. i. semper idem manens & non variatus, non quidem quantum ad superficiem, quod est materiale in loco: sed quantum ad ordinem & situm a quo formaliter ratio loci, est accepta. Sicut etiam ignis, dicitur idem manere quantū ad formam: licet secundū materiā varietur; cōsumptis & additis quibusdā lignis. Hic autem sensus quem diximus esse S. Tho. vide-

Lect. 6.

Locus semperimmobilis & idem manens.

Tex. 41. *videtur a Philosopho intendi, dum inquit q̃ totus fluuius est magis locus nauis, quia totus fluuius est immobilis, cõstat enim q̃ totus fluuius immobilis dicitur, quia idem semper fluuius perseuerat: licet continue, alia & alia aqua fluat: dicitur autem idem fluuius semper manere: quia semper manet eadẽ eius distantia, & idem ordo ad cælum: uel etiam ut inquit Simplicius, quia idẽ est principium a quo aqua fluit, & idẽ terminus in quem influit. Vtrũque sensum tex. 42. dat intelligere, dum ait, q̃ medium cæli, et vltimũ, versus nos, circularis motus videtur esse: hoc quidem sursum, illud vero deorsum: maxime omnibus proprie: quia hoc quidem semper manet, circularis etiam motus vltimum similiter se habens manet: vt n. inquit Simplicius & sursum & deorsum semper manet, tam secundũ existentiam, quàm secundum locum: licet immobilitas secundum locum, secundum Simplicium, magis quæratur in loco.*

Simplicij auctoritas. Tex. 42.

Quod si quæratur quare a tali ordine sumitur ratio loco formaliter, dicitur q̃ huius ratio est, quia loci communiter est continere. loci vero naturalis, est etiam conseruare locatum. Primum autem continens est cælum: idẽq; est primum conseruans, a cuius influẽtia & virtute, vnumquodque conseruans inferius, virtutem conseruatiuam recipit, secundum quòd est indeterminato situ, determinataque distantia ad ipsum.

Sed contra istam declarationem duplex dubium occurrit. Primum est: quia non solum inquit Philosophus q̃ locus debet esse immobilis, sed etiam q̃ est superficies immobilis: secundum autem hanc expositione, ponitur quidẽ quòd locus est immobilis: non tamẽ ponitur superficies cõtinentis, esse immobilis: immo ipsam esse mobilẽ ponitur.

Secundum est. Nam variato subiecto, necesse est relationem distantiæ, & ordinis variari: non.n. accidens de subiecto, in subiectum migrat. Corpus autem & superficiens continens locatum; est subiectum talis relationis: ergo tali corpore talique superficie variata, variatur distantia & ordo, & sic, si materiale loci variatur necesse est & formale variari; cuius oppositum dictum est.

Ad primum horum dicitur secundũ mentem S. Thom. Superficies corporis continentis, dupliciter considerari potest. Vno modo, inquantum superficies talis corporis: Alio modo inquantum rationem loci habet, idest inquantum ordinem & distantiam habet ad cælũ. Primo modo est mobilis: secũdo vero modo immobilis: ex eo q̃ superficies succedens, eundem ordinem & distantiam eandem ad cælum tenet, quã prima tenebat. Vnde confuse & determinate manet semper, talem ordinem habens in vniuerso, et taliter distans a cælo: licet non semper determinate, hoc taliter ordinatum, & taliter distans maneat.

D.Th. lec. 6.

Superficies corporis cõtinentis dupliciter cõsiderat.

Ad secundum respondetur, q̃ si mutetur superficies & non permaneat; mutatur & ille ordo secundum numerum, & quot superficies succedunt: sibijnuicem, circa idem locatum, tot relationis distantiæ & ordinis secundum numerum sibi succedunt: sed tamẽ semper manet eadem distantia, & idem ordo ad cælum, secũdum speciem: si enim circa nauem vnam, manentem immobilẽ, continue fluat alia, & alia aqua, erit continua alia, & alia, distantia secundum numerum, & alius, & alius ordo: sed omnes aquæ, eandem habebunt distantiam secundum speciem: vnde dicitur locus immobilis, non quidem secundum numerum: sed secundum speciem, inquãtum semper idem respectus distantiæ & ordinis, secundum speciem manet: licet secundum numerum varietur: sicut est de igne: argumentũ autem probat q̃ non sit secundum numerum immobilis.

Locus nõ sẽper est immobilis secundum numerum: sed secundũ speciem.

Sed adhuc videtur dubium remanere. Nam licet homo maneat semper secundum speciem: quia tamen secundũ individua est mobilis & corruptibilis, non dicitur absolute incorruptibilis & immobilis; sed corruptibilis: ergo nec locus debet dici absolute immobilis, eo q̃ secundum speciem sit immobilis, si secundum individua sit mobilis & transmutabilis.

Respondetur q̃ alia ratio est de homine, & alia ratio de loco: locus.n. vltra vnitatẽ specificam ordinis quæ manet: habet etiam vnitatem numeralem termini illius ordinis: ille enim ordo vnus secundum speciẽ, terminatur ad cælum quod manet semper idem secũdum numerum, et hoc sufficit ad hoc q̃ dicatur locus: & vnus & immobilis absolute: vnde proprium est relationi distantiæ, q̃ vnitas specifica eius cum vnitate numerali eius a quo aliquid distat, sufficit ad hoc vt dicatur vna simpliciter & eadem distantia.

Ex ista determinatione sequitur q̃ licet circa eandem turrim, cõtinue fluant diuersę superficies aeris, dicitur autem turris esse semper in eodem loco: quia semper est in eadem distantia ad cælum & ad polos mundi.

Argumentorũ solutio.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam dicitur q̃ licet eadem res materialiter sit superficies & locus: locus, tamen & superficies sunt diuersæ species quantitatis. Nam Philosophus, vt dicit S. Tho. 5. metaphys. in prædicamentis considerat de quantitate, secundum rationem mensuræ: vnde illa quæ habent diuersam rationem mensuræ, ponit diuersas species quantitatis, eadem ergo res, dicitur locus & superficies, quæ secundũ rationem mensuræ distinguitur specie a seipsa: considerata vt habet aliam mensurę rationem: secundum.n. quòd est mensura intrinseca mensurans, scilicet id in quo est: dicitur superficies, secundum autem quòd est mensura extrinseca locati, dicitur locus.

D.Tho. 5. metaph. tex. cõ. 18. in calce.

Ad secundum dicitur primo, q̃ motus localis habet duos terminos partiales; unum scilicet intrinsecum subiecto, alterum uero extrinsecum: sed hi se habent tamquam vnus totalis terminus motus: terminus intrinsecus est vbi, extrinsecus autem est locus.

Motus localis habet duos partiales terminos .s. intrinsecũ & extrinsecum.

Dicitur secundo q̃ motus ad vbi, & ad locum, magis nomine motus localis nominatur, quàm alio nomine: tũ quia cũ simul sint vnus totalis terminus motus, locus est causa vbi, tum quia locus est quid absolutum quãtum ad id quod dicit in recto: vbi autem est relatium; vnde motus ille denominatur a nobiliori.

Dicitur tertio, q̃ maior est falsa, si loquatur de termino intrinseco mobili: sed est vera de termino extrinseco, in quo sensu negatur minor, probatio autem non procedit secundum istum sensum. Ad probationem autem maioris dictum est, quare dicitur motus localis non quia .s. locus sit terminus intrinsecus: sed quia existens terminus extrinsecus est causa termini intrinseci.

Ad

Ad tertium dicitur, q alia & alia ratione sursum & deorsum sunt differentiæ loci, & positionis. Secundum. n. q habent motum grauium & leuium terminare illaque continere: sic sunt differentiæ loci. Secundum autem quòd determinatũ partiũ ordinem in toto dicunt, sic sunt positionis differentiæ.

Sursum & deorsũ alia ratione sũt differentiæ loci & alia positionis.

Ad quartũ dicitur, quòd loci est continere, non per modum penetrantis sed per modum extrinsece tangentis et circumtegentis. Ad primam huius improbationem dicitur. Primo quòd continere etiam per modum circumtegentis, non est proprium loco, immo etiam & vesti, & uasi conuenit.

Dicitur secundo, q non sequitur ex hoc vestem esse locum: quia loci non solum est circumtegere locatum: sed circumtegere tamquam receptiuũ quoddam rei mobilis, ipsum manens immobile, & ad motum locati non transmutatum: quorum neutrum propriæ conuenit vesti: neque enim recipit vestitũ tamquam ad ipsam manentem immobilem accedentem: neque homine vestito moto localiter, ipsa manet immobilis, sed cum ipso mouetur. Ad secundam improbationem, dicitur vt ibi dicebatur. Cum autem instatur, quia tunc superficies contenti esset primo, & per se in loco, dicitur q dupliciter per aliquid potest vnum alteri cõuenire. Vno modo tamquam per illud quod est tale, sicut crispitudo, cõuenit homini per capillos. Alio modo tamquam per illud quo aliquid est tale, sicut homo est albus per albedinem, id per quod vnum cõuenit alteri primo modo, oportet primo & per se esse tale: capilli enim primo dicuntur crispi. Sed id per quod vnum conuenit alteri secundo modo: nõ oportet primo fit tale: non enim albedo est primo alba, immo nec proprie alba: modo dicitur q per superficiẽ vltimam, contentum est in loco secũdo modo non autem primo modo: & ideo nõ oportet, vt ipsa primo & per se sit in loco: sed quòd sit ratio corpori in loco existendi.

Aliquid cõtinet aliquid per aliud.

Ad quintũ dicitur, quòd duplex est deorsum sicut duplex est sursum: vnũ quidem sicut locus, aliud vero sicut locatum: vnde & Aristo. Is quidem cõtinens terminus, qui versus medium, deorsum est, & ipsum medium; is autem qui versus vltimum, sursum, & ipsum vltimum. Dicitur ergo q deorsum est differentia loci secundum q dicit terminum continentis versus medium. Vbi aduerte q per medium existens in loco non intelligit Simplicius hoc loco centrum, sed terram: hæc. n. uere est, terra: locus autem deorsum, uersus medium, dicit superficiem esse corporis continentis terram: quod alicubi est aer: alicubi uero terra, quamuis alicubi terra habens, aliquam concauitatem terminus ipsius terræ continentis aliam terram, aut aquam, aut aliud corpus locus dicitur. Vnde quia nulla superficies determinata est locus, neque aliquid corpus determinatum, sed aliquando terra, aliquando aliud corpus, ideo indeterminate Aristo. dixit uersus medium continens terminus deorsum est, & ipsum medium.

Duplex est sursum & deorsum.

Tex. 42

Quid si Simplicio adcrtendũ.

Ad sextum dicitur, primo q locus mathematicæ consideratus non habet conseruare: sed solum locus physicus, i. est locus existens in corpore naturali: unde non est de ratione loci, inquantum locus est conseruare: sed solum de ratione loci, inquantum naturalis est.

Differentia inter locum mathematicũ & naturalẽ.

Dicitur secundo q superficies naturalis dicitur conseruare, qa id cuius est superficies habet conseruare puta aer: aut aqua, aut aliquid huiusmodi: vnde conuenientius diceretur, q corpus locans cõseruat: quàm q locus.

Ad septimum dicitur vt dictum est in quæstione, q licet mutentur superficies: non tamẽ mutatur locus formaliter: quia in diuersis superficiebus manet idẽ ordo ad totũ vniuersum: vnde si vas aquæ trãsmutetur de uno situ ad alium: non mutatur locus: sed aqua, et vas de uno loco ad aliũ transfertur.

ADDI.

Quia auctor in declaratione secundę partis definitionis, ponit quandam famosissimã propositionem, & satis vulgatam scilicet cœlum continet omnia ista inferiora. Et cum Auerroes scribat 4. phy. q continentia dicitur de tribus, de fine contingente; & de fine non contingente, & de forma: Si ergo cœlum continet omnia ista inferiora. Quæritur quo modo continet, aut vt finis contingens, aut ut finis non contingens, aut vt forma, sed nullo istorum modorum esse potest: quia cœlum est uniuersale agens respectu horum inferiorum, vt scribit Commen. 2. cœli, & 12. meta. ait quòd sol, & stellæ sunt principium cuiuslibet uiui in natura & D. Tho. ait quòd corpora cœlestia, cum inter omnia alia sint magis immobilia: quia non mouentur nisi motu locali: corpora ista inferiora pluribus motibus agitantur: propterea concludit; cœlestia corpora agere in ista inferiora, Quod etiam D. Dionysius, de diuinis nominibus astruere uidetur, dum dicit, quòd lumen solis ad generationem sensibilium corporum confert; & ad nitã ipsam mouet, & nutrit, & auget, & perficit. Et Augustinus lib. 3. ait quòd corpora crassiora & inferiora, per subtiliora & potentiora, quodãmodo ordine reguntur. Dubitatio est nõ parua scire istam continentiã. Pro cuius solutione, sciendum est primo, q aliter sumitur continentia apud Physicũ, & aliter apud Philosophum moralem. Ait enim moralis q continentia est refrenatio prauarum concupiscentiarum, uel abstinentia ab omni delectatione ueneris, siue abstinentia ab omni actu illicito: & ista continentia est in uoluntate tantum, subiective ut ait D. Tho. 7. Eth. & 2. 2. Physicus dicit, continentiam esse manutenentiam, seu conseruationem alicuius rei. unde dicitur dolium continere uinum, & amphoram continere aquam: & est duplex, altera corporalis, altera spiritualis. Corporalis est inter corpora, & fit per contactum, siue mathematicum: qui est per lineam superficiem & corpus, siue naturalem: qui fit per corpus tantum, ut docet Auerr. 5. phy. Spiritualis uero illa est: qua anima continet corpus, & Deus res, creatas continet, ut dixit D. Th. 1. par. probabans Deum non esse in rebus: quia quod est in aliquo, continetur ab eo: sed Deus non continetur a rebus: ergo Deus non est in rebus. Respõ debat, q licet corporalia dicantur esse in aliquo sicut in continente, in quibus sunt: sicut anima continet corpus. Hinc Deus dicitur esse in rebus sicut continens res: ita mẽ per quandam similitudinem corporalium, dicũtur omnia esse in Deo: inquantũ continentur ab ipso, ut ait D. August. lib. 83. q. in ipso potius sunt omnia quam ipsæ alicubi sit. Quibus stantibus, dico modo, q cœlum utroque modo dicitur continere ista inferiora, etiam continentia corporali: quia est locus omnium inferiorum: continet etiam & continentia spirituali: quia est uniuersale agens, ut probatum est auctoritate Auer. dico etiam quia continet vt forma, & continet ut finis; vt forma per Auer. 4. phys. habetur, q contentũ se habet ad continens, sicut materia ad formã, & quemadmodũ materia, perficitur per formã, ita contentũ perficitur p continens, & 4. cœli, continere est formę, & cõtineri est materiæ. vt finis uero, quia forma & finis coincidunt. Continet quoq; ut agens conseruatiuũ omniũ inferiorũ. Et si quis proter uiendo diceret, q cœlũ non agit in hæc inferiora producẽdo, nec cõseruãdo primo ex resolutione effectus in causã. Quia omnis effectus dependentiã habet a causa: ergo in ipsã resolui põt: sed hæc inferiora nõ possunt resolui in cœlũ; quia nõ possunt duæ causę eiusdẽ generis depẽdentiã vnius effectus terminare. sed causa particularis terminat depẽdentiã effectus efficiẽdo & cõseruãdo: ergo nõ cęlũ. Præterea. Intelligentia

Com. 34

Tex. 16. & 11. metap. 10 Tex. 18. q. 11. ar. 3.

4. cap. de diuinis nominibus. Augustl. lib. 3. de Trin. 4. cap.

D. Thom. 7. Ethic lec. 10 & 2. 2. q. 155.

5 phy. 30.

D. Tho. p. p. q. 8. art. 1. ad 3. argum. 1.

Augustl. lib. 83. q.

Auerr. 4. ph. com. 47. 4. cœli T. 35

gentia est illa: quæ terminat dependentiam: ergo non cœlum, consequentia patet. Quia ad independens stat resolutio, non autem ad dependens. Ideo Auerr. 12. Metaph. inferiorum operationes in non errantem intelligentiam reducit.

Auer. 12. metaph. cō. 18.

Tertio formę sensibiles perfectiores sunt cœlo: ergo non in ipsum: ut in efficientem causam reduci & resolui possunt, patet consequentia: quia effectus nobilitatem causæ adequat, cū vniuoca est: cum autem est æquiuoca, deficit a perfectione causæ, vt dicit Auer. 12. Meta. Non enim perfectio effectus causam superat: quia si sic, illa superflua imperfectio independens videretur, neque liceret ex perfectione causati, perfectionem causę concludere. Ad primum respondeo, quòd causarum eiusdem generis: quædam est prior & est causa mediata & remota: quędam est posterior, vt patet 2. phys. tex. 32. tunc resolutio effectus in duas causas eiusdem generis, prima est impossibilis. Quia ordo essentialis causarū periret: sed resolutio effectus in duas causas diuersorum ordinum est possibilis: sic autem est in proposito, de causa particulari rei inferioris: quę est causa posterior: cœlum autem, est causa prior.

Auer. 12. metaph. cō. 40.

2. phys. T. 32.

Ad secundum dicitur negando consequentiam: quia terminari potest, dependentia vltimate & non ultimate. Vltima resolutio ad intelligentiam stat: non ultima siue non vltimate ad cœlum ipsum. Cum enim componatur cœlum ex intelligentia & orbe: cum resolutum fuerit vsque ad primum mouens motum, resoluendum est vsque ad primum mouens mobile, quod est anima primi mouentis moti: resolubile est enim primum alterans: quod est primum mouens motum, in primum localiter mouens, quod est mouens immobile. Ad tertium dicitur, q̄ forma materialis potest comparari omnino animæ cœli, & animali eiusdem ordinis, & materiæ, si primis duobus; Cœlum est perfectius, & tunc principali agenti comparabitur virtualiter illas continenti, vt dixit Auer. Destruct. destruct. si autem tertio, tunc in catena corruptibilium & incorruptibilium cœlum est nobilius; Sed in ordine actus & potentię, formam omnino materialem sequitur cœli materia: Quoniam actus præcedit potentiam, & tunc comparantur instrumento, non tamen agenti; sed actiuorum subiecto. Quo modo cœlum sit nobilius his inferioribus. vide Caiet. in appostillis 1 par. q. 3. a 1. vbi disputat. Si cœlum est nobilius formica vel econtra.

Auerr. Destruct. destruct. disp. 3. dub. 2.

Quæstio Secunda, Vtrum vltima Sphæra sit in loco per partes.

Propter hoc quidem, terra in aqua, hæc uero in aere, hic autem in æthere, æther uero in cœlo: Cœlum autem non amplius in alio. Text. XLVI.



Quæritur secundo, Vtrū vltima Sphæra sit in loco per partes, & videtur q̄ non. Primo. Vnicuique eo modo cō uenit esse in loco: quo modo sibi cōuenit habere esse: sed partes contmui, cuiusmodi est etiam cœlū, non habent esse nisi per esse totius: ergo non sunt in loco nisi ratione totius: ergo totum cœlum non est in loco ratione partium.

Secundo. Eo modo conuenit alicui esse in loco, quo modo conuenit sibi moueri secundum locum: sed partes dum sunt in toto, non mouentur nisi per accidens ad motum totius: vt dicit Philosophus: ergo partes nō sunt in loco nisi ratione totius, & per consequens totū non est in loco ratione partium.

Tex. 32.

Tertio. Locus non necessario mouetur ad motum locati, sed ad motum vnius partis sphęræ. necessario mouētur omnes partes eius: ergo vna non est in altera, sicut in loco: vt totum possit dici esse in loco, ratione partium, sic locatarum.

Respōdeo, q̄ propter huius quæstionis difficultatem: antiqui Arist. expositores vt per Simplicīū: & Auerroem hoc loco cōmento 43. constat, uarie sūt loquuti. Tenuit enim Alexander. Vltimam sphæram neque in loco esse, neq; secundum locum moueri, cum non habeat superficiem aut corpus extrinsecum a quo contineatur, neque de loco ad locum trāseat. Auerroes vero aliorum opinionibus reprobatis tenuit ipsam in loco esse per accidens, ratione centri. Quod quidem probatur hac ratione. Per illud est vltima sphæra in loco, per quod est quiescens & immobilis: quo enim modo conuenit quies & immobilitas vultimæ sphęræ: eo sibi cō uenit & in loco esse: sed per centrum est immobilis & quiescens: nam quia centrum manet immobile, ideo sphæra numquam secundum se totam locum mutat: ergo &c. S. Tho. autem sicut Alexandri opinionem non sequitur; qa cum moueatur vltima sphæra: non apparet secūdum viam Aristo. in quo genere motus possit eius motus poni præterquam in genere motus localis, ita et Auerrois opinionē hac ratione improbat. Dicitur aliquid esse in loco per accidens, ex eo quod id in quo est, non autem aliquid aliud extrinsecū ab eo est in loco per se: Sed vltima sphęra non est in centro: immo centrum est ab eius substantia extranexm & remotissimum: ergo non est per accidens in loco ratione centri.

Vide Simpl. & Auer.

Opinio Alexand.

Opinio Auerroes.

Opinio D. Tho.

Ad hanc rationem ab aliquibus respondetur q̄ maior est uera: de eo quod est omnino extrinsecum, scilicet & secundum subsistentiam, & secundū continentiam: ita q̄ neque subsistat in eo, nec ipsum contineat. Modo dicitur, q̄ licet vltima sphæra nō existat in centro: nec centrum ipsi inhæreat: ipsa tamen continet & includit centrum: ideo nō inconuenit, vt per ipsum dicatur esse per accidens in loco.

Sed contra hanc responsionem dupliciter arguitur. Primo. Nihil est in loco ratione eius quod continetur in ipso, sed magis ratione eius in quo continetur, si habeant distincta esse: loci .n. est continere, non contineri, vt ex eius definitione constat: ergo continentia centri ab ultima sphæra, non est ratio, q̄ sit in loco ratione centri,

Secundo centrum ex eo quòd continetur a sphæra est locatum ab ipsa iuxta processum Arist. ergo non est in loco ratione centri: patet consequentia, quia alias idem esset locans & locatū secundum idem. Per easdem rationes improbari pōt opinio Auempacis ponentis, & vltimā sphærā esse in loco p superficiem connexam sphæræ ab ipsa contentæ, circa quam reuoluitur, quam opinionem Themistio etiam videtur Simplicius attribuere. Reprobata autem Auerrois opinione tenetur S. Th. q̄ vltima sphæra est in loco per partes.

Tex. 56. Improbatio opinionis Auēpacis.

Pro cuius positionis declaratione, tria sunt examinanda. Primum est. Quomodo partes ipsius sphæræ sint in loco. Secundum. Quomodo tota sphæra, ratione partium sit in loco. Tertiū. Quomodo & partes & tota vltima sphæra secūdū locū, moueātur.

Corpora omnia non eodem modo habẽt superficiem.

Quantum ad primum. Sciendũ primo, ꝙ corpus continuum: licet vnam aut plures superficies habeat in actu quibus eius substantia, & corporea moles determinatur: corpus enim sphæricum, vna tantũ superficie; corpora uero quadrata pluribus superficiebus terminantur in actu: nullas tamen habet actu superficies, quibus ipsius partes corporeæ, secundũ ꝙ vna ab altera distinguitur, terminentur, cum ad vnũ cõmunem terminũ, secundũ ꝙ in toto continuitatem habent copulentur. Et quia omne locatũ inquantum huiusmodi secundum mentem Arist. ita debet esse a locante diuisum; vt alia sit superficies locantis, & alia locati: ideo partes secũdum ꝙ in toto continuitatem habẽt, non possint se inuicem actu locare: ita ꝙ vna alteram contineat in actu: sicut locans continet locatum. Sed bene vna alteram in potentia locat & continet, inquantum vna pars potest a toto & ab alia parte separari: & sic separata esse in toto, aut in alia parte, sicut locatũ in loco id quod in corporibus humidis, quæ sunt facilis diuisionis, appareret. Sicut in aqua. Nam videmus partes eius intra totam aquam moueri: & sic vnam locum alterius a se diuise subintrare.

Tex 17. & 38

Sciendum secũdo quod aliter loquẽdũ est de superficiebus partis corporis cõtinui, secũdũ quod continue sunt copulãtibus: & aliter de supficibus, quæ ipsas partes (secundũ quod diuidi abinuicem possũt) nate sũt terminare. Prime .n. superficies, sunt aliquo modo in actu, cũ actu ipsas partes copulẽt. Nã ipsarum entitas, existit in cõtinuo: licet non per esse proprium & distinctum: sed per esse totius existant. Secũde vero nullo modo sunt in actu: sicut nec ipse partes sunt actu diuise; vt vnaquæque, suas proprias & distinctas habeat superficies. Sed sunt tantum in potẽtia, in quantum ipse partes, abinuicem separari possunt: & si separarentur ille superficies acciperent esse actu, ipsasq; partes actu terminarent. Partes ergo vltime sphere, dicuntur esse in loco in potentia: quia sunt in loco ratione superficierũ existentium in potentia in ipsa sphera, quibus nata est una pars alterã localiter continere: si partes a seinuicẽ & a toto separarentur. Iste enim superficies (vt dictũ est) ante partium separationem sunt tantum in potentia: in ipsarum vero separatione ponuntur in actu.

Quo superficies sit in actu.

Diuisio sphæræ

Attendendum quoque, quod ista diuisio sphere in partes: taliter quod vna quaque pars contineat aliam; & ab alia sit cõtenta: cõsideranda est, non secundum partes sphericas; sic enim esset vna pars continens tantum & non contenta, scilicet pars que ad vltimam superficiem concauam terminatur. Sed considerandа est secũdum circuli diuisionem, in partes ordinem inter se talem habentes: quod vnaqueque aliam præcedit: & præceditur ab alia. Natura circuli considerata: licet secundũ nostram signationem, vna pars posset esse prima: alia vero vltima. Sicut circulus zodiaci in ducdecim diuidimus partes: quarum vna antecedit aliã: & anteceditur ab alia: nulla enim illarum partium est prima: nullaque vltima secundum se: licet secundm nostram signationem: Arietis signũ: prima pars zodiaci sit. Piscium vero signum vltima.

Circulus Zodiaci in n. par. diuidit.

Quantum ad secundum sciendum primo, quod cum pars aliquid totius sit, non inconuenit totum ab eo quod conuenit parti, aliquo modo denominari; licet illud toti secundum se non conueniat. Sed hoc diuersimode contingit: Nam quando id quod conuenit parti: natum est etiam toti secundum se conuenire, totum denominatur tale non simpliciter & absolute, sed tantum secundum quid: nisi forte illa pars, quasi rationem totius haberet. Quia enim albedo non tantũ dentibus: sed etiam toti corpori nata est conuenire. Si sit homo niger, dentes tantum habens albos: non dicetur absolute albus: sed albus dentes, dici autem poterit absolute niger, quia reliquũ corporis (præter dentes) est quasi totum: quando vero id quod conuenit parti, non est natum toti conuenire, ipsum totum denominat tale absolute. Nam quia crispitudo solum capillis conuenire nata: est: non autem toti corpori: homines crispos habentem capillos: absolute crispum esse dicimus.

Pars qdo tũ denominare põt.

Loci, uomẽ accipitur dupliciter pro prie. s. & cõmunitur.

Sciendum secundo quod loci nomine dupliciter vti possumus. Vno modo proprie: eo modo quo est ab Aristo. diffinitus. vt inquantum significat superficiem corporis continentis &cæt. Alio modo communiter pro determinatione cuiuscunque ordinis vel cuiuscunque situs in toto: sicut dicimus binarium in totalitate numerorum corporis, primum locum tenere post vnitatem: & epar hominis tenere locum dextrum in homine: caputque esse sursum: pedes vero deorsum: in quem sensum accipit nomen loci: Damascius. Theophrastus. & Iamblicus. Si secundo modo accipiatur locus, non est dubium quando vltima sphera sit in loco. Est n. totius vniuersi pars & habet determinatum situm; & ordinẽ ad alias vniuersi partes. Nam circumcirca omnes ambit & continet, & est suprema pars vniuersi: & secundum hunc modum totum non est in loco per partes. Sed econtra partes per totum, ex eo. .n, quod sunt partes supreme sphere, habent ut in tali distantia sint ad alias vniuersi partes. Si vero, primo modo ad mentem, scilicet Aristotel. accipiatur locus: ponuntur due conclusiones de mente S. Tho. asserentis se Thomistij opinionem sequi.

Opinio Damascij Theophrastis, & Iamblici.

Lect. 7.

Vltima sphæra secũdũ se tota non est in loco.

Prima est. vltima sphera secundũ se tota non est in loco. Probatur Quod est isto modo in loco, habet extra se superficiẽ continentẽ: hoc n. ex diffinitione loci posita ab Aristo. manifeste constet: vltima sphera non habet extra se superficiem continentẽ: alioquin non esset vltima & suprema ergo &c. Istam cõclusionẽ expresse ponit philosophus vbi ait. Cœlum æutem sicut dictum est non est alicubi totũ: neq; in aliquo est. Si quidem nullum continet ipsũ corpus eandem rationem ponit inquiens. Cui quidem igitur corpori inest aliquid extra corpus continens ipsum, hoc in loco est: cui vero non, minime.

Tex. 45.

Tex. 43.

Auer. mens.

Dicetur forte secundũ mentẽ Auerois. quod nomine cœli non intelligit Aristo. ultimã sphærã: sed totum vniuersum.

Tex. 45.

Sed quod ista interpretatio plene mẽtem Aristot. non saluet patet ex sequẽtibus verbis. Subiungit .n. Alia vero secundum accidẽs s. sunt in loco vt aïa & cœlum: ubi per cœlum Auer. vltimã sphærã intelligit. Voluit n. Arist. in illo tex. ostendere quod cœlum per se quidem non est secundum se totum in loco per accidens ideſt per partes: ut in sequenti contratione declarabitur. Pretera ratio quam adducit Aristo. non tantum de uniuerso: verum

vetum etiam, de ultima sphæra concludit. Sicut enim totum vniuersum a nullo extrinseco corpore continetur: propter quod dicitur ab Aristo. in loco nõ esse, in fine tex. 45. quia inquam extra
Tex. 45. omne & totum nihil est, ita & vltima sphæra in loco non erit, quia a nullo extrinseco corpore continetur.

Sed circa hanc conclusionem, dubiũ faciunt verba Arist. Dicit namq; Pro
Tex. 31. pterhoc enim & cœlum maxime, in loco esse putamus, quod semper in motu est. Videtur enim ex his velle non solum, q̃ cælum sit in loco, sed etiam q̃ maxime & præceteris opinamur ipsum in loco esse.

Si dicatur illud dicit Arist. nõ quia sit ad mentem eius, sed quia aliqui sic opinantur vt exponit S. Tho. vnde & tex. habet hoc verbum opinantur.

Hoc nihil est, quia licet interpres antiquus, quem secutus est S. Tho. habeat opinantur: nõ sic tamẽ habet tex.
Tex. Græcus. Græcus. Sed opinamur vel putamus, in quo verbo seipsum esset includit Aristotel.

Præterea hanc nostram opinionem q̃ cœlũ maximæ sit in loco: deducit Aris. ex hoc fundamẽto, q̃ cœlum semper est in motu secundum locum: volens illa q̃ priæ in loco esse, quæ propriæ secundũ locum transmutantur.

Aduersatia verba Arist. quõ intelligenda sint.

Respondetur q̃ ex his Arist. verbis non habetur q̃ cœlum siue vltima sphæra sit in loco secundum se totam. Sed solum q̃ sit in loco; siue inquam sit in loco, secundum se totam: siue secundm partes: Sufficit enim ei quod circulariter mouetur semperq; est in motu, ut alterohorũ modorum sit in loco.

Secunda conclusio est, vltima sphæra est in loco per partes, siue ratione partium. Sed attendendum est q̃ huius conclusionis duplex potest esse sensus. Vltima sphæra est in loco p partes, siue ratione partium.
Vnus est, quòd partes vltimę sphæræ, dent sibi vt secundum se totã contineatur a loco, istæ sensus esset falsus: nullo enim modo vltima sphæra ab aliqua superficie contineri potest: alioquin non esset vltima, vt superius est ostensum. Alius est, q̃ totum dicitur in loco esse, quia partes eius sunt in loco, ita q̃ totũ a suarum partium locatione denominatur locatum, sicut homo a crispitudine capillorum denominatur crispus: quãuis totus secundum se crispus non sit. Hanc cõclusionem ponit philosophus.
Tex. 44. Secundum autem, q̃ mouetur sic & locus est partibus: altera. n. ab altera habita partiũ est. Deinde subiungit. Alia
Ibidem. vero secundum accidens vt anima & cœlum: partes. n in loco quoddammodo omnes sunt, in eo enim q̃ circulariter sunt continet alia aliam. Vbi per
Exposi. Simplicij. accidens etiam secundum expositionẽ Simplicij accipitur, vt idem est quòd per aliud: est enim cœlum in loco per aliud idest per partes.

Sed circa istam conclusionem, dubium occurrit. Nam per id quod est tãtum potentialiter in loco, non potest denominari absolute locatum in loco: nõ enim si caput hominis est in potẽtia tãtum crispum, dicimus hominem actum crispum esse: partes autẽ vltimæ sphęræ sunt tantum potentialiter in loco, cũ sint continuæ. Vt enim inquit Philoso-
Tex. 44. phus. Cum continuum sit quod est similis partis secundum potentiam, in loco partes sunt.

Respondetur & dicitur primo, q̃ Vltima sphæra in loco potentia. cum vltima sphæra non denominetur locata, nisi a locatione partium, vtiq; cum eius partes non sint in loco nisi in potentia ipsa non potest dici esse in loco, nisi in potentia, ideo falsum supponitur

nitur scilicet q̃ dicamus, eam esse in loco in actu ratione partium.

Dicitur secundo q̃ taliter esse in loco, sufficit ipsi ad hoc, vt absolute in loco esse dicatur, eo q̃ tantum circulariter moueatur: ei enim quod circulariLect. 7. ter mouetur, sufficit, vt inquit S. Tho. q̃ eius partes & ipsum, ratione partiũ sit in loco in potentia.

Dicitur tertio, non est simile de crispitudine, & de existentia partium in loco: crispitudo enim non conuenit capillis a natura, nisi in actu: ideo nisi qs actu habeat capillos crispos, nõ potest dici crispus, esse autẽ in loco, partibus continui non potest cõuenire, nisi in potentia inquantum partes sunt. Nam si ponantur in loco in actu per separationem a toto, iam non sunt amplius partes continui, & ideo ex eo q̃ ipse sunt in loco in potentia, totum dicitur absolute in loco ratione partium, propterea scilicet q̃ nullo alio modo possint esse in loco. Si autem aliquid natum sit conue
Tex. 44. nire parti & in actu & in potentia, sicut albedo ligno non potest dici totum absolute esse tale, ratione partium. Si ille sint tales tantum in potentia & nõ in actu.

Sed adhuc remanet dubium. Nam sicut inquit Philosophus, continui partes sunt in loco in potentia, cum autem separate fuerint et se tangũt sicut acer uus sunt in loco in actu. Ex quo habetur, q̃ illæ partes quæ sunt in loco in potentia separari abinuicem possunt, et se tangere: sicut partes aquæ, partes autẽ vltimæ sphęrę, inuicem separari non poßunt: cum cœlum sit incorruptibile & infrangibilem.

Respondetur vt superius dicebatur, q̃ cum cęlum sit et continuũ quoddam, & tale continuum quod est diuinũ corpus: licet inquantũ diuinum corpus est, eius partes abinuicem separari nõ possint: hoc tamen ei non repugnat inquantum continuum quoddam est. Et hoc sufficit ad id, quod circulariter mouetur: vt inquam eius partes ordinẽ quẽdam & distinctionem inter se habeant in toto, & ratione continuitatis, non repugnet eis abinuicem separari, et inuicem se tangere, & vnam alterius locum in actu fieri. Sicut vna alteri est continua in actu.

Circa hanc determinationem quæ est S. Tho. opinionem (vt ait) Themistij approbantis: quamuis Simplicius dicat ipsum tenuisse vltimam sphęram esse in loco, ratione sue superficiei intrinsecę, sphęram Saturni tangentis. Attendendum est, q̃ quantum ad primam conclusionem cum Grecis concor- D. Tho. concordat cum Græcis. dat S. Tho. Conueniunt enim omnes in hoc, q̃ sequendo Arist. definitionem de loco, vltima sphęra nullo modo secundum se totam est in loco: neque scilicet actu neque in potentia, cũ nulla sit extrinseca superficies, quę ipsã contineat, aut a qua possit contineri. Sed quantũ ad secundam conclusionem videtur ab ipsis discordare: Sicut enim totam vltimam sphęram dicunt non esse in loco, ita absolute dicunt neque partes eius in loco esse, eo q̃ continue sint & non separate neque tangentes. Nam Arist. Super quo se fundat S. Tho. ali- Tex. 45. ter ipse interpretatur, & aliter Greci. Illum enim interpretatur S. Thom. de partibus vltimę sphęrę, ipsi non de vltimę sphęrę partibus. Sed Alexan. de Opinio Alexand. partibus vniuersi interpretatur inquiens, q̃ vniuersi partes omnes, præter vltimam sphęram sunt in loco. Nã circulariter, continet alia aliam. Terra enim cõtinetur in aqua. Aqua in aere.

Aer

Aer in ethere. Ether in cælo. Et sic secundum ꝙ vniuersum mouetur, sic partibus eius conuenit locus, inquantum una pars aliam circulariter continet. Concedit tamen et hoc aliquo modo de vltima sphæra intelligi possit: licet non ita proprię. Simplicius vero & Aspasius tex. prædictum de sphęris planetarum interpretantur, inquientes Aristo. non de ultima sphęra, sed de toto corpore diuino loqui, tamquam de quoddam uno corpore quod est quodamodo uniuersum: tum quia elementa ad ipsum comparata, quasi nihil sunt, tū quia intra ipsum omnia continentur: dicunt n. Ari. mentē eße: ꝙ corpus diuinū secū dū se totū nō est in loco, cū a nullo extrinseco contineatur, sed secundū. Partes intra ultimam sphęram contentas, secundum scilicet planetarum sphęras, quarum una ab aliqua circulariter continetur. Saturni enim sphęra ab ultima sphæra (secundum opinionem Aristo.) continetur. Iouis uero sphęra a sphæra Saturni, & sic de alijs. Et re uera ista interpretatio optime uidetur tex. Ari. quadrare. Nam constat ꝙ totum corpus diuinum, nullibi est: cum non contineatur ab aliquo. Constat etiam, quod Aristo. ait, quod de diuino corpore uerum esse scilicet, ꝙ hic locus a quo inquam locatum ad alium locum trāsmutatur, partium eius est locus: licet enim totum de loco ad locum non transmutetur, partes tamen eius, ideſt sphęrę planetarum secundum partes suas, loca transmutant. Nam pars quæ nunc sub una Parte superficiei concaue ultimę sphęrę, continetur per suum motum ad eius aliam partem deuenit, & sub illa continetur, ut sic uerum sit, ꝙ in motu circulari eius scilicet quod ab alio continetur, partes mutant locum subiecto, non autem totum. Si etiam intelligatur ꝙ hic locus, in his quę mouentur circulariter, secundum quem partes quę se tangūt fiunt inuicem loca secundū suos terminos, est talium partium proprius locus, hoc conuenit manifestę corpori diuino. Nam & circulariter mouetur, & superior sphęra inferiorem tangit, & est locus eius. Constat denique ut dicit Arist. ꝙ sicut ipsum totum circulariter mouetur: Sic locus est partibus eius ideſt intrinsecus sphęris, quę sicut circulariter mouentur: ita una ab alia circulariter continetur. Et ꝙ nomine cœli totum diuinum corpus intelligat. Ex textu quoque 46. constare potest, ubi subiungitur prędictis. Et propter hoc omnia in cœlo sunt. Cœlū enim omne fortasse. Est autem locus non cœlū sed cœli quidā ultimū & tangens &c. Et propter hoc quidem terra in aqua: hęc uero in aere, hic autem in ethere: ether uero in cœlo: cœlum autē non amplius in alio. Non enim cœlū pro uniuerso mundo hoc loco capi potest: tum quia in uniuerso, nō sunt omnia, sicut in loco, sed sicut in toto, tum qnia sibi non conuenit quod dicitur: est autem locus non cœlum sed cœli ultimum & tangens &c. Nullus est enim ultimus terminus uniuersi, qui tangat ethera ideſt ignem. Non etiam pro ultima sphæra nomen cœli, ultimo loco positum conuenienter accipi potest ut uoluit Alexander, a prima sua huius nominis interpretatione discedens. Nam constat ꝙ ignis non est immediate in ultima sphęra. Sicut hic dicitur in cœlo esse. Nec iuuat dicere (ut Alex. ait) ignem hoc loco prætermissum esse, aut nomine aeris esse comprehensum, ut sit sensus ꝙ aer est in ethere ideſt in spheris planetarum, ether uero in cœlo, ideſt in ultima sphęra. Nam non inuenitur quintū corpus sic ab Aristo. distingui, vt vna pars vocetur æther: alia vero cœlum: immo quando ignem prætermisit aerē in cœlo esse dixit, nō in æthere inquiēs. Quoniam autem dicimus esse sicut in loco in cœlo: quia in aere hic autem in cœlo. Relinquitur ergo: cœli nomine hoc loco: totum diuinum corpus significari.

Aspasij opinio.

Tex. 41.

Sphæra Saturni.

Quomō cœli hoc loco capiatur.

Tex. 30.

Tex. 31. Cœlum pro corporeo diuino accipit.

Sed in hac opinione dubium facit, quia non videtur verum, ꝙ sphæræ planetarum sint in vltima sphæra, sicut in loco: cum locus debeat esse immobilis: sphæræ autem ipsæ, & eius termini moueantur.

Responsio Simplicii.

Respondet Simplicius, ꝙ sphæræ planetarum inquantum circumuoluuntur, omnes cū vltima sphæra sunt in ipsa, sicut in vasæ, iuxta ea quæ dicuntur ab Arist. inquantum vero vnaquæq; proprium motum habet, sunt in ipsa tamquam in loco, qua in ipsa mouentur tā quam in immobili, eodem scilicet motu. Similiter pōt dici de ipsis sphæris planetarum: quòd vna est in alia sicut in loco, inquantum propria uelocitate mouetur, qua sphæra continens non mouetur.

Tex. 41.

Quantum ad tertium quomodo inquantum & tota vltima sphera et eius partes moueantur, tenet S. Tho. sequē do doctrinam Aristo. 6. Phys. de his quæ circulariter mouētur, ꝙ tam tota sphæra, quam eius partes localiter: motu circulari mouentur: in quo quidem motu totum non mutat locum realiter, tamquam, scilicet mutatum ab vno loco ad alium locum realiter distinctum, sicut accidit in his quæ motu recto mouentur. Semper enim in eodem loco realiter manet: sed ratione tantum, inquantum diuersi circuli in eodem signari possunt, secundum ꝙ a diuersis punctis possumus circulum incipere, et eum ad diuersa terminare: partes vero mutant realiter locum, inquantum diuersę partes sibi in eodem loco succedunt, & vna ad locum alterius vadit.

6 phys. tex. 84. & S.Th. ibidem.

Sed aduertendū ꝙ cum partes vltimæ sphæræ sint in loco tantum in potētia, non dicuntur sibi inuicem in eodem loco succedere: qui locus in actu fiat diuersarum partium, sed qui diuersarum partium fit locus in potētia: qui inquā si separarentur partes, esset successiue locus in actu: pars enim continens aliā partem in occidente: quæ est locus eius potentialis, in tali motu efficitur potentialiter locus partis existentis in oriente: inquantum si ipse partes diuersæ essent, pars quę est in oriente ad locū partis existentis in occidēte, per suum motum accedere posset. Sicut videmus in motu partium aquæ: quæ intra totam aquam mouentur: vna enim ad locum alterius partis accedit. Et hoc (inquit S. Tho.) motui primo qui minus de diuersitate debet habere, optime congruit. Nam minor est variatio quę est secundum partes existentes in loco potentia, quàm quę est secundum tota existentia actu in loco.

Lect. 7.

Græcorum mens.

Græcis vero in hoc alia mens est. Nam si nomine cęli, aut vniuersū; aut totum diuinum corpus intelligamus. Sicut dicunt mentem Aristo. esse: ipsum secundum partes intrinsecas cōtentas; scilicet secundum sphæras planetarum & elementa. Sic dicunt ipsum, neque secūdum se totum moueri localiter: cū de loco non transmutetur ad locum, neque secundum suas partes continuas: cū ille etiam non permutent locū, eo ꝙ a nullo extrinseco contineantur, et ideo

non sint in loco. Sed secundum partes contentas separatas abinuicẽ se tangẽtes, ideſt secundum sphæras intra supremam sphæram cõtentas. Sphæra enim contenta, licet & ipsa tota locum non mutet, sed semper manet in eadem superficie corporis eam continentis, secũdum tamen suas partes continuas mutat locum, inquãtũ cuilibet eius parti, secundũ q circulariter mouetur, sẽper alia, & alia pars corporis continentis correspõdet, & ipsam tãgit succeſſiue'.

Sed circa hanc Grecorum opinionẽ duplex dubium occurit. Dubiũ dupl. Nam contra primum eorum dictum, scilicet q totũ cælum non mouetur secundum locum, videtur esse id, quod dicit Arist. quòd inquam cælũ & omne circulariter mouetur. Te. 43. & 45. Nam cum motus circularis sit motus secundum locum, vt habetur 1. Cœli. Si cœlum circulariter mouetur sequitur q secundum locum moueatur. 1. cœli Tex. 5 & 8. physi. Tex. 57. & 58

Contra secundum uero eorum dictũ scilicet q sphæræ planetarum secundũ partes continuas mutant locum: videtur esse q partes continui nõ sunt in loco in actu, vt ex philo. patet sicut nec habent esse in actu. Nam si in loco nõ sunt; moueri non possunt. Tex. 44.

Ad primum dubium Alex. manifeste respondet motum circularem non esse motum localem: sed tantum motũ rectum: in quo sane id quod mouetur, de loco ad locum transfertur: Sed quis motus sit non explicat: cum tamen constet q non est motus ad qualitatem: neque ad quantitatem. qui soli apud Aristo. 5. Phy. a motu locali distinguũtur. Resp. Alex. Tex. 18. Simpli. obscura locut.

Simplicius vero valde obscure loquitur. Sed & ipse videtur similiter concedere, q motus circularis cæli, non sit motus localis; accipiendo locum secundum q ipsum Arist. definiuit. Nam cũ non sit in loco, vt est superius ostensũ, neque etiam secundum locũ moueri potest. Vnde videtur velle, q sequendo hanc loci definitionem: & ponẽdo motum circularem esse motum secundũ locum, accipiendo locum in eadem significatione, non potest Arist. a contradictione saluari. Nam hic expresse tenet cælum in loco non esse, & non moueri secundum locum: sed circulariter. Tex. 41.

In 1. autem cæli, ponit motum circularem esse motum secundum locum. Idẽ in 8. Physi. ponit, determinatq; motũ cæli esse localem, ex quo sequitur cælũ esse in loco. Tex. com. 5 Tex. com. 57 & 58.

Nam omne quod secundũ locũ mouetur, necesse est vt sit in loco.

Propter hoc quod si uolumus Aristotelem a contradictione saluare: secundum horum opinionem possumus dicere, quòd in alio significato accipitur in hoc quarto libro nomen loci: & in alio in locis allegatis. Hic.n. accipit loci nomen, vt superficiem continentis dicit: in qua significatione secundum istos: oportet dicere q cælum neque est in loco: neque secundum locum mouetur. Alibi vero scilicet 8. Phy. vbi ponit & cælum mouetur secundum locum, & motum circularem esse motum localem, nomen loci accipit: vt ordinem partium in toto: siue potius mensuram talis ordinis dicit: sicut tempus dicit mensurã motus. In 8. Phy. & 1. cæli.

Quod esse proprium loci significatum inquit Damascius, et a Simplicio amplissime & subtiliter explicatur. Damascius explicatus amplissima Simplicii.

Sed quicquid Græci dicant, constat q hanc angustiam non patitur S. Tho. Nam sicut ponit vltimam sphæram esse in loco ratione partium, ita ponit ipsum secundum locum moueri, & motum circularem: motum localem esse. Videturque hęc positio magis ad mentem Aristot. esse: cum secundum eam non

non accipiatur locus aliter in alijs locis, quàm sit in hoc quarto libro definitas. Nam videtur voluntarię & sine ratione dictum, quòd loci definitionem in quarto libro ponat: et postea in octauo libro, & in libro de cęlo locum in alio accipiat significato, præsertim cũ de nulla alia huius nominis significatione sm̃ suam opinionẽ fecerit mentionẽ.

Ad secundum quod etiã contra sanctum Thomam & Aristo. esse potest: dicentes q in motu circulari partes mutant locum subiecto, respondetur q falsum est partes sphęrarũ in loco non esse. Ad dictum Aristot. dicitur q mens eius est, partes continui non esse in loco in actu secundum q vna alteri est continua, ita q vna pars alterius sit locus: cum oporteat locum esse a locato distinctum & ipsum tangere. Similiter intelligitur quòd pars continui non est in loco ad modum totius, quasi scilicet habens locum per se omnino se iunctum, & distinctum a loco alterius partis. Nam sicut partes ipsæ sunt continuę: ita & loca ipsarum: non autem quòd nullo modo sint in loco.

Cum autem dicitur q non habent esse in actu. Respondetur q aliquid esse in actu dupliciter intelligi potest. Vno modo vt opponitur ei quod est esse omnino in potentia & nullam habere existentiam in natura: Alio modo vt opponitur ei quod est non habere esse proprium & separatum: licet ergo partes non sint in loco secundo modo: quia nõ existunt per esse proprium: sunt tamen in actu secundo modo, quia per esse totius existunt: & hoc sufficit ad hoc vt sint in loco modo dicto. Dupliciter aliquid esse in actu contingit.

Sed & maius adhuc dubium in via S. Tho. remanet: Nam cũ vltima sphæra, a nullo corpore cõtineatur non, possunt eius partes aliquo modo esse in loco in actu, quasi (inquam) vnaquęque a parte continentis superficiei conteneatur inquãtum etiam vna pars eius continet aliam: sunt tamen in loco in potentia: ergo nullo modo sunt in loco in actu. Ex hoc autem sequi videtur quod neque tota vltima sphera: neque partes eius moneantur in actu: sed tãtum in potentia. Sicut enim vnũquodque se habet ad esse in loco, ita & ad moueri secundũ locũ: & hoc autẽ esse falsum satis constat.

Confirmatur. Moueri actualiter secundũ locũ, est priorem locũ dimittere & aliũ subintrare: hoc autẽ nõ potest fieri in motu partiũ vltimę sphęrę. Si sunt in loco, q vna pars cõtineat aliã in potentia modo superius explicato. Nã constat q quantũcumq; moueatur celũ una pars nunquã separatur ab ea cui per cõtinuitatẽ est coniuncta & cõsequenter nũquã suũ locum permutat.

Istud proculdubio: maxime vrget, contra positionẽ. S. Tho. Verũtamen quantũ mihi pro nunc occurrit dicendũ uidetur; iuxtã ea quę dicit. S. Tho. exponendo tex. 83. q licet partes vltimę sphęrę sint ĩ loco tãtũ in potẽtia, cõsiderata superficie cõtinente inquantũ superficies est: quia illa potentialiter tantũ in superficie continente continetur. Sunt tamen aliquo modo in loco actu cõsiderato ordine quẽ illa superficies continens habet in vniuerso: ex quo ordine superficies rationẽ loci habet. Nã superficies partis continentis quæ est in oriente, ordinẽ determinatũ habet nõ solũ ad alias partes suę sphęrę: sed etiam ad alias partes vniuersi, inquãtũ ipsa vltima sphæra; cuius sunt partes, est pars vniuersi: & ex illo ordine qui quidem est in actu, habet su- S. Th. expo. Tex. 38. & 41

perficies illa vt sit aliquo modo locus in actu: Nam si separarentur partes, & superficies quæ est in potentia educeretur in actum, eundem ordinem in vniuerso haberet, quem superficies cõtinuans habet. Dico ergo, ꝙ mouentur partes vltimæ sphęræ in actu, inquantum cum existentia potentiali in loco, ratione superficiei continentis. Sunt aliquo modo in loco in actu ratione talis ordinis. Quod si poneretur eas nullo modo esse in loco in actu, non video; quo modo possent dici actualiter secundum locum moueri.

Ad confirmationem dicitur, quòd partes illæ per motum localem relinquunt priorem locum, inquãtum locus est, & alium locum acquirunt inquantum superficies, a qua potẽtialiter continetur, vnum ordinẽ in uniuerso prius habebat, puta quia erat in oriẽte: postmodum alium ordinẽ habet, puta quia est in occidente; ex qua ordinum uarietate, diuersorum locorum rationem habet. Nam sicut vult S. Th. duas superficies aquę circa idem corpus successiue fluentes, vnius loci rationem habere; puta eũdem ordinem ad totum fluuium seruant, licet materialiter pręter fluant: ita dicere oportet quòd eadem superficies continens, si diuersos ordines & situs in vniuerso accipiat, diuersorum locorum habet rationem. Et propter hoc, licet vna pars cęli numquam partem cui est continua derelinquat, quia tamen illa pars successiue diuersos ordines habet, & consequenter diuersorum locorum rationem: ideo illa pars contenta, dicitur in motu, vnũ locum inquantum locus est dimittere, et alium acquirere.

Lect. 6.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum quidem negatur maior, non est enim vera vniuersaliter. Esse enim conuenit rei ratione formę: esse vero in loco ratione superficiei, qua continetur ab alio. Quia vero contingit vt totum quod primo, & per se habet esse a forma, non contineatur ab aliquo extrinseco: & per consequens non sit per se in loco: ideo potest esse vt aliquid habeat esse in natura per se totius: & tamen per locum totius, sit in loco.

Ad secundum dicitur, quòd minor est vera de partibus totius ab alio extrinseco contenti, & per se existentis in loco: non autem de partibus totius, ab alio extrinseco non contenti & per se non existentis in loco, cuiusmodi sunt vltimę sphęrę partes.

Ad tertium dicitur iuxta superius dicta de mente S. Thom. quòd licet pars locans in potentia vnam partem sphærę inquantum, scilicet talis pars est, naturaliter & necessario cum parte locata moueatur: non tamen mouetur inquantum locus est, idest inquantum determinatum quendam ordinem & situm habet in uniuerso. Nam pars succedens per motum parti, quæ erat in oriente, eundem ordinem & situm ad alias partes vniuersi habet, quem prædecẽs habebat secundum quem modum in præcedenti quæstione, dictum est locum immobilem esse.

ADDI.

ADDI.

Circa illud primum quod notat auctor, quomodo corpus sphærium, una tantum superficie terminatur; corpora uero quadrata pluribus superficiebus, & cum disputatio, sit de vltima sphęra: num sit in loco per totum, aut per partes, & supponitur ipsam esse corpus orbiculare. Et quia aliqui putauerunt ipsi cælo non deberi figura circularis: quia figura circularis est figuris cæteris minima: ergo maximo corpori cuiusmodi est cœlum, talis figura non conueuit. Prętera talis figura sphærica, maxime saluat ab extrinsecis oppositis. vnde sequitur naturam dedisse eam corpori maxime indigenti vt tueatur: aut igitur cœlum habet contrarium extrinsecum, aut non habet illam figuram. Tertio eccentrici & epicidi cœli sphæricitatem impediunt: quo modo ergo stat ista propositio, ꝙ cœlũ est sphęricę figuræ. Nõ erit inutile videre hic veritatem huius propositionis; quam disputat Arist. 2. cœli. Pro cuius notitia sciendum est primo, ꝙ cœlum cum habeat superficiem exteriorem & concauam, necesse est dicere, ꝙ secundum vtramque superficiem: sit sphæricum. Secundum superficiem exteriorem primo; quia perfectissimo corpori perfectissima figura debetur: sed cœlum est corpus perfectissimum, & sphærica figura est perfectissima: quia illi fieri non potest additio, vt declarat Auer. 2. cœli, igitur propositio vera. Prætera. simplicissimo corpori, debetur figura simplicissima: sed figura sphęrica est simplicissima, quia vna linea vel superficie clauditur. Item primo corpori prima figura debetur. Quia prius secundum substantiam, debet esse prius secundum accidentia essentialia. Est autem figura sphærica prima figura, vt patet in planis figuris in quibus qualis est proportio ad planas figuras, talis est proportio sphæræ ad alias corporeas figuras; immo iuxta doctrinã Auer. sic esse in circulo est causa, ꝙ sic sit in figura corporea ratio est Metaphysica. Quia figura numero proportionatur: sed triangularis & posteriores figuræ numeris proportionantur. Circulus autem proportionatur vnitati. Quemadmodum igitur vnitas est principium numeri, ita circulus figurarũ: Si enim esset triangulus prima figurarum, oporteret circulum esse extra genus figuræ. Quoad superficiem concauam cœlum etiam oportet esse sphęricę figuræ, quia aliter cœlorum contentorum superficies concessa non esset sphærica; & sic vel esset ibi uacuum uel corpus replens. Prætera corpora cœlestia non debent se impedire in motibus: & tamen non æqualiter circuunt: sed in eorum ortu & occasu vario modo se habent. quod tamen contingeret si in alia figura, quàm sphęrica in commissuris se tangerent. Sciendum est secundo, quòd cœlum non potest esse figuræ angularis: quod ita probo. Cœlum intuetur circulariter, vt stellarum ortus & occasus pandit: quoniam stellas vtrobique sub ęquali quantitate relinquit: si igitur cœlum esset diagonum vel trigonum vel secundum aliam angularem figuram: tunc daretur vacuum: quia spatio occupato per angulum, nihil succederet in quo iterum angulus redire posset. ratio est Arist. 2. Cœli, supponens cœlum non esse rarefactibile neque condensabile, aliter ipsa non esset efficax, vt supra dicebatur. Amplius si cœlum esset angularis figurę, vel triangularis, aut quadratæ: tunc partes cœli a centro inæqualiter distarent: quia a puncto medio quadrati, aut triangularis corporis ad partem mediam inter angulos: breuior est linea, quam ad angulum, & sic cœlum stellatum sit ultimum cœlum: tunc & aliquæ stellæ, cœli stellati essent con tiuuo terræ propinquiores quàm alię eiusdem cœli, ut putam, mediæ inter angulos respectu existentium circa angulos. Tertio est notandum, quòd cœlum non est figuræ lenticularis neque columnaris aut alterius figuræ a sphærica. Quia data sphęra cerę: quæ lateraliter comprimatur: tunc positis eius polis in partibus planis, poterit cera circulariter moueri: & non dari uacuum: Huiusmodi autem figuram non esse cœlo aptabilem probo quia cœlum non mouetur ab oriente in occidens, ęquipocialem circulum describendo, neque illi ęque distantem: sed modo ab astro re-

Ariſt. 2. cœli. Tex. 23.

Auer. 2. cœli. com. 23.

Quid eſt unitas.

Ariſt. 2. cœli. tex. 27.

Cœlũ nõ eſt figurę, lenticularis.

cedit

cedit, modo accedit: Ideo licet figura lentis aut oualis aut pyramidalis, ĩm aliquẽ modũ moto corpori absolute possit vacuũ prohibere: non tamen ipsa, vacuum prohiberet moto mobili, modo quo cœlũ mouetur. Adde etiã quia oportet figurã cęli esse talẽ, ꝙ vbicũq; situentur poli, non sit possibile per motũ cęlestẽ fieri vacuũ; quod tũ in dictis figuris non contingit: ut in lente situando polos in partibus non planis.

Auerr. 2. cœli com. 27. Hoc tãgit Auer. 2. cœli. Similiter in ouali situalis poli, in extremitate diametri breuioris, ꝑ motũ circulare oui uacuũ fieret. Idem de pyramidali figura dicendũ esset.

Lux duplex. Ex quibus sequitur manifeste, cœlũ esse ornatũ circulari figura. Quod ex natura lucis quoque ostendi potest. Nã lux duplex est, realis. s. & intentionalis: lux intentionalis est intelligentia, lux realis est qualitas, & omnis lux est naturaliter sphærice multiplicabilis, ideo intelligentiæ sphæricę sunt. Lucẽ autẽ realẽ intentionalis causat: & illius est origo & principiũ. Ideo in primo corpore qđ est cęlũ, est lux, luce igitur naturaliter sphæricæ multiplicabili existenti: oportet corpus cęli: qđ luci subijcitur esse sphæricũ.

Solutio dubiorum. Et ex istis modo de facili soluuntur dubia proposita. Nam ad primũ dicitur negando consequentiã. Quia licet figura sphærica sit minima quo ad loci occupationẽ: tamen ipsa est maxima quoad continentiam. Cœli autẽ continere est & nõ contineri. Ad secundũ dico, ꝙ principalis finis figuræ corporis, est intrinsecus corpori. Quia forma corporis finis est & corporis cuius est forma, & proprietatũ corpori propter formam conuenientiũ, forma autẽ cęli, figurã sphæricam sibi determinat. Ideo licet quantũ ad hoc, ꝙ est, ab extrinsecis defendi, non indigeat cęlũ figura sphærica: tamen quantum ad sui naturã & motum eius ea indiget. Negatur igitur vltima consequentia argumenti, qua disiunctiua inferebatur. Ad tertiũ aliqui respondentes negant encẽtricos & epiciclos, nos autẽ in quęstionibus nostris Metaphysicalibus tenemus secundum Tholomeum dari. Et ad argumentum negamus antecedens quia cõcentricus est circulus: qui diuidens cœlum, & terram in duas partes ęquales, habet centrum suum cum centro terrę. Encentricus, habet suum centrũ extra centrũ terrę. Epiciclus est circulus paruus in circumferentia deferentis per cuius circumferentiam defertur corpus planetę &c. vnde non est verũ ꝙ impediunt sphęricitatẽ cęli.

Quid tenendum de encẽtricis & epicidis.

Quæstio Tertia. Vtrum si graue moueretur in uacuo moueretur in instanti.

Motus quidem ad motum omnis proportio est: in tempore enim est, temporis autem omnis ad tempus finitis utrisq; vacui autem ad plenum non est. Tex. XXXIII.



Væritur Tertio. Vtrũ si graue moueretur in uacuo moueretur, instãti. Et videtur ꝙ sic.

Primo. Omne quod in tẽpore mouetur partim est in termino a quo & partim in termino ad quem, vt patet 6. Physico.

Tex. 31. *Sed si sit vacuum, non potest mobile dũ mouetur esse partĩ ĩ termino a quo, & partim in termino ad quẽ cũ in vacuo nõ sit distinctio partiũ, eo ꝙ vacuũ dicat negationem medij: ergo &c.*

Secũdo. Causa successionis tẽporarię in motu est resistentia medij. vt videtur velle Aristo. 4. Phys. Sed in vacuo nullum est medium: ergo &c. Te. 70 k 71.

Ad euidentiam huius dubij, attenden-

dum primo, ꝙ non suppono in hac quęstione esse vacuũ in nã: teneo enim cum phil. naturaliter vacuũ esse non posse: licet supernaturaliter esse possit. Completũ enim significatũ huius nominis vacuum, non est aliquid in re. Sed tantũ in conceptione intellectus. Sicut & significatũ huius nominis vniuersale. Sed quęro; si esset vacuũ & graue, siue per possibile siue per impossibile per ipsum descenderet. Vtrũ talis motus esset in tempore vel in instanti.

Motum grauis esse in ĩstãti tribus modis põt intelligi. *Considerandũ secũdo ꝙ tribus modis intelligi potest, motũ grauis esse in instanti. Vno modo quia toto aliquo tẽpore sit in vno loco & in vltimo instãti illius temporis sit in alio; Sicut dicimus in generatione substantiali, ignis ex aere materiã aeris, in toto tempore quo aer alteratur, ad hoc vt conuertatur in ignẽ esse sub forma aeris: in vltimo vero instanti illius temporis, esse sub forma ignis.*

Secundo modo quia in vno instanti est in vno loco: & in alio instanti immediate relinquens locũ quẽ habebat, aliũ quẽ non habebat acquirit: vt moueri in instanti nihil aliud sit, quã in vltimo instanti alicuius temporis esse in vno loco, & in alio instanti immediate sequenti in alio loco.

Tertio qa ĩ uno instãti existẽs ĩ uno loco, in eodẽ instanti aliũ locũ acquirit.

Considerandũ tertio ꝙ cum moueri in quoddã transitu consistat: est enim motus actus existentis in potentia ad terminũ motus tendentẽ: transitus autem iste est recessus a termino a quo & accessus ad terminũ ad quẽ: motũ aliquẽ fieri in tempore aut in instanti est recessum a termino a quo: & accessũ ad terminũ ad quẽ, tempore aut instanti mensurari; dicimus enim Sor. in tẽpore ambulare: quia in tempore recedit a loco in quo erat, et ad locũ in quo nõ erat accedit: generationẽ aũt ignis ex aere, (vt ab alteratione prędẽte prędscindit) fieri in instãti: qa in eodẽ instãti recedit a materia aut est sub forma forma aeris et ad formã ignis accedit.

Istis suppositis: dicitur primo, ꝙ motus grauis in vacuo, non potest sic esse in instanti: vt in aliquo toto tẽpore graue sit in vno loco, & in vltimo instanti illius temporis, sit in alio loco totaliter distincto.

Probatur primo sic. Omnis mutatio isto modo instantanea est terminus alicuius motus præcedentis: motus autẽ grauis qui fieret in vacuo, nõ esset terminus alicuius motus. Sicut. n. nunc cũ mouetur graue, prius in aliquo toto tẽpore quieuit: ita & si moueretur de nouo in vacuo, prius in toto aliquo tẽpore quieuisset: maior est phil. & Cõment. 6. Phis. Ostenditur etiã inductiue; nã generatio corruptio, illuminatio, & similia: constat ꝙ sunt aliquorũ motuũ termini. Probatur etiã ratione sic. Quod in aliquo toto tempore quiescit, in eadẽ dispositione, in quolibet instanti illius temporis manet: ergo qđ in vltimo instãti alicuius totius temporis est in alia dispositione quã prius, non quiescebat in illo toto tẽpore, sed mouebatur: et sic illa mutatio instãtanea, est terminus alicuius motus: patet cõsequẽtia: quia ex opposito cõsequẽtis oppositũ antecedẽtis infertur. Sequitur. n. ꝙ in vltimo instãti alicuius tẽporis est in alia dispositione quã prius, in toto illo tẽpore quiescebat: ergo qđ in aliquo toto tẽpore quiescit nõ in eadẽ dispositione in quolibet instãti illius tẽporis manet; cum in vltimo instanti illius temporis aliter se habeat quam prius.

Tex. 59.

Si instetur contra istud assumptum. Quod quiescit in aliquo toto tempore, est in eadem dispositione in quolibet instãti illius temporis, quia materia quiescit toto aliquo tẽpore sub una forma, & tamen in vltimo instanti illius temporis est sub alia forma.

Aliud est aliquid toto tẽpore esse sub una forma, aliud toto tẽpore sub vna forma quiescere.

Dicitur, q aliud est aliquid vno toto tẽpore esse sub una forma: & aliud, ipsum toto illo tempore sub vna forma quiescere. Potest quidem esse vt aliqd toto vno tempore sit sub vna forma; & tamen in vltimo instanti illius temporis sit ad aliam formam transmutatum, sicut in generatione ignis ex aere patet. Nam, materia toto quodam tẽpore est sub forma aeris: & in vltimo instanti illius temporis est sub forma ignis. Vnde non oportet, vt quod toto vno tempore est sub vna forma; in vltimo instanti illius temporis sit sub eadem. Sed esse nõ potest, vt aliquid vno toto tempore quiescat sub vna forma; & in vltimo instanti illius temporis sit ad aliam formam transmutatum. Nã de ratione quietis est, vt quiescens similiter se habeat nunc, sicut prius, ita q non possint accipi duo instantia illius temporis, in quibus non similiter se habeat: sicut de ratione motus est; vt qđ mouetur non, similiter se habeat nunc & prius: ita quòd non possint accipi duo nunc temporis mensurantis motum: in quibus quod mouetur similiter se habeat.

Dicitur ergo quod materia in toto quidẽ aliquo tempore, est sub vna forma, & in vltimo instanti sub alia: non tamen in toto illo tempore præcedenti sub illa forma quiescit. Sed mouetur p alterationem ad formam: quam in vltimo instãti accipit, propter quod inquit Philo. 6. Phys. q omne quod generatũ est, prius generabatur. Similiter aer qui in instanti illuminatur, in tempore præcedenti non quiescit sub tenebra. Sed mouetur a tenebra ad lucem, per accessum solis ad ipsum continue, magis ac magis appropmquans ad lucem Si autem Deus, solem de nouo crearet aere præexistente: creatio solis vicem motus solis & aeris gereret: & secũdum istam declarationem patet, q argumenta Scoti in 2. sent. contra S. Th. non militant.

Text. 59.

Sco 2. distã. q. 11.

Secundo. Medium non est necessarium, ad hoc q motus sit in tempore: ergo dato q nullum sit medium, sed sit vacuum, non oportet vt motus sit in instanti. Probatur antecedẽs. Vnaquę que sphæra cœlestis mouetur in tempore, & vna velocius alia, & tamen nullum est ibi medium, quod oporteat aut scindi aut propelli: ergo &c.

Tertio. Si talis motus esset in instãti, si quis proïceret lapidem sursum, aut transiret locum vnius stadij in instanti: aut non. Si non: ergo non oporteret motum per vacuum fieri in instanti. Si sic: ergo & locum duorũ stadiorum, & sic vsque ad vltimam sphærã: quod est ridiculum. Confirmatur quia si tunc lapis ab vltima sphæra dimitteretur, velocius sine proportione moueretur, quam ipsa suprema sphæra.

Dicitur secundo, q motus grauis in vacuo non posset sic esse in instanti: q in vltimo instanti alicuius temporis esset in vno loco, et in alio instanti immediate esset ad alium locum transmutatũ: patet hoc; nã cũ instans, nõ sit immediatum instanti, vt 6. Phy. ostenditur, impossibile est vt aliquid in vno instanti sit in vno loco, & in alio instanti immediate sit in alio loco.

Tex. cõ. 1.

Dicitur tertio, q impossibile est etiã

Impossibile est motũ in vacuo: sic etiã in instãti q in vno eodẽ instãti q quo mobile est in vno loco, aliũ sibi locũ per motum acquirat. Tex. 67.

sic motum in vacuo esse in instanti, q in vno & eodem instanti in quo mobile est in vno loco, alium sibi locũ per motum acquirat. Patet quia vt dicitur 1. Phys. Termini motus sunt incontingẽtes: ita quòd non potest mobile simul esse sub termino a quo: & sub termino ad quem.

Confirmatur quia tunc si quis vellet ex Roma in Gallias proficisci, vel simul esset & in vrbe Roma & in Gallijs, vel ad Gallias transire non posset. Primum est inconueniens manifestum. Secundum etiam inconueniẽs videtur. Nam si existente corpore intermedio, quod ambulando diuidere oportet: non prohibetur quis ex Roma transire ad Gallias: multo magis si nullum sit corpus intermedium, sed sit vacnũ.

Tex. 71. 72. & 73.

Sed circa hanc determinationẽ duo sunt quæ difficultatem faciunt. Primũ est auctoritas & ratio Arist. qui vult q si aliquid moueretur in vacuo, moueretur in instanti, hac ratione. Qualis est proportio medij ad medium in subtilitate: talis est proportio motus ad motũ in velocitate. Sed spatij vacui ad spatium plenum nulla est proportio: ergo motus per vacuum ad motum per plenum, nulla est proportio. Sed motus nullam proportionem habens ad alios motus est in instanti: ergo quod moueretur in uacuo, moueretur in instanti.

Dist. 11. q. 1.

Secundum est auctoritas S. Tho. 4. sentent. Determinat enim ibidem quòd quando inter terminos mutationis non est medium per se in eodem subiecto; talis mutatio est in instanti. Sed si aliquid mouetur in uacuo, inter terminos illius motus non datur aliquod mediũ: ergo erit ille motus in instanti.

Ad huius difficultatis euidentiã cõsiderandum est: q cum omnis motus, omnisq; mutatio sit inter duos terminos, qui sunt incontingentes, ideſt qui simul in eodem esse non possunt, vt 1. Physi. habetur. Mobile dum est sub vno termino, resistit mouenti intendenti ipsum ad alium terminum transmutare, ex quo prouenit vt non possit ipsum sub termino ad quem constituere: quamdiu est sub termino a quo. Si enim corpus aliquod sit album: ex eo q est album resistit agenti, intendenti ipsum efficere nigrum: vt scilicet effici nigrum non possit: quamdiu sub albedine manet: & ideo oportet aliam esse durationem, in qua mobile est sub termino a quo: & aliam sub qua est ad terminum ad quem transmutatum. Hoc tamen diuersimode inuenitur, vbi vterque terminus est aliquid positiuum, & aliter vbi vnus terminus est positiuus: alius vero negatio. Nam cum omnis mutatio aut motus incipiat in instanti: vbi vterque terminus est positiuus latitudinem & diuisibilem habens, aliud est instans, a quo incipit motus & receſsus a termino a quo: & aliud instãs in quo terminatur accessus ad terminum ad quem, & vtrumque illorum instantiũ ad ipsam mutationem pertinet: ad motum enim dealbationis pertinet, & instans in quo incipit dealbatio, & instãs in quo terminatur. Et ideo cum inter quælibet duo instantia mediet tempus, necesse est vt motus huiusmodi quo fit transitus ab vno termino, ad alium, tẽpore mensuretur, vbi autem vnus terminus est affirmatus: alius vero negatus: sicut cum aliquid mutatur de non esse ad esse, vel ab esse ad non esse: vt sic non oportet vt aliud sit instans in quo incipit motus, & aliud instans in quo terminantur: sed in vno & eodem instanti incipit et terminatur si ipsa mu-

Tex. com. 47 Mobile dũ est in termino resistit mouẽti intẽdẽti trãsmutare ipsũ ad aliũ terminũ, hoc aũt non est vniformiter in termino positiuo & in termino negatiuo.

tatio per se accipiatur : præscindendo scilicet eam a motu præcedente cuius est terminus: & ideo talis mutatio non fit in tempore: sed in instanti, in quo est ipsum factum esse, in eodem enim instãti aliquid generatur: & generatũ est : & in eodem instanti, aliquid corrumpitur & corruptum est. Sicut in eodem instanti aer illuminatur & illuminatus est: & in eodem instãti terminatur motus: & terminatus est.

Ratio ergo quare motus proprie sũptus, est in tempore absolute, nõ est medium grossum, aut subtile: sed est incõpossibilitas terminorum, cum eorum latitudine & diuisibilitate: & ideo quia locus diuisibilis est & diuisibiliter acquiritur: & terminus a quo & terminus ad quem incompossibiles sint, mobile existens in vno loco diuisibiliter amisibili: resistit motori intendenti ipsum ad alium locum transferre: & ex tali resistentia habet motus siue in pleno sit: siue in vacuo, vt non in instanti, sed in tempore fiat.

Quare motus in uacuo vnus sit alio velocior põt reddi multiplex ratio.

Quare autem in vacuo vnus motus alio esset uelocior multiplex esse ratio põt. Prima est quia unus potest esse inter terminos magis distantes. Alius vero inter terminos minus distãtes. Nam cæteris paribus vbi est maior locorum distantia, maius tempus ad motum requiritur; quàm vbi est minor distantia locorum, sicut maius tẽpus (cæteris paribus) requiritur ad hoc, vt transeat aliquid ex magis nigro, ad albedinem, q̃ vt transeat ex minus nigro : maior .n. ibi videtur contrarietas.

Secunda causa est maior aut minor excessus virtutis motiue supra mobile; vbi .n. est maior excessus virtutis motiue supra mobile, & consequenter minor resistentia mobilis, ibi est maior velocitas motus, cæteris omnibus paribus, siue illi motus sint in vacuo siue in pleno. Nam etiam posito vacuo, ridiculum esset dicere puerum debilis virtutis æquali velocitate proijcere posse lapidem, sicut vir magnę virtutis.

Ad auctoritatem Arist. prætermissa responsione Comment. com. 74. quę profecto subtilis est, respondetur vt S. Tho. Lec. 12. in expositione respondet, q̃ inquam ratio illa non est demonstratiua simpliciter: sed procedit contraponentes causam totalem velocitatis & tarditatis, in motu esse ex parte medij. Sic enim sequitur q̃ remoto omni medio aut motus nõ esset, aut fieret in instanti: similiter facta illa suppositione, vera est propositio hęc. Qualis est proportio medij ad medium in subtilitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate : non autem est simpliciter vera. Quod autem inquit Auerroes, in grauibus & leuibus rationem Aristo. veram esse, eo q̃ in illis nulla sit retardatio velocitatis ex parte mobilis: sed tantum ex parte medij, eo q̃ subtracta ab eis forma quam habent ab agente, non remaneat nisi materia, ex cuius parte nulla põt considerari resistentia ad mouens; cum non sit ens actu, nõ valet vt bene notat S. Tho Lec. 12. quia remota per intellectum forma, quã grauc habet ab agente, non remanet materia nuda: sed remanet corpus quantũ, in determinato situ existens opposito situi, quem mouens intendit, ex quo, vt ipsemet Auerroes dicit: accipitur resistentia mobilis ad mouentẽ, quæ resistẽtia ĩ corporibus ẽt cęlestibus inuenitur.

Lect. 12.

Lect. 12.

Ad aliã instantiã ex verbis S. Tho. sumptã dicitur, q̃ licet inter terminos motus existentis in vacuo, nõ detur, medium plenum, datur tamen spatium vacuum,

cuum, siue locus non repletus corpore: multas habens partes, quibus successiue correspondent graue descẽdẽs, ac si illas successiue per motum acquireret.

Sed contra determinationem factã quæ est S. Tho. in expositione & in 4. sent. ab aliquibus instatur.

dist. 44. q. 2. art. 3. q. 3. ad secundum.

Primo, si incompossibilitas termini a quo & termini ad quem (quia videlicet mobile, nõ potest simul esse in vtroque loco) est causa quare motus istæ sit in tẽpore, sequitur q̃ nõ posset assignari ratio quare graue circumscripto medio tali gradu finitæ velocitatis moueretur: quacumque .n. finita velocitate moueatur: contingit ipsum non esse simul in vtroque loco.

Secundo sequeretur, q̃ graue simplex moueretur in infinitum simpliciter, circumscripta resistẽtia medij. Nã cum duplo gradu velocitatis ad gradũ datum, tolleretur mobile simul esse in diuersis locis & cum quadruplo & cũ octuplo: & sic in infinitum.

Tertio sequeretur q̃ graue simplex maioris quãtitatis deberet tardius moueri: quàm graue minoris quantitatis, quia maius inconueniens est corpus magnum simul esse in diuersis locis: quàm corpus paruum.

Quarto. Potentię mouentis graue simplex ad talem incompossibilitatem terminorum: nulla est proportio, cũ nihil sit: ergo talis incompossibilitas terminorum, non tenet locum resistentiæ: Nam uelocitas cuiuscumq; motus, attenditur penes proportionem potentiæ mouentis ad suam resistentiam, vel pennes accessum, vel aliquid huiusmodi.

Quinto, eadẽ ratione distãtia formalis terminorũ ĩ alteratione, deberet esse sufficiẽs cã successionis ĩ motu alteratio nis: quacũq; alia resistẽtia circũscripta.

Sexto similiter talis incõpossibilitas terminorũ, deberet facere successionẽ ĩ illuminatione medij: hoc aũt ex Arist. secundo de aĩa, falsum esse constat. Tex. 70.

Ad omnia istã simul dicitur, q̃ ex falso fundamento procedũt. Nos. n. nõ dicimus solã terminorũ incompossibilitatẽ, esse rationẽ, quare motus fiat in tẽpore. Sed hanc incõpossibilitatẽ cum diuisibilitate vtriusq; termini: Nã sicut propter diuisibilitatẽ lineæ in infinitũ, inter quælibet duo puncta lineę mediãt infinita puncta: ita inter quælibet duo loca, mediant infinita loca: non tamen ab inuicem totaliter distincta: sed communicantia.

Ad primum autem principaliter iuxta prædicta. dicitur, quòd subtracto medio extrinseco, potest etiam optime assignari ratio, quare vnum graue citius perueniat ad locum deorsum; alio graui, duplex enim potest ratio assignari: vna est maior, aut minor distantia locorum: inter quæ est motus. Sicut .n. cęteris paribus minus frigidum citius calefit, quàm maius frigidum, propter minorem distantiam inter hanc frigiditatem & hanc caliditatem, quàm inter illam frigiditatem & illam caliditatem: ita hoc graue citius peruenit ad hunc locum, cæteris paribus, quando a loco minus distanti mouetur quàm aliud. Altera est maior aut minor grauitas: quod enim grauius est cæteris paribus, citius descendit propter maiorẽ inclinationem maioremque impetum ad locum deorsum.

Subtracto medio vnũ graue citius moueri alio potest, ex duplici rõne.

Dicitur secũdo, q̃ nõ diximus incõpossibilitatẽ terminorũ etiã habentium latitudinem, esse causam maioris aut minoris velocitatis: sed esse causam q̃ motus absolute sit in tempore: causam autem maioris aut minoris velocita-

tis esse diximus, & maiorem locorum distantiam, & diuersum excessum virtutis motiue super mobile: ideo ratio non est ad propositum.

Ad secundum, dicitur primo ꝙ ex eodem falso fundamento procedit, scilicet ac si dicamus solam incontingentiam terminorum, esse rationem quare motus fiat in tempore.

Dicitur secundo, ꝙ graue simplex nõ moueretur in infinitum simpliciter: sed determinata velocitate secundum maiorem, aut minorem distantiam locorum, & secundum maiorem aut minorem grauitatem.

Ad tertium negatur consequentia. Si cetera ponantur paria. *Ad probationem* dicitur primo, ꝙ procedit ex eodem falso fundamento.

Dicitur secundo, ꝙ non maius inconueniens est corpus maius esse simul in diuersis locis, quàm corpus paruum. Vtrobique enim contradictionis implicatio est.

Ad quartũ dicitur primo, ꝙ ex eodẽ falso fundamento procedit. Dicitur secundo ꝙ licet potentiæ mouentis ad incompossibilitatem terminorum accipiendo incompossibilitatem pro sola negatione possibilitatis existẽdi simul in eodem: nulla sit, proportio entis enim nulla est proportio ad non ens: potentiæ tamen transmutatiue mobilis existentis in vno termino, ad terminum incompossibilem illi est aliqua proportio, & alia, & alia. Secundum aliam, & aliam terminorum distantiam: Minor enim potentiæ proportio est ad terminum incompossibilem magis distantem, quàm ad terminum incompossibilem minus distantem: quia vbi termini huiusmodi fuerint magis distantes, maior est resistentia mobilis ad potentiam mouentis, vbi non fuerit minor distantia, minor erit resistentia: & secundum hoc attendetur maior aut minor velocitas motus.

Ad quintum conceditur quod infertur: Nam distantia formalis inter terminos alterationis, quia videlicet inter ipsos terminos plurales termini mediant, est sufficiens ratio successionis in ea: omni alia resistentia circũscripta.

Ad sextum, Dicitur primo, ꝙ ex falso intellectu nostræ positionis procedit. Dicitur secundo, quòd inter terminos illuminationis scilicet inter tenebram & lucem: nihil mediat; cum ipsi termini latitudinem non habeant ex se: ideo quamuis sint termini incompossibiles; nulla tamen in illuminatione successio inuenitur: sicut neque in generatione: vt ab alteratione prescindit.

Ad rationes principales ex prædictis patet responsio. Dicitur enim ad primum, quòd graue dum moueretur in vacuo, partim esset in termino a quo, & partim in termino ad quem, quia licet nõ esset medium aliquod corpus; esset tamẽ medium ipsum spatium vacuum verum, vel imaginarium, & esset locus non repletus corpore, plures habens partes, quibus graue descẽdendo secundum partes motus successiue præsens esset.

Ad secundum, dicitur vt superius, ꝙ falsum est totam causam successionis temporarie in motu esse medy resistentiam: nec hoc tenuit Aristo. quamuis contra tenentes illam positionem ex ea suppositione, tamquam ex concesso ab eis sit argumentatus.

ADDI.

ADDI.

Quia præsens quæsitum, supponit perpossibile vel per impossibile vacuum dari, & tunc quærit si motus alicuius corporis fieret in eo, esset instantaneus, aut temporalis, & cum mos Auer. fuerit, quasi semper loqui aduersus loquentes secundum suũ legem, in qua præcipuum fundamentum erat (creatio totius vniuersi) quod volens, vn dequaq; destruere ipse Auer. in hoc 4. phys. ait, vacuum esse necessarium apud eos qui generant mundum secundũ totũ, & declarans in hocmet, 4. phy. qui sunt qui ponunt vacuum, dicit ꝙ sunt bipartiti: quidam. n. ponunt vacuum separatũ a corporibus, quidam vero non ponentes creationem, ponunt vacuum non separatum a corporibus, quia si vacuũ est, vbi non est corpus, sed possibile est esse, vel vacuum est locus corpore priuatus, sed si mundus fuit productus & cœpit esse vbi nunc est, necesse est dicere ꝙ prius non fuit aliquod corpus, tamen poterat ibi esse, alioquin ibi nõ esset, & sic ante mundum creatum fuit vacuum, per quod argumentum putat cogere etiam nos christianos fateri vacuum. Inter illos qui ponebant uacuum non separatum a corporibus, fuit quidam Philosophus nomine Xutus, qui hoc argumento ducebatur, si uacuum non esset: ergo non contingit aliquid condensari: probatur consequentia, quia condensatio non aliter fit, quàm per uacuum, sed impossibile est non esse condensationem, quia tunc sequeretur unum ex his inconuenientibus, aut qđ esset motus localis (quomodo enim corpus transiret per corpus, nisi esset densatio aliqua) aut si motus est sine condensatione, totus mũdus conturbabitur & fluctuabit: quia dato ꝙ moueatur, unum corpus, puta ipsius canis, hoc tale corpus mouebit unã partem spatij in locum ulteriorem & illa aliam, & illa aliam iterum, donec totus mundus moueatur, & egrediatur suos limites, & item per quietem regrediatur sicut mare fluctuat motu undarum, quod si hoc non est: sequitur aliud inconueniens qđ si modo aliquod corpus crescit, ut cum ex aqua fit aer, alibi opus sit, ut aliud corpus decrescat, puta tantum aeris fiat aqua, ne totum uniuersum fluctuet & conturbetur; quòd si ista esse non possunt, oportet dari uacuum in corporibus ratione cuius condesentur, quia condensatio aliter fieri non potest quam per uacuum; ut appareat ꝙ neutrum argumentum concludit.

Comm. 6. Com. 30. & 36. & 43. Opin. Xuti.

Est notandum primo, ꝙ ponentes vacuum ad tres opiniones reduci possunt, prima fuit pythagoricorum: qui non naturaliter de uacuo loquuti sunt: dicebant enim uacuũ esse quoddam spatium magnum separatum a corpore extra cœlum existens; & sic imaginati sunt uniuersum esse magnum quoddam animal, quodquidem uacuum respirans per ipsum, flatu quoddam, corpora huiusmodi distinguit & separat ad inuicem, ita ꝙ uacuum nihil aliud erat quàm distinctio & separatio partium vniuersi, imaginati sunt enim distinctionem per plenum fieri non posse, quia oportet huiusmodi plenum ab alijs partibus uniuersi distingui: & sic oportet ut fiat per uacuum, & quia prima distinctio inuenitur in numeris, eo ꝙ numeri secũdum ipsos sunt prima principia & substantialia rerum, ideo primo ponebant uacuum in numeris, ut per naturam uacui una unitas ab alia distingueretur, ne numerus sit continuus sed habeat naturam discretam.

Notandum.

Secunda opinio fuit ponentium uacuum separatum a corporibus inter latera alicuius corporis continentis interceptum, quod quidem spatium erat corporũ susceptiuum, ut si diceremus spatium quod est inter extremitates domus, est uacuum, & assignabãt rationem positionis eorum: quia credebant aerem nihil esse.

Secũda opĩ.

Tertia opinio fuit ponẽtium uacuum infra corpora naturalia, & partibus corporis uniuersi, in bibitum, quod quidem habet distinguere partes cuiuslibet corporis ab inuicem, & etiã partes totius uniuersi ut dixerũt Democritus & suus Collega Leucippus.

Tertia opĩ.

Secundo est sciendum, ꝙ duplex est rarefactio & condensatio, propria & impropria: impropria est quæ fit, absque mutatione & alteratione aliqua partium rei, sed solum

per.

per approximationem vel partium separationem, sicut spongia cum eiecta est aqua vel aer, condensata dicitur: cum vero plena est aere vel aqua rarefacta est: talis autē densatio & rarefactio, nō fit absque corporis externi intromissione, vel expulsione, & hæc inest frequenter mixtis, saltim ignis & aer non habent hanc densationem vel raritatem; Antiqui itaque non cognoscebant nisi hanc solum, cū hoc discrimine, qđ illi ponebant intra corpora uacuos poros; nos uero plenos subtiliore corpore; & sic possumus dicere, cinerem condensari. Alia est condensatio & rarefactio propria, & hæc non fit corporis alterius expulsione uel receptione; sed mutatione ipsius subiecti, ex potentia in actum: ut sicut quod erat calidum fit frigidum: non quia ab intrinseco quicquam recipiat, sed quia materia quę erat in potentia frigida, fit actu frigida, & ita fit rara & densa actu, ex eo quod erat in potentia. Quibus stantibus dicimus, ꝙ nullo modo ponentes mundum productū, coguntur ponere uacuū, & ad argumentū Auer. resp. D. Th. p. p. ꝙ ad rationem uacui non sufficit in quo nihil sit, sed requiritur qđ sit spatium capax corporis, in quo non sit corpus: ut patet per Arist. 4. phy. gentes ergo mundū, dicunt nō fuisse locum aut spatiū ante mundū. Ad secundum dicitur, ꝙ condensatio fit per hoc ꝙ subiectum existens sub raritate & in potentia existens ad densitatem, reducitur ad densitatē, & econuerso: sic ergo ex aqua fit aer per hoc ꝙ eadē materia numero, quæ prius erat sub forma aquæ, fit sub forma aeris aut econuerso: sic in proposito ex denso fit rarum, per hoc ꝙ eadem materia quæ prius erat sub forma densitatis fit sub raritate: & sic non oportet ponere vacuū propter raritatem & densitatem, nec oportet vniuersum conturbari & fluctuare, vt mare, quia quando aliquod corpus mouetur, puta canis ad aliquem locū aliud corpus cedit quod existebat eo in loco. Nec te moueat si Auer. dixit, ꝙ ponentes vacuum sunt bipartiti & nos recitauimus tres opiniones quia Auer. loquitur de his qui naturaliter locuti sunt Pythagorici quorū fuit prima opinio nō naturaliter locuti sunt

q. 46. ar. 1. Tex. 60 Ad argumēta respon.

Quæstio Quarta. Vtrum tempus distinguatur a motu.

Quoniam autem uidetur maxime motus esse & mutatio quædam tempus, hoc considerandum est.

Tex. XXXXV.

Circa tractatum de tēpore. Quæritur primo, Vtrum tempus sit aliquid distinctū a motu, existens extra animam, & videtur ꝙ non. Primo, Id quod cōponitur ex partibus quæ non sunt, non est: sed tempus componitur ex his quę non sunt, scilicet ex prēterito et futuro, quorum nullum est: ergo tempus non est.

Secundo. Si tēpus est aliquid, aut est res permanens; aut est res successiua: sed non est res permanens, vt satis patet (nisi poneremus tēpus esse ipsum cęlum) nec res successiua, quod probatur. Si esset res successiua, tunc tēpus esset dū fieret, hoc aūt est falsum, quia illud dicitur fieri qđ ꝓcedit de nō eē ad esse: ergo qđ fit nō est: ergo tēpus nihil est.

Tertio. Illa sūt idē, quorū partes sūt eedē: sed partes tēporis, & partes motus sunt eedē: ergo &c. consequentia nota cū maiori: probatur minor, nam partes motus sunt prius & posterius, similiter partes temporis: ergo &c.

Quarto. si tēpus sit aliud a motu, cū tā tēpus, quam motus sint entia successiua,

successiua, sequitur ꝙ alia erit successio temporis, & alia successio motus; sed hoc est falsum; ergo &c. Probatur falsitas consequentis. Impossibile est esse duas quātitates permānsuas, in vno quāto ꝓmansiuo: ergo & duas successiones in vno successiuo: ergo in motu non potest ēsse propria successio, & alia successio quæ pertineat ad tempus.

Tex. 99. *Quinto. Ad hoc est auctoritas Phil. dicentis. Est autem prius & posterius ipsorum in motu, quod equidē ens motus est, vbi dicit S. Tho. prius & posterius ipsorum .s. temporis & motus quantum ad id quod est, motus est: sed tēpus nihil aliud est, quā prius et posterius: ergo tēpus est idē ꝙ motus.*

Lect. 17.

Tempus est ens reale extra animam existens.

Respondeo ad istam difficultatē tribus conclusionibus.

Prima est. Tēpus est ens reale, extra animam existens. Probatur primo, omnis quantitas est ens reale: sed tempus est quantitas: ergo &c.

Secundo. Id quod est mensura entis realis, est ens reale: sed tempus est mensura motus: ergo &c.

Tex. & cō. 131 *Sed circa hanc conclusionem dubiū occurrit. Nam cum Philo. in fine huius quarti & Comment. expresse ponant, ꝙ numerus nō est in actu, nisi per opus animæ: tēpus vero sit quidā numerus: videtur ꝙ nō sit in actu nisi per opus aīæ: ergo non est ens reale.*

Numerus est duplex, scilicet multitudo discretarū rerū & cōtinuarū.

Respondetur & dicitur primo, ꝙ duplex est numerus. Quidam, scilicet qui est multitudo vnitatum discretarū, & nullo modo continuarū, sicut numerus decem hominum, & de hoc non loquitur Philosophus & Com. Alius est nmmerus qui est multitudo partium cōtinui, & de hoc Philosophus loquitur: intelligitq; quantum ad partium distinctionem, ꝙ scilicet tales partes non sūt separate nisi per opus animæ. Dicitur secundo, ꝙ tempus est numerus secundo modo dictus: ideo non est nisi p ōpus animæ; quantum scilicet ad actualem distinctionem suarum vnitatum, quæ cum sint vnitates partium motus, qui continuus est: distinctionem & separationem partium non habet, quantum tamen ad entitatem suam extra animam est: est enim entitas, quæ ratione subiecti in quo est continuitatem habet: vt infra dicetur.

Sequitur ex istis, ꝙ licet tempus sit res extra animam, ita ꝙ non existente anima adhuc est tempus: tamen tempus secundum suam totalitatē non habet esse nisi in anima. Cum enim tempus sit successiuum, de cuius ratione est ꝙ non sit totum simul de eo, nisi indiuisibile: non poterit esse tempus secūdum partes suas, nisi per operationem animæ comparantis partem priorem & posteriorem temporis: vnde totalitas temporis, est solum in anima: & hoc significauit Philosophus dum dixit tex. 131. quòd tempus est vt cumque ens sine anima ideſt habet esse imperfecto modo.

Secunda conclusio est. Tempus est successiuum.

Tempus est successiuū.

Ad cuius euidentiam sciendum primo ꝙ res successiua, differt a permanēti in duobus: Primo quia res permanentes habent partes suas totas simul in actu; sicut Sortes, lignum &c. tot-

Res successiua a permanēti, in duobus differt.

tum autem successiuum non habet partes secundum se totas simul existentes, sed partes sue esse in successione habēt, secundū ꝙ vna habet esse post alteram sicut est de motu: partes enim motus, non habent esse simul: sed vna est post alteram.

Secūdo: quia totū permanens nō est actu

actu dum fit: non enim Sor. est dum generatur: sed postquam genitus est, totum autem successiuum simul est & fit, & nullo modo est actu, nisi dum fit, motus enim non est, nisi dum mouetur mobile.

Probatur itaque conclusio. Primo sic. Illud cuius partes nō sunt simul & in fieri esse habet: est ens successiuum: sed partes temporis non sunt simul, & ipsum in fieri eße habet (præteritum enim & futurum non sunt simul) & tempus non est, nisi dum sit: ergo tempus est successiuum.

Sed duo occurrunt dubia. Primum est. In generatione Sor. non sunt simul omnes partes: natura, secundum Phil. 3. de partibus animalium & 2. de gene. animalium, primo generatur cor: quàm aliæ partes: & tamen Sortes est res permanens: ergo falsum est ꝙ partes rei permanentis in hoc, a partibus rei successiue distinguantur, quia illæ sint simul, iste autem non.

Cap. 1. Cap. 4.

Secundum dubium est. Si tempus est talis res successiua, quæ non habet si multatem partium & non habet esse, nisi dum fit, sequitur ꝙ in eodem tempore aliqua pars eius primo generabitur & corrumpetur: sed hoc est impossibile, quia id quod est pro aliqua mensura; non potest pro illa mensura non esse: ergo &c. Probatur consequentia. Accipio vnam diem: certum est, quòd vna dies nō generatur: nisi in vna die. Quæro ergo, in quo tempore corrumpatur illa dies: non in tempore præcedente ipsam diem: nec in tempore sequenti, nec in aliqua parte diei: ergo corrumpitur in seipsa die, & in eo tempore quo primo generata est: ergo &c.

Quō intelligatur ꝙ partes rei pmanentis sunt simul.

Ad primum istorum dicitur, ꝙ partes alicuius: non sunt partes eius: nisi dum vniuntur in toto: dum enim sunt separate a toto, non sunt partes eius in actu: vnde quando generatum est cor, simul sunt omnes partes eius, non autē simul generatur omnes partes Sortis: quia nō omnes simul incipiunt esse partes Sortis. Illa igitur propositio scilicet partes rei permanentis sunt simul, intelligēda est; quādo sunt partes eius, non autem antequam sint eius partes, & per hoc differt res permanens a successiua: quia partes rei successiue, etiā dum sunt partes eius, non sunt simul secundum se totas.

Dicitur secundo quòd partes rei permanentis dicuntur esse simul non quia oporteat facta vna, fieri tunc omnes: sed quia adueniente ea, quæ secūdo generatur; non oportet primam corrumpi: sicut accidit in successiuis: adueniente enim futuro, necesse est præteritum non esse.

Quō corrūpatur aliqd totū successiuum.

Ad secundum negatur consequentia. Ad probationē dicitur ꝙ tota vna dies non corrumpitur in seipsa tota, neque in aliqua sui parte: sed in vltimo instanti terminante horam: in illo enim desinit esse: vnde diem aliquam corrūpi, nihil aliud est quam illam totaliter compleri & terminari.

Tps est ens realiter distinctum a motu.

Tertia conclusio est. Tempus est ens realiter distinctum a motu. Probatur primo auctoritatibus philosophi & cōment. Nam phil. probat tex. 93. quòd tempus nō est motus, idem quoque probat text. 95. 96. & 97. & concludit quod quidem igitur non est motus manifestum est. Item tex. 98. concludit. Quod igitur neque motus, neque sine motu tempus est, manifestum est. Item in eodem tex. ait. Quoniam autem nō est motus, necesse est motus aliquid esse ipsum. Itē tex. 101. dicit. Nō ergo motus tempus est: sed secundum quod numerum habet motus. Commentator autem commento. 95. concludit secundum mentem philosophi ꝙ tempus non est motus. Idem dicit commen. 98. Itē commen. 101. dicit tempus igitur non est motus: sed quodammodo numerus motus. Preterea comm. 103. dedit differentiam inter tempus & motum, ne existimetur, ꝙ tempus est motus.

Secundo probatur rationibus. Prima ratio philosophi secundum S. Tho. tex. 93. qua probatur ꝙ tempus nō est circulatio cœli, est ista. Pars temporis est tempus: sed pars circulationis non est circulatio: ergo circulatio non est tēpus: & multominus alius motus.

Tēpus ē qdam totum homogeneum.

Pro declaratione huius rationis notandum ꝙ cum tempus sit totum homogeneum, idest similium partium: ita ꝙ omnes partes sunt eiusdem rationis cū toto, & inter se: sicut .n. quælibet pars aquæ est aqua, ita quælibet pars temporis est tēpus: ideo oportet, vt omne illud quod est idem tempori: totum homogeneum sit: & sic sequitur si tēpus sit circulatio, quòd pars circulationis sit circulatio, & in hoc fundatur ratio Philosophi.

Sed videtur ista responsio nulla esse si .n. accipiantur tēpus & motus, secūdum ꝙ significantur nominibus communibus .s. temporis & motus, sicut tempus est homogeneum, ita & motus: sicut .n. quælibet pars temporis est tempus, ita quelibet pars motus est motus; si autem accipiantur vt significantur nominibus partium .s. tempus nomine diei, aut anni: huiusmodi motus autem nomine circulationis: sicut nō quelibet pars circulationis est circulatio, ita neque quælibet pars anni est annus: si igitur propositionabiliter sumantur, eodem modo se habet in tempore & motu.

Respondetur ꝙ non comparat philosophus tempus & motum ad inuicem, tamquam duo vniuersalia: tempus .n. nominat aliquod vnum numero, quod est accidens primi motus: vnde & dicentes tempus esse motum, non dicebāt tempus esse motum in communi, sed esse idem quod hic motus numero. qui est primi mobilis circulatio: si ergo hoc accidens vnum numero quod est tempus: est hic motus numero, qui est circulatio: oportet ꝙ si quælibet pars huius temporis est tempus, ꝙ quælibet pars huius circulationis sit circulatio.

Attendendum autem ꝙ hanc rationem aliter Simplicius format: sic inquam. Pars circulationis vniuersi: puta dies, tempus est: secundum eos qui dicunt tempus esse circulationem, & diem partē circulationis esse: sed pars circulationis non est circulatio: ergo aliquod tempus nō est circulatio: ergo nō est vniuersaliter verum ꝙ tempus sit circulatio vniuersi.

Secunda ratio Philosophi, ad idem est ista. Si tempus est circulatio sequitur, quòd si essent plures cœli essent etiam plura tempora, sed hoc est falsum: ergo &c. Tex. 93.

Sed videtur quòd philosophus male neget istam conditionalem: si essent plures cœli, idest plures mundi: essent plura tempora: videtur enim esse necessaria: nam cum tempus sit accidens primi motus, oportet & ipsum (si primi motus multiplicētur) multiplicari: sed si essent plures mundi essent plures primi motus, sicut & plura prima mobilia: ergo essent plura tempora. &c.

Respōdetur & dicitur primo ꝙ ista

Ado si esset plures mundi, essent plura tempora.

conditionalis. *Si essent plures mundi essent plura tempora; uera est, posito q tempus sit motus. Si enim essent plures mundi: plures etiã primi motus eßent: absolute autem secundum Philosophũ est falsa, qui vult nullo modo plura tẽpora posse esse simul; nisi vnum alterũ contineat: secundum enim mentem philosophi, tempus dicit mensuram omniũ motuum: ideo quantumcunque multiplicentur motus, multiplicari tempora non oportet: vna enim mensura extrinseca potest esse plurium: sicut vnus palmus, & pannum, & lignum potest mensurari: vnde etiam si essent plures mundi: nõ oporteret esse plura tẽpora.*

Dicitur secundo q in quolibet motu est propria successio intrinseca: quę im proprie potest dici tempus: sed successio quæ est accidens existens in primo motu, est proprie tempus, & illa successio non habet rationem temporis: nisi quia est successio primi motus, qui est omnium aliorum motuum mẽsura: vnde si cessaret illæ motus qui nũc est primus: & alij remanerent, successio & mensura intrinseca illius motus qui remaneret primus; eßet tempus.

Ad multiplicationẽ subiecti, sequit multiplicatio tẽporis.

Ad rationem itaque dicitur q multiplicato subiecto, oportet multiplicari tempus inquantum accidens, & passio ipsius subiecti est: non autem inquantũ mensura: vnde si essent plures mundi, essent quidem plura tempora: quorum vnum esset proprie tempus, aliud vero improprie: successio enim alterius primi motus extrinseca: esset improprie tempus: sicut & aliorum motuum particularium successio: sed vnum esset tẽpus proprie dictum, quod omnium mẽsura extrinseca esset. Nam tẽpus proprium accidens est alicuius motus primi: a quo extrinsece, omnes alij motus mensurantur: & sic per tale tempus posset etiam primus motus alterius mũdi mensurari.

Sed adhuc remanet dubiũ. Si enim essent plures mundi: essent & plures motus primi & quilibet per responsionem suam, intrinsecam successionem haberent: ergo cum vnus illorum motuũ non penderet ab aliquo quocumque mundo, non esset maior ratio q successio vnius esset proprie tempus mensurans alterum motũ primum, quàm ecõuerso: ergo oportet vnamquamque illarum successionum esse tempus proprie dictum: & sic plura tempora essent simul.

Respondetur quantum mihi pro nũc occurrit; quamuis essent plures mundi: primum tamen mobile vnius illorum mundorum, motum simpliciorẽ & vniformiorem atque (natura sua) notiorẽ haberet, quàm primum mobile alterius mundi, & tũc tempus in illo motu sumdatum, omnium motuũ vtriusque mundi mẽsura esset, eo quòd motus primus vnius, esset mensura motus alterius. Si vero poneremus, q in vnoquoque illorum mundorum esset vnus motus primus & simplicissimus: ita q vnus nullo modo ab altero mẽsuraretur: adhuc non oporteret vt eßent plura tempora proprie dicta; nisi poneretur tempus eße mundi circulationem. Quamuis.n. non repugnet, plures motus simul eße: impossibile tamen est, plura tempora esse simul, quorum scilicet vnum non cõtineatur in alio: siue ponatur vnus mũdus siue plures. Nam cum secundum communem vsum loquendi; illa quorũ vnum dicitur fieri quando aliud fit: ita q et simul incipiunt et desinunt; simul fieri dicantur. Si aliqua in diuersis mũdis simul inciperent, & desinerent: sed in

in duabus horis duorum mundorum simul existentibus dicerentur quidem simul fieri: quia simul inciperent & desinerent etiam nõ simul fieri: quia fierẽt in diuersis temporibus omnino disparatis, quorum scilicet vnum non contineretur in alio. Sicque ista simul fierent & nõ simul fierent, quod est impossibile manifestum; Potest autẽ & breuius hoc dubium expediri dicendo, q Philosophus illam cõditionalem negat: nõ quia non sit vera: sed quia ab illis Philosophis (contra quos arguebat) non concedebatur. Verum quod fundamentum habeat hæc responsio, considerato (cum ex eorum positione argumentetur) omnino clarissime sequebatur illam conditionalem veram esse: vt philosophus deducit.

Tex. 95.

Tertio arguitur q tempus absolute non sit motus, aut mutatio, & est ratio tio Aristot. Omnis motus & mutatio, vel est solum in ipso transmutato. Sicut mutatio in substãtia, quantitate, et qualitate, vel etiam in loco vbi est trãsmutans, & transmutatũ: sicut motus in vbi, & in loco; sed tempus est vbiq; & apud omnia: ergo &c.

Tẽpus materialiter non est vbi, secus formaliter.

Pro declaratione minoris attendendum est q de tempore dupliciter loqui possumus scilicet materialiter & formaliter. Si materialiter sumatur inquãtum, scilicet est accidens motus primi mobilis. Sic non est ubique & apud omnia: sed tantum in primo mobili. Sed ad hunc sensum non loquitur Philosophus: Si vero formaliter sumatur, inquantum scilicet primam omnium motuum mensuram importat. Sic & est vbique, & apud omnia; quia in omni loco (præsertim) inferiori est aliquid quod tempore mensuratur: & similiter mẽsurantur aliquo modo tempore: quæcumque sub orbe lunæ continentur. Et ad hunc sensum est philosophi propositio intelligenda.

Lect. 16. Opinio D. Th. alia ab illa Simplicij.

Quantum ad maiorem vero, notandum q eam aliter interpretatur S. Th. & aliter Simplicius S. Tho. n. Alexãdri interpretationem sequtus exponit, q propter motum in substantia, quantitate, & qualitate, dixit philosophus omnem motum & mutationem, esse solum in ipso transmutato: quia (inquã) id secũdum quod fit motus, est in eo ipso quod transmutatur; propter motum vero in vbi, addidit vel etiam in loco vbi est transmutatum & transmutans, quia videlicet per motum ad vbi, non tantum acquiritur vbi, quod est in trãsmutato: Sed etiam locus qui a transmutato est extraneus. Simplicius vero, vtramque partem ad omnes motus refert: inquiens, q omnis motus est in eo quod mouetur solum, idest non in alio mobili, & præter hoc est etiam in loco tantum, vbi est quod mouetur, quorum neutrum conuenit tempori: cum ipsum similiter sit vbique & apud omnia: vt esse vbique opponatur ei quod est esse tantum vbi est quod mouetur; esse vero apud omnia opponatur ei quod est esse in transmutato solum.

Tex. 96.

Quarto ad idem, & est ratio phil. Motus dicitur velox aut tardus: tempus non dicitur velox aut tardum: ergo tempus non est motus. Probatur minor; quia velox & tardum, tempore determinantur: dicitur enim velox, qđ per multum spatium paruo tempore mouetur: tardum autem quod per paucum spatium in multo tempore; tempus autem non determinatur tempore: neque secundum suam quantitatem, neque secundum suam qualitatem, cum nihil sit suiipsius mensura.

Tẽpus tẽpore determinari, neque secũdũ quantitatẽ, neq; secũdũ qualitatẽ: quo intelligendũ sit.

Attendendum autem quòd tempus non determinari tempore, neque secundum quantitatẽ, neque secundum qualitatem: Simplicius exponit: quia tempus secundum quantitatem suam, qua dicitur multum aut paucum, non determinatur tempore, nõ enim dicitur multum tempus, quia in multo tempore fit: neque paucum, quia in pauco: sed secũdum continuitatem & numerũ: sed hoc motui est proprium; multum enim dicimus, qui in multo tempore fit; paucum vero qui in pauco: secundum qualitatem vero; tempus determinari tempore nõ potest: quia tempus quale omnino non est: non enim tempus, sicut motus velocitatem habet: & tarditatem: Lect. 16. *quæ qualitas quędam motus est, & tẽpore determinatur S. Tho. vero videtur vtrumque tempori attribuere. s. & quantitatem & qualitatem: & neutrũ tempore determinari: quod quidẽ, tex. magis congruere videtur quàm qualitatem a tempore omnino remouere. Nam cum inquit philosophus: tempus non determinari tempore, neque quo quantum aliquid est, neque quo quale; videtur & quantitatem & qualitatem in tempore supponere; negare vero illa tempore determinari; per qualitatem autem temporis, non videtur philosophus velocitatem, & tarditatẽ accepisse: cum hæc non conuenire tempori, probare intendat: sed potius hoc qd dico, Hiems, Estas, Ver, Autumnus, et huiusmodi: quæ quadã temporis dispositionem, & qualitatem significare videntur. Sicut n. multum & paucum in tempore, quæ eius quantitatem significare videntur, tempore nõ determinãtur: ita neque Hiems: Estas: & huiusmodi q̃ ad eius pertinent qualitatẽ.*

Quinto. Effectus distinguitur a sua causa, sed tempus est effectus motus: Auerr. comm. 104 *dicit. n. Comment. Tẽpus sequitur motũ. s. qa motus est causa eius: qa est subiectũ: illius: ergo tẽpus non est motus.*

Sexto. Si tẽpus esset idem ꝙ motus; sequeretur de necessitate moueri omne quod est in tẽpore, quia omne quod est in motu mouetur: hoc autem est falsũ: quia etiam quiescens est in tempore: ergo &c. Istam rationem tangit Philosophus. Dicit. n. Nõ. n. sicut qd in motu est, necesse est moueri: sic et quod in tempore est: non enim tẽpus motus est. Tex. 118.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum negatur minor, & dicitur, ꝙ preteritum & futurum sunt: eo modo quo conuenit esse partibus successiuis: s. in quadam successione, & per aliquid indiuisibile continuans ea.

Ad secundũ dicitur, ꝙ tẽpus est res successiua. Ad improbationem huius negatur falsitas consequentis. Ad cuius probationem dicitur, ꝙ nõ omne fieri: Non omne fieri est procedere de non esse ad esse. *est procedere de non esse ad esse, sed bene fieri est habere esse ab alio; vnde ad hoc ꝙ aliquid fiat, sufficit ꝙ habeat esse, ab alio & qd prius sm̃ intellectũ sit sub nõ esse q̃ sub esse: et sic tẽpus fieri, est ipsum habere esse ab alio; non autẽ procedere de non esse ad esse. Potest secundo dici ꝙ tempus procedit de non esse ad esse, secundum partes sibi succedentes: non autem sic, ꝙ dum fit, nullo modo habeat esse.*

Ad tertium negatur minor. Nam licet pars temporis, & pars motus conueniant in hoc, ꝙ est esse priorẽ aut posteriorem: alia tamen est pars prior tẽporis, & alia pars prior motus: & similiter est de parte posteriori.

Ad quartum. Dicitur primo, ꝙ tempus non est successio: quia successio non videtur esse aliud quàm relatio inter prius

prius & posterius: tempus autem non est relatio, sed est quantitas successionẽ habens. Dicitur secundo ꝙ non est inconueniẽs duas successiones esse simul, quarum vna sit inter partes temporis: alia vero inter partes motus: nam cum successio sit relatio; ad multiplicationẽ fundamentorum, & terminorum, multiplicatur: vnde cum aliæ sint partes temporis, et alię partes motus: oportet aliam esse successionem temporis, & aliam successionem motus: negatur, ergo, illa consequentia vltima.

Ad quintum tripliciter potest respõderi. Primo, ꝙ prius & posterius tam temporis quàm motus dicuntur esse id, quod est motus materialiter & subiectiue: quia uidelicet motus est subiectũ prioris & posterioris: non autem quia sint vna & eadem res formaliter cum motu in quo sunt. Potest secundo respõderi, ꝙ loquitur Philosophus de priori & posteriori temporis, non quæ sunt partes temporis, sed quæ sunt partes motus. Nam hæc etiam dicuntur prius & posterius temporis causaliter, inquantum ex priori & posteriori quæ sunt in motu, causatur prius & posterius in tempore: & per illa tempus definitur, secundum quòd a priori & posteriori quę sunt in magnitudine sumuntur. Et si bene considerentur uerba S. Tho. videbitur hanc esse eius intentionem. Lect. 17. *Potest tertio responderi, ꝙ interpres male interpretatus est Text. Græcum. Sic enim debebat interpretari. Ex his autem prius & posterius, quod est in motu subiecto, est motus: ipso autem esse alterum est: & non motus. Nam cum dixisset Philosophus, esse in primis prius & posterius in magnitudine: deinde in motu, postremo in tempore, de priori & posteriori motu locuturus: vt ostenderet quomodo tempus mensurat motũ secundum prius et posterius, subiũxit ꝙ ex istis prioribus, et posterioribus illud prius et posterius qd est in motu subiecto, quidẽ est idẽ ꝙ motus: quia videlicet quælibet pars motus est motus: ratione autem est diuersum a motu. Nam motus ratio est actus existentis in potentia, prius autem & posterius, ordinem partium motus importat.*

ADDI.

Circa secundam illam rationem si tempus esset circulatio, tunc essent plures cœli & essent quoq; plura tẽpora, & plures primi motus, & plures mundi, sed hęc omnia sunt falsa: igitur, &cęt. sed contra potuisset quis dicere, uidetur ꝙ nedum non sit falsum esse plures mundos, sed uerisimũ & necessarium est ponere pluralitatẽ mundorum, quia Deus Opt. Max. nõ determinatur ad unũ mundũ ergo plures põt causare.

Secũdo natura mundi est perfectior alijs naturis: ergo in pluribus indiuiduis saluari põt unũ, quia plura bona paucioribus meliora sunt: ergo melius est esse plures mũdos q̃.

Tertio natura & Deus semper faciũt qd melius est, sed melius est esse plures mũdos q̃.

Quarto natura mundi est uniuersalis: ergo ipsa in pluribus mundis põt existere.

Quinto generabilia uariantur: ergo & mundus consequentia probatur, quia uariata parte uariatur totum.

Sexto omne quod habet formã in materia possibile est multiplicari secũdũ numerũ, manente eadem specie, quia multiplicatio secundum numerum, est ex materia; sed mundus habet formam in materia, sicut enim cum dico homo significo formam; cum autẽ dico hic homo significo formam in materia, ita cum dicitur mundus significatur forma, cũ autem dicitur hic mundus significatur forma in materia, & sic nedum verum, sed summę necessarium est esse plures mundos. Pro solutione horum.

Scien-

Sciendum est primo, ꝙ dubitatio hæc mota fuit ab Arist. primo cœli, vbi hac ratione
Tc. 30. resp. probat dari tantum vnum cœlum, ex consequenti vnum mundum, quia vno primo existente mouente, oportet existere tantum vnum primum mobile; licet primus motor plura mobilia moueat, hoc tamen est, quia hoc, secundo & mediate mouetur & aliquod primo & immediate: quia igitur inconuenit esse duo primo mobilia, & aliquod esse primũ mobile, ideo illud est tantum unum. Confirmatur, datis duobus primis mobilibus, oportet dari duos primos motus, quibus illa duo prima mobilia mouentur: est enim inconueniens vni efficienti assignate duo prima & æterna instrumenta; confirmatur adhuc, quia inconuenit dari duo centra & duo orizõta ut patet
Tex. 30. primo cœli; quia si sic non esset superius neque inferius naturaliter, sed in sola com-
Tex. 79. paratione. primo cœli, licet igitur Deus omne cœlum moueat, tamen primum cœlũ primo mouet, alios verò non primo, & primo cœlo appropriatur tamquam proprio instrumento, & ad illud stat omnium mobilium vltima resolutio: si enim omnibus cęlis æquę immediate se haberet primum mouens, tunc velocius circuiret primus motor cœlos inferiores, quàm superiores: quia eo ꝙ inferiores cœli sunt minores altioribus super inferiores maiorem habet proportionem, quam supra maiores, & sic velocius etiam mouerentur erratice quàm stellata sphæra, & velocius luna, quàm sol. quod patet esse falsum ut dixit Arist. primo meteorum: prętera si primus finis est vnus, primum cœlum est unum & mundus est unus, assumptũ deduci potest ex ultima
Cõsideratio vltissima. propositione 12. metaph. entia nolunt male disponi, & pluralitas principatum mala, vnus ergo princeps: resolutio habet stare ad unum finem non autem ad duos primos tales, quia tunc finiretur aliquid per aliqd quo dépto adhuc sufficienter finiret. Considerandum vlterius, ꝙ ipsæ ordo in rebus sic a Deo creatis existens, vnitatem mundi manifestat: mundus enim istę vnus dicitur vnitate ordinis, secundum ꝙ quædam ad alia ordinantur; quæcumque autem sunt a Deo, habent ordinem ad inuicem & ad ipsum Deum, vnde necesse est quod omnia ad vnum mundum pertineant; & ideo illi potuerunt ponere plures mundos, qui causam mundi non posuerunt aliquam sapiẽtiam ordinantem sed casum, vt Democritus qui dixit ex concursu athomorum factũ esse hunc mundum & alios infinitos, & si duo mundi simul essent tunc essent in eodem tempore aliter non essent duo: sed quemadmodum sunt in eodem tempore, idõ tempus habent commune; ergo vnum habent tempus illis duobus mundis commune: ergo unus est motus illis communis: ergo unum mobile commune: ergo vnus
Tex. 92. motor communis, quæ omnia repugnant pluralitati mundorum: & si ratio art. 1. cœli valet, ꝙ cœlum est sempiternum, & perpetuum: ergo tantum unum cœlum, & etiã est tantum unum horizon: & est tantum unum medium, quæ omnia tantum unum mundum constituunt, qui constat ex tota sua materia & ex omni corpore materiali
Cap. 1. & sensili quod quidem etiam sacræ literę testantur ut scribitur Ioanne, mundus per ipsum factus est, quibus stantibus dicitur ad primum dubium: ꝙ si plures essent mundi similis speciei, ipsi essent frustra, si uero essent plures mundi dissimilis speciei, tũc nullus eorum comprehenderit totam naturam corporis sensibilis, & sic nullus eorũ esset perfectus; ideo ex omnibus Deus unum mundum perfectum causauit; dicitur etiam ꝙ Deus de potentia sua absoluta poterit plures mundos producere, sed nunc loquimur naturaliter. Ad secundum negatur consequentia, quia melius est habere unum individuum perfectum, quam multa imperfecta. Ad tertium dicitur, ꝙ nullum agens intendit pluralitatem materialem ut finem; quia materialis multitudo non habet certum terminum, sed de se tendit in infinitum, infinitum autem repugnat rationi finis; cum autem dicitur plures mundos esse meliores, quàm unum, hoc dicitur secundum multitudinem materialem, tale autem melius non est de intentione Dei agẽtis: quia eadem ratione dici posset ꝙ si fecisset duos, melius esset ꝙ essent tres, & sic in infinitum. Ad quartum dicitur ꝙ uniuersale ex parte rei & intellectus est in multis secundum rem, sed natura mundi est uniuersalis secundum rationem & intellectum, non secundum rem. Ad quintum dicitur ꝙ principales partes mundi sunt ętherę,

ræ, ut cœlum & elementa. Ad sextum dicitur ꝙ mundus constat ex tota sua materia: non enim est possibile esse aliam terram quam ista, quia omnis terra ferretur naturaliter ad hoc medium ubicumque esset, & eadem est ratio de alijs corporibus, quę sunt partes mundi, & non sumo ly, possibile secundum potentiã actiuam Dei, neque pro possibili logico, sed pro possibili sumpto ex potentia indita rebus, secundum quam dicimus, quòd impossibile est mortuum resurgere, quia de potentia Dei adest articulus parisiensis, asserens, dicere quòd Deus non possit de nouo plures mundos producere est error.

Quęstio quinta, Vtrum Tempus sit numerus motus, secundum prius & posterius.

Hoc enim est tempus numerus motus, secundum prius & posterius. Tex. C I.



Quęritur quinto. Vtrũ tempus sit numerus motus, secũdũ prius & posterius, & videtur quòd non.

Primo. Numerus est quantitas discreta: sed tempus est quantitas continua, vt patet in prędicamentis Aristot. ergo tempus non est
Cap. de quãtitate. *numerus.*

Secundo. Numeratum non est numerus, sed tempus est numeratum; dicit enim Commen. ꝙ definitio temporis
Comm. 101. *in qua non est dubitatio est, ꝙ tempus est numeratum prioris & posterioris existentium in motu: ergo &c.*

Tertio. Numerus est plurium, & non vnius: ergo non conuenienter dicitur, ꝙ est numerus motus: sed conuenientius diceretur numerus motuum.

Quarto. Prius & posterius motus, non sunt discreta ad inuicem, sed continua: ergo ipsorum non est numerus: qa numerus est solum discretorum: ergo tempus non est numerus motus secundum prius, & posterius. Respondeo ꝙ
Tex. 101. *tempus est numerus motus secundum prius & posterius.*

Circa quam definitionem, tria sunt declaranda. Primum est, ꝙ tempus est aliquid motus. Secundum, ꝙ tempus est numerus motus. Tertium, quomodo motum numerat secundum prius et posterius.

Primum probat Philosophus text. 97. & 98. tali ratione. Simul sentimus motum & tempus: ergo tẽpus vel est Tẽpus est aliquid motus *motus: vel aliquid motus; sed nõ est motus (vt probatum est) ergo est aliquid motus: antecedens declaratur; qa quãuis particularem aliquem motum sensibilem non percipiamus, puta si simus in tenebris, & nos nullam etiam alterationem ab extrinseco corpore patiamur: fiat tamen aliquis motus in anima nostra, statim videtur nobis, quòd fiat aliquod tempus: & econuerso; cũ percipimus tempus, simul percipimus motum.*

Attendendum autem ꝙ ista Philophi verba. (Motus autẽ aliquis in anima fiat) Alexãder de intelligentia qua Opinio Alexand. *anima motum intelligit interpretatur. Non enim inquit vult Aristot. animã moueri. Sed motum in anima, vocauit immobilem intelligentiam cuiuscumq;*

motus. Vnde secundū ipsum mens Ari. est, ꝙ si aliquam motus intelligentiam habeamus: statim simul videtur tempus aliquod factum esse. Simplicius vero & S. Tho. de motu quo ipsa anima mouetur exponunt. Quamuis enim anima natur alibus motibus non moueatur secundum Arist. non inconuenit tamē secundum ipsum, ꝙ alio modo moueatur secundum. s. successionem cogitationum, & imaginationum, & sic secundum hunc animę motum, videtur nobis ꝙ aliquod fiat tempus. Et hæc expositio text. Aristot. conformior esse videtur.

lect. 17. Sed tunc mouet dubium S. Th. Aut enim tempus consequitur aliquem motum sensibilem extra animam, aut motum animæ, aut omnem motum. Si primum, sequitur ꝙ qui non percipit illū motum, non percipiat tempus: cuius cōtrarium hic dicitur. Si secundum, sequitur ꝙ tempus sit intentio animę, ad modum intententionis generis & speciei. Si tertium, sequitur ꝙ tot sint tempora: quot sunt motus: qđ est impossibile.

Quo intelligere animę, dependet a motu primi mobilis.

Respondet autem ꝙ tempus consequitur primum motum, & ꝙ quicūque percipit quemcumque motum, siue in rebus, siue in anima existentem; percipit primum motum, a quo omnes alij motus dependent: & sic percipit tempus: vnde vult negare S. Th. ꝙ hic dicatur tempus percipi, non percepto illo motu sensibili. Quamuis enim aliquando non percipiatur in seipso: dum percipitur tempus: semper tamen aut in se, aut in suo effectu percipitur: cum tam motus extrinseci, quam motus in anima, ab ipso dependeant.

Aduertendum autem, ꝙ hoc dictum S. Tho. de motu animæ, ꝙ (inquam) a primo motu dependet; intelligendum, est, non de ipsa successione cogitationū animæ secundum se: sed secundū ꝙ illi opus imaginationis coniungitur: qđ fit cū continuo & tempore.

Accidentia alio mō in cōcreto, definiuntur a lio modo i abstracto.

Pro declaratione autem secundi. Sciendum primo, ꝙ aliter definiuntur accedentia in abstracto, & aliter in cōcreto. Cum enim definiuntur in abstracto; definiuntur secundum modū quo sunt in prędicamento; ideo in definitione eorum ponitur loco generis: id qđ vere est genus: loco autem differentię ponitur id a quo sumitur differentia: & quia differentiæ propriorū accidentium sumuntur, ex principys subiecti a quibus causantur: ideo in definitione eorum cum in abstracto definiuntur, ponitur subiectum loco differentiæ: Cum vero definiuntur in concreto, definiuntur per modum substantiarū compositarū, in quibus genus sumitur a materia: ideo in definitione ipsorū ponitur subiectū loco generis: quia est sicut materia accidentis. Si enim definiatur simitas in abstracto: dicetur ꝙ est curuitas nasi. In concreto autem definitur, ꝙ simum est nasus curuus. Quia ergo tempus definitur in abstracto: ideo ponitur in definitione ipsius loco generis, quod vere est genus eius, scilicet numerus: loco autem differentię ponitur subiectum eius, scilicet motus: cum dicitur ꝙ est numerus motus.

Numerus ē duplex. s. numeratus & q uo numeramus.

Sciendum secundo, vt Philosophus Tex. 102. inquit, ꝙ duplex est numerus. s. quo numeramus & numeratus. Numerus quo numeramus nihil aliud est, quàm numerus cōsideratus per abstractionem ab omni materia sensibili: quo modo consideratur a mathematico & significatur istis nominibus absolute: duo, tria, quatuor, &c. Numerus numeratus, non est in proposito ipsæ

res numeratæ, puta ligna, canes, aut æqui: sed numerus applicatus rebus numeratis quod est accidens subiectiue in rebus numeratis existēs: quo res intrinsece dicuntur tot secundum multitudinē, & significatur istis nominibus: duo lapides, tres homines, decem equi. &c.

Tēpus non est numerus quo numeramus: sed numerus numeratus.

Tempus: ergo non est numerus quo numeramus; quia tunc numerus cuiuslibet rei esset tempus: eodem enim numero formali, numeramus omnes res: denario, namque & homines, & lapides, & boues numeramus &c. Dicimus. n. decem homines, decem lapides, decem boues: sed est numerus existēs in re aliqua numerata. s. in motu: sicut enim cū dico decem homines, importatur numerus denarius, non absolute acceptus, et abstracte; sed vt in decem hominibus esse habens: ita tempus non est numerus absolute, & abstracte acceptus: sed numerus applicatus motui: ideo dicitur, ꝙ est numerus motus.

Attendendum autem, ꝙ non sic dicitur tempus numerus numeratus, qua si nullo modo sit numerans formaliter: Sed quia non est ille numerus abstractus, quo anima numerat. Nam sicut albedo in pariete existens, est id quo paries formaliter est albus: ita numerus in rebus numeratis existens, formaliter etiā eas numerat; & ab ipso dicuntur formaliter, et intrinsece numerate.

Téx. com. 4. Quæ sunt unitates tēporis.

Sed cum Philosophus dicat. 10. metaphy. ꝙ numerus est pluralitas vnitatum, quæritur si tempus est numerus: quæ sint eius vnitates, ex quibus constituitur.

Respondetur ꝙ sicut numerus denarius decē hominū, constituitur ex decē vnitatibus; quarum quælibet est in vno homine: ita tēpus constituitur ex mensuris partium motus; quarum quælibet habet suam mensuram, quæ est vna: vnde tēpus nihil aliud est quàm aggregatio talium mensurarum partium motus: quarum quælibet vna est.

Sed tūc alia occurrit dubitatio. Nā si tempus est aggregatio illarum partialiū mensurarum; cum ille sint continue adinuicem, sicut & partes motus: sequitur ꝙ tēpus sit quoddam cōtinuū; & cū etiā sit discretum, eo ꝙ est numerus: idem erit continuū, & discretū qđ impossibile videtur: continuum. n. & discretum: genera opposita sunt.

Respondetur & dicitur primo, ꝙ si loquamur de illa entitate quæ est tempus, secundum ꝙ extra animā esse habet: illa vtique est vere continua, sicut decem vlnę panni: secundum entitatē suam: eo ꝙ mensurant unā quantitatē continuā: sunt cōtinuæ. Nā partes tpis ad instās, sicut ad terminū cōmunē copulantur: sicut & aliorum continuorū partes ad aliquod indiuisibile.

Dicitur secūdo, ꝙ si loquamur de tēpore, quantū ad rationē suā; qua definitur: sic & quantitatē discretā importat, & continuā; quarum vnū est sicut materia, aliud vero sicut forma. Id. n. qđ est in tēpore tamquā forma, est numerus: qđ vero est quasi materia, est motus cōtinuus: tēpus enim est numerus motus cōtinui, vnde formaliter est quantitas discreta; materialiter autem est quantitas continua.

Dicitur tertio ꝙ esse discretā quantitatē, conuenit tēpori ex se: idest si solitarie cōsideretur, & per abstractionē a subiecto: vnde si esset a a subiecto separatū. s. a motu, nō haberet cōtinuitatē: est autē continuū per accidens. s. ex subiecto in quo est; quia videlicet motum continuum numerat vt inquit philosophus. sicut si albedo ab omni Tex. 102.

subiecto separaretur, esset indiuisibilis, habet tamen diuisibilitatem, & continuitatem ex subiecto quãto, in quo est: & quia quod alicui secundum se conuenit, principalius, & formalius sibi conuenit, quam id quod sibi per aliud conuenit, ideo tempus principalius & formalius est discretum quã continuũ.

Non oĩs numerus ẽ quãtitas discreta.

Potest secundo responderi, q non omnis numerus est quantitas discreta: sed tantum numerus abstractus, & numerus rerum discretarum; & continuitatem inter se non habentium: tempus autem non est talis numerus: sed est numerus prioris: & posterioris in motu, qui inter se continuitatem habet: ista

Comm. 109.

videtur esse sententia Commenta. vbi ait q substantia temporis quę est in eo quasi forma est numerus, et qđ est in eo quasi materia est motus continuus: quoniam non est numerus simpliciter, sed numerus motus, & q continuatio accidit ei gratia materię: & discretio scilicet numerus, gratia formę. Dicitur: ergo ad argumentum, q non est inconueniens aliquid esse formaliter & ex se discretum, & tamen per accidens siue per aliud esse continuum: sicut albedo secundum se est indiuisibilis: fit autem diuisibilis per accidens ex subiecto.

Tex. 102.

Quod autẽ tempus sit numerus motus: declarat philosophus per signum, Illud enim quo iudicamus aliquid plus & minus, est numerus eius: sed motum iudicamus plurem & minorem ex tempore: ergo tempus est numerus motus.

Simplicius.

Aduertendum secundum Simplicĩũ q motum iudicamus maiorem & minorem tempore, quia motum maiorem dicimus: eo quòd in pluri tempore fiat, æquali velocitate suppositа: minorem vero, eo quòd in pauciori, siue minori tempore fiat.

Tex. 113.

Quantum ad tertium aduertẽdum. Primo ex philosopho, q motus localis sicut habet continuitatem ex magnitudine super quam fit, ita habet a magnitudine prius & posterius: quia .n. magnitudo ex eo q habet ordinem partiũ, habet partem priorem & posteriorẽ: ideo & motus factus super eam habet partem priorem, partemq; posteriorẽ: prior enim pars motus est, quę super priorem partem magnitudinis fit: posterior autem quę fit super posteriorem magnitudinis partem.

Prius & posterius motus dupliciter consideratri posſũt.

Sciendum secundo q prius & posterius motus dupliciter secũdum Albertum. Tra. 3. cap. 5. considerari posſũt: vno modo secundum q sub forma continue magnitudinis continentur, & sic nullam abinuicem distinctionem habẽt: & per consequens in specie alicuius numeri non continentur. Alio modo ut stat sub forma prioris & posterioris, & secundum q cum quadam distinctione considerantur, & tunc sub specie cuiusdam numeri: continentur. Tempus, ergo est numerus motus: non secundũ q partes motus sub continuitate considerantur, sed secundũ q in motu distinctum est prius & posterius.

Motus põt numerari dupliciter.

Sciẽdum tertio ex Simplicio, q motus potest numerari dupliciter: uno modo secundum quantitatem, secundum q plures motus etiam existẽtes simul plures dicuntur: sicut si ego simul ambulẽ & augumenter: & calefiam, dicor tribus motibus moueri. Alio modo secundum ordinem, secundum scilicet, q in motu est successio secundũ prius & posterius. Tempus: ergo est numerus motus non primo modo: sed secundo; ideo bene ponitur in eius definitione non absolute q est numerus motus; sed q ẽ numerus motus secũdũ prius et posterius.

Scien-

Prius & posterius motus, dupliciter considerari potest. Lect. 17.

Sciendum quarto, q cum motus, medium quoddam sit inter magnitudinẽ super quam fit: & tempus, ab utroque prius & posterius accipit; vnde dupliciter prius & posterius motus (ut bene notat S. Tho. & Thæmistius) considerari potest; vno modo secundum q mẽsuratur ex tempore, & sic non ponitur in definitione tẽporis, tunc enim in definitionibus circulus quidam esset. Nã prius & posterius isto modo sumptum per tempus definitur: prius enim dicitur quod est in priori parte temporis; posterius vero quod in posteriori parte: si ergo isto modo sumptum in definitione tẽporis poneretur: idem esset definiens & definitum. Alio modo potest considerari ut in motu ex magnitudine causatur vt. s. dicatur prior motus, qui fit super priore parte magnitudinis: posterior vero qui super posteriore parte fit, & hoc modo ponitur in definitione temporis.

Tex. 100.

A philosopho autem, ista secunda pars definitionis sic probatur. Secundum illud tempus numerat & mensurat motum, quo cognito in motu cognoscimus tempus: sed cognito priori & posteriori in motu cognoscitur tempus: ergo tempus est numerus motus secundum prius & posterius.

Sed tunc occurrit dubium. Si enim per prius, & posterius motus, cognoscimus tempus: sequitur q prius & posterius motus, sint numerus temporis, nõ autem econtrario, tempus numerus motus. Nam per numerum res numerata cognoscitur, non autem econtra, numerus per rem numeratam.

Tex. 111.

Respondetur negando consequentiã & dicitur primo secundum mentẽ philosophi, q & motum mensuramus tempore, & aliquando tempus mensuramus motu: per numerum enim cognoscimus quantitatem rerum numerataarum, aliquando etiam per numerabilia ipsum numerum cognoscimus; sicut solent feminæ digitis numerum inuenire.

Comm. 111. Tẽpus mensurat motũ essentialiter motus autẽ tempus per accidẽs.

Dicitur secundo secundum mentem Commentatoris, q tempus mensurat motum essentialiter: quoniam substantia temporis est numerus motus; motus autem mensurat tempus i. ducit in notiam quantitatis temporis per accñs et ideo raro accidit. Cuius signum est, q non semper a principio numerum numeramus per rẽ numeratam: sed bene semper a principio numeramus rẽ numeratam: per numerum. Numerus. n. naturaliter est notior quo ad nos, et numeratũ est apud nos naturaliter ignoratũ vt sic: & sic semper per numerũ cognoscimus numeratum sicut per notius cognoscimus latentius: sed si post hanc cognitionem accidat nobis erare in numero, aut dubitare; tunc reuertimur & scimus numerum per ipsum numeratum: similiter itaque dicẽdum est de tempore & motu, quia tempus est numerus, & motus est res per ipsum numerata.

Tex. 99.

Sed circá id quod supponitur, scilicet esse in motu prius & posterius ex magnitudine: in tempore vero ex motu; dubium occurrit. Nam si hoc verum est cum motui tantum locali cõueniat habere prius et posterius a magnitudine: ipse enim solus super magnitudine fit, nõ videtur quo modo in alijs motibus sit prius & posterius vt sic, & possint tempore mensurari: & mensurare tempus.

Opinio Themistij.

Respondetur primo secundum Themistium q oportet alterum duorum dicere. Aut .s. q tempus solum motum localem primo mensurat: secundario

Tẽpus prius & posterius a priori & posteriori, motus localis accipit.

vero alios motus, & ideo a priori & posteriori motus sumpto, a priori, & posteriori magnitudinis ipsum habet prius & posterius, quamuis alij motus aon a magnitudine prius & posterius habeant. Aut si tẽpus primo omnes motus mensurat, ꝙ non indiget priori & posteriori magnitudinis: ad hoc vt & ipsum prius & posterius habeãt: videtur autẽ Simplicius, quid ad hanc instãtiam respondeat, dubitare. Aut enim secundum ipsum oportet falsum esse, ꝙ tempus prius & posterius originaliter a magnitudine habeat: quod est contra Arist. aut oportet ꝙ tẽpus non sit primo mensura omnis motus: sed tantum motus localis; quod etiam non videtur apud Arist. clarum esse: cum absolute ponere videatur, tempus esse numerũ motus absolute, non autem solum motus localis; uidetur tamẽ prima pars huius responsionis ad mentem Arist. esse vt colligit. S. Tho.

Tex. 99.

Lect. 17. Tex. 133. Prius & posterius qđ é ordinis de mõstratiuũ est triplex.

Respondetur secundo, ex Simplicio & premittuntur duo, vnum est ꝙ prius & posterius quod est ordinis demonstratiuum: triplex est. Quoddam est. n. secũdum tempus, secundum scilicet numerum & ordinem plurium nunc definientium tempus; aliud vero secundum positionem aut in magnitudinem: secũdum ꝙ dicimus prius vie, id vnde incipimus; posterius vero, id in quod desinimus & cessamus: aut in numero numerante quidem: sicut cum dicimus vnitatem esse priorem; binario numerato vero; sicut cũ dicimus hanc columnã esse priorem illa. Tertium autem in actionibus & motibus consistit, quod sane est duplex vnum quidem secundũ numerum terminorũ definientium motũ: quæ sunt in diuisibilia motus proportionata punctis in linea: & nũc in tempore. Aliud vero secundum ipsas partes motus a seipso continuitatem habentis.

Alterum quod præmittitur est ꝙ aliter est de motu locali: & aliter de alijs motibus. Nam motus localis prius & posterius secundum positionem in seipsum recipiens. s. a magnitudine hoc ipsum accommodat proprio priori & posteriori, tam secũdum terminos, quam secundum partes. Primum. n. motum cursorũ dicimus eũ qui fit in principio stadij, posteriorẽ uero eũ q fit in fine. Alijs vero motibus: tempus dans sibi prius & posterius illud accommodat priori & posteriori motus: nunc enim quæ tempus definiunt aduenientia terminis motus: definiunt motum tẽpore. Nam dicimus hanc calefactionem horariam esse: et priorem partem in priori parte horę factam esse: posteriorem vero in posteriori.

Dicit ergo primo, ꝙ tempus est mẽsura motus: quia suum prius & posterius, priori & posteriori motus accommodans: motum mensurat. Sic etiam et motus mensurat tempus; cum propriũ prius & posterius: priori & posteriori tẽporis accommodans definit & determinat tẽpus. Sicut cũ dicimus vnã horã esse, in qua tantus motus solis factus est. Simili modo localis magnitudo; motũ non quidẽ ommẽ, sed localẽ mẽsurat: cum suum prius et posterius, priori & posteriori motus accommodat.

Dicit secũdo ꝙ si Arist. hoc tamquã communi quodam vtatur: a magnitudine. s. mensurari motum; dicendũ est, ꝙ hoc fecit vt in motu locali tamquam in re manifesta ostẽderet; quomodo tẽpus motũ secundũ prius & posterius mensurat: & econtra. Vnde & in motu locali multum sermonem protrahit.

Summa istius responsionis esse videtur,

tur, ꝙ licet motui locali conueniat aliquod prius et posterius a magnitudine: non tamen ab hoc accipit tempus prius & posterius: sed a priori & posteriori ex se motui conuenientibus. Vnde non accipit illud Aristo. tamquam vniuersaliter verũ, ꝙ a magnitudine sit prius & posterius in motu: licet ex magnitudine, aliquod prius & posterius motui locali aduenire. In alijs. n. motibus: cũ in fieri & ipsi esse habeant: proprium prius & posterius illis ex se conuenit: sicut & continuitas: licet & illis prius & posterius temporis accommodetur.

In expo. tex. 98. & 133.

Licet hęc Simplicij responsio pulchra sit & subtilis: Thæmistij tamẽ responsio videtur conformior doctrinæ. S. Tho. Dicit. n. ꝙ tempus non accipit prius & posterius: a priori & posteriori cuiuslibet motus: sed tantum a priori et posteriori motus localis, quæ a magnitudine aduenium motui: cum motũ tantum localem primo mensuret: non autem alios motus: & ideo non oportet solicitari de priori et posteriori aliorum motũ: tamquã ab illis tempus primo habeat mẽsurari. Cum autem quęritur: vnde alij motus habeant prius & posterius: dicitur ꝙ & a natura formæ, quæ per motũ acquiritur; vt potę quæ latitudinem quãdam habet, & est diuisibiliter & successiue in subiecto acquisibilis: & a priori & posteriori primi motus: a quo oẽs alij motus mẽsurãtur: & ẽt a priori et posteriori tpis; ipsũ primũ motũ primo mensurantis.

Tẽpus p se & formaliter est quantitas discreta per accidens autem continua.

Ad argumenta in oppositũ respõdetur. Ad primũ dicitur ꝙ tẽpus per se et formaliter est quantitas discreta: p accidens autẽ est quantitas continua: vnde philosophus in predicamentis inter alias species quãtitatis continue: & tẽpus distinctionem faciens alijs quantitatibus continuis enumeratis, subiũgit: amplius autem & præter hęc tempus & motus: vt ostendat non eodem modo omnia ista quantitates continuas esse: sed alias quidem quantitates per se continuas esse: tempus vero p accidẽs.

Ad secundum dicitur ꝙ mens Commen. est ꝙ tempus est numerus numeratus ideſt numerus in priori & posteriori motus existens: non autem ꝙ sit res ipsa quę numeratur.

Ad tertium dicitur, ꝙ tempus est numerus motus: non inquantũ vnus est: sed inquantum in ipso plura. s. prius et posterius considerantur: quę tamen vnius motus partes sunt, vnde tẽpus esse numerus prioris, & posterioris partis motus definitur.

Ad quartum dicitur ꝙ licet prius et posterius motus non sint separata secundum esse: alia tamẽ entitas est prioris, & alia posterioris: possuntque sub discretione quadam considerari & signari: & secundum ꝙ hoc modo considerantur: sunt numerata per tempus.

ADDI.

Circa responsionem Themistij ad dubium motum: contra id quod quarto loco notat auctor, ex D. Th. dubitaret, aliquis quomodo tempus solum motum localẽ primo mẽsurat, secundario vero alios motus cũ definitio vniuoce cõuenire debet omni cõtento sub definito & est vulgata satis propositio in philosophia naturali, nõ igitur tẽpus est mẽsura unius motus primo, & alterius secundario, quia animal rationale cũ sit definitio hominis, æque primo conuenit omni homini, ita etiam mensurare motũ secundum prius & posterius, est definitio temporis secundum Arist. non igitur conuenit sibi mensurare primo vnum motum, & alterum secundario, uel necesse est multiplicare tempora sicuti multiplicantur motus, pro cuius solutione.

Scien-

Sciendum est primo, ꝙ Scotus 2. sent. dist. 2. q. 2. ponit tres mensuras durationis, tempus, æuum, & æternitatem, ita ꝙ, tempus rem successiuam, æuum permanentem defectibilem tamen æternitas vero rem omnino, indefectibilem mensurat.

p. p. q. 10. artic 5. metro. 9.

D. Tho. quærens quomodo æuum differt a tẽpore occasione uerborum Boetij qui lib. 3. de consolatione dixit, qui tempus ab æuo ire iubes, postquam posuit quandam opinionem antiquorum Theologorum dicentium hæc tria ita differre, quia æternitas caret principio & fine, æuum habet principium, sed non finem, tempus non habet principium neque finem, & impugnat hanc opinionem, quia posito ꝙ æuiterna semper fuissent, & semper futura sint, vt posuerunt nonnulli, vel etiam ꝙ deficerent quãdoque: ꝙ Deo est possibile ad huc æuum distingueretur ab æternitate & a tẽpore.

Propterea recitat aliam opinionem tenentem hęc tria differre per hoc, quia æternitas non habet prius & posterius, tempus habet prius & posterius cum innouatione & ueteratione, æuum habet prius & posterius sine innouatione & ueteratione, & hac quoque reiecta tamquam implicante contradictionem, ponit veritatem rei quomodo æuum est medium inter æternitatem & tempus, quia æternitas est mensura rei totaliter permanentis quæ nec est mutabilis nec mutabilitati adiuncta & hæc est Deus Opt. Max. Euum est mensura illarum rerum quæ nec in transmutatione consistunt nec subijciuntur transmutationi; habent tamen transmutationem adiunctam vel in actu vel in potentia, vt patet in corporibus cœlestibus quorum esse substantiale est intransmutabile, hoc tamen esse intransmutabile habet transmutabilitatem secundũ locum, tempus vero est mensura illarum rerum, quæ sunt transmutabiles & in transmutabilitate consistunt, vt omnia hæc quæ in sphæra generabilium & corruptibilium reperiuntur.

Adde tu etiam hic, ꝙ tempus comparatur ad motum primi cœli non solum vt mensura ad mensuratum, sed etiam vt accidens ad subiectum; ad alios vero motus comparatur solum vt mensura ad mensuratum vnde secundum multitudinem eorum non multiplicatur, quia vna mensura separata multa mensurari possunt.

Sciendum secundo, ꝙ tempus cum sit mensura motus, non potest esse & reperiri extra cœlum, quia si extra cœlum non potest esse motus, nec corpus, nec uacuum, neque locus: igitur neque tempus, ꝙ autem non sit tempus: probatur ex Arist. primo cœli, quia non potest esse mensura sine mensurato: si ergo non reperitur motus extra cœlum; ergo neque tempus, corpus etiam nullum est extra ipsum cœlum: quia vel esset simplex, vel mixtum, non simplex: quia tantum sunt quinque corpora simplicia: tum etiam quia si extra cœlum esset corpus, aut esse, ibi naturaliter, aut uiolente, non naturaliter, quia tantum est unus naturalis locus, & illę non est extra cœlum, neque violente quia nulli corpori naturalis est illæ locus: ergo nulli est violentus, neque etiam ibi potest esse corpus mixtum, cum non sit ibi simplex, vt probatum est & si ibi, non potuerit esse corpus, excluditur quoque vacuum.

Tex. 99.

An autem si in circumferentia cœli esset homo posset manum extendere, respondetur ꝙ casus est impossibilis, & ex impossibili sequitur quolibet. secundo supposito casu dicitur ꝙ non, quia de ratione sphærici est non sphæricum continere, & sic manus extra cœlum non conseruaretur, sed supposito ꝙ conseruaretur, non videtur ꝙ magis prohibitiuum ipsius motus, sit ipsum nihil quam uacuum, si enim motus non potest fieri in uacuo: ergo nec ubi nihil est, sed extra cœlum nihil est, & non est extra cœlum vacuum, quoniam ibi corpus esse non potest: ergo nec homo manum ibi extendere possit causando motum.

Notandum tertio, ꝙ tempus nedum est mensura motus, sed etiam quietis: est. n. quies priuatio motus in subiecto apto nato moueri, non enim omne immobile quiescit, sed priuatum motu aptum natum moueri; vnde patet ꝙ quies est priuatio motus, talis autem priuatio mensuratur tempore, quæ scilicet est priuatio alicuius mensurari tempore, sed modus secundum quem quies mensuratur tempore talis est, continuit enim ꝙ aliqui mobile quiescit, simul existente quiete, illa est motus in alio mobili, &

li, & ille alius motus mensuratur tempore aliquo, & sic illa quies mensuratur tempore, quę simul cum illo motu existit, vnde quies mensuratur tempore per accidens, in quantum motus aliquis qui est, dum quies est mensuratur tempore: & tantam quantitatem intelligimus esse quietis, quanta quantitas motus, quo existente est illa quies, vt si quiescente aliquo mobili aliud mobile mouetur in tribus horis similiter autem in alijs quibus stantibus.

Dicitur ad argumentum, quòd tempus est mensura motus est propositio analoga tũc non inconuenit quòd primo & perse sit mensura primi motus qui est primi cœli a quo causantur omnes alij motus in his inferioribus, & si primo & perse est mensura primi motus est propria eius passio & subiectiue est ĩ eo sicut par in numero, hinc est ꝙ magnus commentator Auer. clamabat tempus non mensurare motum cœli, vt numerus, sed bene ad alios motus se habet vt numerus, quia ad motum cœli tempus habet duplicem habitudinem & passionis perse consequentis subiectum, & habitudinem numeri & mensuræ, sed ad alios motus comparatur solum in ratione numeri, propterea optimę dictum est ex Themistio quòd tempus primo mensurat motum localem secundario alios motus.

4. phy. te. 132

Quęstio sexta, Vtrum sit idem instans in toto tempore.

Et adhuc manifestum est, quod nulla pars, ipsum nunc temporis est, neque diuisio motus: sicut neque puncta lineæ.

Tex. CVII.



Væritur sexto, Vtrũ sit idem instans in toto tempore, & videtur ꝙ non.

Primo sicut se habet mutatum esse, ad motum: ita nunc ad tempus: sed non est unum mutatum esse in toto motu: ergo nec vnum nunc in toto tempore, consequẽtia nota cum minori: maior etiam videtur manifesta. Nam sicut mutatiũ esse est indiuisibile motus, ita nunc est indiuisibile temporis.

Secundo. Si idem nunc manet in toto tempore, sequitur ꝙ omnia mutata esse, et omnes partes motus sint simul, sed hoc est impossibile: ergo &c. Probatur consequentia. Illa sunt simul vt dicitur 4. phy. quæ sunt in eodem nũc: sed si idem nunc maneat in toto tempore, omnia sunt in eodem nunc: ergo omnia sunt simul.

Tex. 92.

Tertio. Illud de cuius ratione est vt non possit demonstrari bis: est raptim transiens, et non manens in toto motu: sed nũc est huiusmodi, vt patet per philo. 4. phy. ergo &c.

Quarto ratione philosophi. Cuiuslibet diuisibilis finiti, oportet esse duos terminos: sed est accipere tempus finitum ver. gra. horam aut diẽ: ergo eius sunt duo termini: sed terminus temporis est nunc: ergo sunt cuiuslibet temporis finiti duo nunc: ergo non est tantũ vnum in toto tempore.

Tex. 106. Tex. 91.

Quinto. Si esset vnũ nũc in toto tẽpore, sequretur quidẽ accidẽs numero migraret de subiecto in subiectũ: hoc est falsum: ergo &c. cõsequẽtia patet, qa de uno mutato esse, in aliud mutabitur.

Sexto.

Sexto. Omne indiuisibile de genere quantitatis, vel est terminus continui, vel pars discreti. Sed si ponatur tale vnum instans illud non potest esse pars discreti (alioquin daretur tẽpus discretum secundum philosophum) neque potest esse terminus continui: quia secundum philosophum, cuiuslibet continui sunt duo termini distincti: ergo &c.

Tex. 91.

Tex. 104.

Septimo secundum Phil. ipsò nunc qđ sequitur mobile: cognoscimus prius & posterius in tempore. Sed hoc non fit per vnum nunc secundum substantiam. Sicut neque per substantiam mobilis absolute cognoscitur prius & posterius motus: ergo &c.

Est unũ nũc in toto tpe secũdũ substantiã: diuersum uero sm esse.

Respondeo de mẽte philosophi tex. 103. quòd est vnum nunc secundum substantiam in toto tempore: sed aliud secundum esse.

Pro prima parte conclusionis notãdum primo: ꝙ per nunc & instans aliquod indiuisibile de genere tẽporis intelligimus: sicut punctus est aliquod indiuisibile de genere lineæ: ideo ex consideratione puncti, in comparatione ad lineam possumus in notitiam nunc per comparationem ad tempus deuenire.

Geometre duplex punctũ in linea imaginanꝫ: & similiter de nũc in tẽpore: dicendum est.

Sciendum secundo, ꝙ duplex (geometre) punctum imaginantur in linea. Imaginantur.n. primo punctum quoddam, qui suo motu lineam causet; qui sane nihil est lineę per motum eius constitute: qua enim ratione eßet de essentia vnius partis lineę; eadem ratione de essentia alterius partis, & sic oportet ipsum esse in qualibet parte lineę: quod esse non potest cum sit indiuisibile: est ergo causa lineæ & extrinsecum a linea. Imaginantur secundo multa alia puncta intrinseca lineæ; quæ partes lineæ, coutinuant: ipsamque terminant lineã, quę omnia puncta ab eo puncto, a quo ipsa linea causatur sunt distincta ac diuersa. Similiter igitur inuenitur in tempore. Est enim quoddam nũc, quod suo fluxu tempus causat: & istud non est intrinsecum tempori: sed est extra ipsum: sicut punctus causans lineam extrinsecum est a linea. Sunt quoque & alia nunc intrinseca tẽpori, quibus partes temporis continuantur, diuiduntur, ac terminantur.

Primũ mobile secundum vnã rationem mẽ suratur suo secundum aliã nũc extrinseco tẽporis secundum aliam tempore.

Sciendum tertio, ꝙ primum mobile tripliciter a nobis considerari potest. Vno modo secundum suam substãtiam absolute, secundum quam substantialiter incorruptibile est: & sic mensura eius est nunc eui secundum Theologos siue æternitas secundum Arist. nonam tempus: sed de hoc non est ad propositum. Alio modo potest considerari inquantum in toto motu: vnum & idem secũdum substantiam permanet: ex hoc enim quod mouetur, secundum vbi, nihil deperit substantiæ eius: sed idem semper secundum substantiã manet, & sic ipsi proportionatur nunc, quod suo fluxu causare tempus intelligimus: tale enim nunc mensurat mobile, secundum ꝙ in toto motu est idem. Tertio cõsiderari potest vt semper sub alio & alio mutato esse inuenitur, & sic pluribus instantibus ipsi intrinsecis mensuratur. Sicut enim plura mutata esse, ipsius mobilis ponuntur, quæ intrinseca eius motui sunt: ita & plura intrinseca tempori, ponuntur instãtia, quibus talia mutata esse mensurantur.

Multiplex é differẽtia inter instãs qđ suo fluxu causatur tempus, & instãtia intrinseca tẽporis.

Sciendum quarto, ꝙ inter instãs qđ intelligitur suo fluxu causare tempus, & alia instantia quæ intrinseca tempori ponimus: multiplex est differentia. Primo enim differunt, quia nũc extrinsecum mensura mobilis ponitur: inquãtum idem secundum quantitatẽ in toto motu

motu perseuerat: nunc autem intrinsecum est mutati esse mensura.

Secundo differunt: quia nũc extrinsecum est subiectiue immediate in mobili: nunc vero intrinsecum, immediate in mutato esse constituitur.

Differunt tertio: quia nunc extrinsecum non continuat neque terminat partes temporis: nisi causaliter vt mobilis dispositio: sed nunc intrinsecum terminat atque continuat.

Quod si quæratur quę entitas sit illud nunc extrinsecum a tempore: quod mobile modo dicto mẽsurat. Dicitur ꝙ est accidens indiuisibile de genere quãtitatis: quę dicitur vnitas secundũ quã mobile dicitur vnum, non absolute sed sub toto motu: ita ꝙ vnitas cęli vt relata ad motum secundum quam. s. mobile est vnum in toto motu: dicitur nunc qđ mensurã primi mobilis ponimus.

Comm. 103. *Quod autẽ necesse sit ponere ista diuersa instantia; patet ex uerbis Comm. ponit instans agens tempus esse idem: vnde sic dicit. Instans quod est agens*

Comm. 106. *tempus, est idem in omni motu. & alibi, ostendit esse plura instantia dicens. Instans nõ potest demonstrari bis: quia sequitur translatum quod semper mouetur; vnde necesse est ipsum diuersificari, adeo ꝙ instãs demonstratũ in secũdo, sit aliud a demõstrato in primo.*

Dico igitur ꝙ cum philosophus ponit esse idem instans toto tempore secũdum substantiã de instanti, quod est vnitas mobilis; intendit quod (inquam) est extrinsecum a tempore; non autem de aliquo instanti quod tempori sit intrinsecum: hoc autem ex verbis eius appa-

Tex. 104. *ret. de illo nunc quod manet idem in toto tempore, loquens ait. Id autem quod fertur sequitur ipsum nunc sicut tẽpus*

Tex. 103. *motum, & de eodem loquens dicit. Tẽ-*

pus quidem.n. est loci mutationis numerus: ipsum autem nũc eius quod fertur vt vnitas numeri; vbi litera comment. habet, & instans est numerus translati vt vnitas est de numero. Istud ergo instans, quod est vnitas mobilis sub toto motu, est idem in toto tempore secundũ substantiam. i. entitas sua vna & eadẽ existens permanet in toto tempore. Ex hoc patet interpretationem Scoti, dicẽtis mentem Aristo. esse de vnoquoque nunc dicere, ꝙ est vnum secundum substantiam non esse ad intentionem Ari. Scot. 2. dist. 2. q. 2. Lect. 121. *hoc loco. Licet.n. inferius de omni nũc dicat ꝙ est idem secundum rem inquãtum continuat præteritum & futurum est autẽ aliud, & aliud inquantum est principium vnius & finis alterius; constat tamen ex verbis ipsius & Comm.* Com. 103. & 104. *ꝙ ponit etiam vnum instans in toto tẽpore, quod est causa temporis: & variatur ratione secundum prius et posterius. Sicut et ipsum qđ mouetur manet idem secundum substantiam: sed variatur secundum ꝙ prius est in vno loco: posterius vero in alio.*

Pro secunda vero parte conclusionis. Quomodo scilicet est aliud, et aliud nunc secundum esse.

Sciendum primo ꝙ non est sic intelligendum (vt quidam male interpretãtur) quasi diuersa sint instantia, quæ instantia secundũ esse dicãtur, sed mẽs philosophi est ꝙ illud nũc quod est vnũ secundum substantiã, est aliud & aliud secundũ esse. i. secũdum rationem. Nã Tex. 103. *Commen. de illo nunc loquens dicit. Instans quod est agens tempus, est idem in omni motu: sed esse eius diuersificatur. s. per prioritatem & posterioritatem. Ex quibus patet ꝙ idem nunc referendum est, dum dicitur ꝙ est vnum nunc secundum substantiã: aliud vero*

& aliud secundum esse. Quod aũt per diuersitatẽ secundum esse intelligenda sit diuersitas secundũ rationẽ, patet ex

Tex. 104. *verbis Commen. dicit.n. Instãs est in aliquo existẽte in dispositionibus diuersis, & quod est tale est vnum secundũ subiectum, & duo secundum rationem.*

Tex. 103 *Idem sentit & Simplicius.*

Tex. 103. *Sciendũ secundo ꝙ unitas primi mobilis sub motu, quæ secundũ substantiã eadẽ manet, priori & posteriori mutato esse, et motus priori & posteriori continuantibus partes tẽporis assistit: habetq; cõtinue aliã & aliam habitudinem ad illa: & secundũ istos diuersos respectus diuersæ rationes eius accipiũtur. Vnde idem nunc esse aliud, et aliud secundũ rationem: est ipsum alium, & aliũ respectum ad mutata esse motus si bi succedentia habere; secundũ.n.ꝙ habet habitudinem ad prius mutatum esse: & ad prius nunc continuatiuum tẽporis, distinguitur ratione a se: vt ad posterius mutatum esse, & ad posterius nunc habitudinem habet.*

Idẽ nunc esse aliud, & aliud ratione est ipsum habere aliũ & alium respectum ad mutata esse motus.

Hæc autem cõclusio sic declarata; probatur primo ratione philosophi, ꝙ qua supponendũ est, ꝙ cõmutata proportio est quando accepta proportionalitate aliqua in qua constat duos termi nos se habere: vt antecedentia: & duo vt consequentia: antecedẽtia consequũtur se inuicẽ: et similiter cõsequẽtia: vt si dicatur: Sicut se habent sex ad tria, ita quatuor ad duo: ergo a cõmutata ꝓportione: sicut se habet sex ad quatuor,

Tex. 60. 104. *ita tria ad duo. arguit igitur sic philo. secundum mentẽ S. Th. Sicut se habet tempus ad motũ, ita nũc ad mobile: sed mobile est vnum secũdum substantiam in toto motu; aliud autem et aliud secũdum rationem: ergo & nunc est vnum secundũ substantiam in toto tempore: aliud autẽ & aliud secundum rationẽ. Probatur minor; ita se habet mobile ad motũ: sicut punctum ad lineã: sicut .n. punctum secũdum imaginationẽ causat lineam, ita mobile causat motum: sed punctum manet idẽ secundum rẽ: variatur autẽ secundũ rationẽ inquantum intelligitur assistere diuersis partibus lineæ: ergo ita est de mobili in toto motu. Maior vero probatur sicut se habet mobile ad motũ: ita nunc ad tẽpus. Nã sicut ꝓ mobile cognoscimus prius & posterius in motu (Cum.n. ipsum in uenimus in aliqua parte magnitudinis, per quam mouetur iudicamus motũ ꝓ vnã partẽ magnitudinis factũ prius ꝓteriisse, factũ vero per aliã partẽ posterius sequi) ita ipsum nunc qđ est terminus præteriti et principiũ futuri: prius & posterius tẽporis distinguit: ergo a cõmutata proportione: sicut se habet tẽpus ad motum: ita nunc ad mobile.*

Secundo ad cõclusionem arguitur. Vnitas rei incorruptibilis & indiuisibilis: & cuius motus interrumpi nõ põt, semper manet: et quantum ad entitatẽ suam, & quantũ ad ordinem ad motũ; & si ipsa res cuius est vnitas variatur secundũ rationẽ, etiã vnitas ipsa secundum rationẽ uariatur: sed nunc de quo loquimur est vnitas primi mobilis sub

Tex. 37. *motu, quod est incorruptibile et indiuisibile: & cuius motus interrumpi non potest: & variatur secundũ rationem inquantum partes sunt in alio, & alio situ cõtinue fiunt: ergo nũc semper est idem secundũ substantiã: aliud vero et aliud secundum rationem.*

Tertio. Causa est simul cum suo effectu, vt dicitur 2. Phy. sed nunc est cau-

Tex. 37. *sa totius temporis: ergo est simul cum toto tempore: ergo numquam corrumpitur, sed semper idẽ secũdũ rẽ manet.*

Ad-

Nũc nõ realiter causat tẽpus: sed solum secũdũ imaginationem.

Aduertendũ autẽ cum dicimus nũc suo fluxu causare tẽpus: ꝙ hoc non est intelligendum quasi secundũ realẽ causalitatẽ effectiuam causet: sed solũ secundũ nostrã imaginationẽ est intelligendum, sicut & punctum esse causam lineę suo motu, Geometrę imaginãtur. Illud.n. ꝙ causat tẽpus effectiue est intelligentia mouens: quod vero ipsum subiectiue & materialiter causat est mobile: quod & motus et temporis est subiectum. Dicitur tamẽ ꝙ mobile non esset subiectũ tẽporis: nisi haberet illud nũc: qđ idẽ secundũ substantiam in toto motu permanet: & ita dici potest ꝙ tale nunc est conditio mobilis secundum ꝙ tempus causat subiectiue.

Ad argumenta in oppositũ respõdetur. Ad primũ dicitur primo, ꝙ maior est vera de nunc intrinseco partes temporis adinuicem continuante. Illud.n. mutato esse proportionatur: & tũc cõceditur ꝙ illud nũc est unũ in toto tpe. Dicitur secũdo, ꝙ maior ẽ falsa de nũc qđ est unitas mobilis. Illud.n. est extrinsecũ a tẽpore: mutatum autem esse est intrinsecum motui: vnde nõ est similis ratio de isto nunc: & de mutato esse.

Ad secundũ negatur cõsequẽtia. Ad cuius probationem dicitur: ꝙ illa proprie dicuntur esse simul, quæ sunt in eodem nũc intrinseco tẽpori partes eius continuante: nõ autem quæ sunt in eodem nunc extrinseco tpi: cuiusmodi est nunc: quod idẽ subiectũ substãtialiter permanet: ideo argumentũ bene cõcludit ꝙ non est vnũ nunc intrinsecum tẽpori: quod est concessum: non autem ꝙ non sit vnum extrinsecum.

Ad tertium similiter dicitur, ꝙ philo. non loquitur de nunc extrinseco tẽpori: quod manet idem in toto tempore: sed de nunc intrinseco: quod comparatur ad tempus: sicut mutatum esse ad motum.

Ad quartũ dicitur, ꝙ illa ratio philos. concludit de nunc intrinseco, cuius est terminare partes tẽporis: non autẽ de nunc extrinseco, qđ non habet terminare, sed causare tempus.

Ad quintũ negatur cõsequẽtia. Ad probationẽ dicitur: ꝙ nũc manens idẽ in toto tempore, non est subiectiue in mutato esse: vt oporteret ipsũ mutari de vno mutato esse ī aliud, sed est subiectiue in mobili: quod in toto motu vnum & idem manet.

Ad sextũ dicitur ꝙ illud instans est pars discreti: cum sit vnitas mobilis sub motu: non quidem pars temporis discreti: cum illud forte ab Arist. non ponatur. Sed illius numeri, quo cælum alijs mobilibus connumeratur.

Ad septimum dicitur, ꝙ per ipsum nunc cognoscitur & mensuratur tempus secundum ꝙ vnum manens, secundum substantiam variatur ratione: successiue priori & posteriori parti temporis coexistens. Sicut per ipsum mobile secundum ꝙ, de vno loco ad alium per motum variatur cognoscitur motus atque mensuratur.

ADDI.

Circa illud, quod primo notat Auctor, ꝙ ex cõsideratione puncti in comparatione ad lineam possumus in notitiam nũc, per comparationem ad tempus deuenire.

Dubitare posset aliquis num punctus sit aliquod ens positiuũ, vel priuatiuum, & ꝙ sit priuatiuum probatur, quia sicut est de unitate, ita est de puncto, per conuenientẽ simili tudinẽ; cũ utrũq; sit aliqd indiuisibile simpliciter; sed ipsa vnitas non est aliquid positiuũ, cũ sit quędã indiuisio: vnum .n. est ens indiuisum, ut ait D. Th. & ꝙ cõsequẽs p.p.q. 11.

vnitas tũ indiuisio per locum a coniugatis: Oppositũ quoque, aliquis suadere põt: quia nihil pure priuatiuum ponitur in definitione entis positiui; punctus autem ponitur in definitione lineæ, vt patet, ex Arist. linea est quid positiuũ: ergo & punctus, & eadem quæstio mouerí potest de ipso instanti, siue nunc respectu temporis. Pro solutione huius dubij.

primo Post. c. de perse.

Sciendum est q̃ aliqui uisi sunt intelligere, q̃ punctus & vnitas non sunt entia positiua, sed solum sunt quædam priuationis: punctus .n. terminans est priuatio continuationis, uel lineæ terminatę cum alia linea, & punctus continuãs, est priuatio diuisionis lineæ: tam diu enim linea est continua, quamdiu est indiuisa, & cum est diuisa, corrumpitur punctus continuans, q̃ non videtur esse, nisi, quia punctus continuans, est priuatio diuisionis actualis.

Similiter dicunt, q̃ vnitas nihil aliud est, nisi priuatio diuisionis non habens positionẽ in continuo: sed hęc non videntur recta. Primo de vnitate, quia mensura alicuius positiui non videtur pura priuatio, hoc videtur satis manifestũ; sed vnitas est mensura numeri intrinseca: vt scribit Arist. & numerus est quid positiuũ, cum sit species quantitatis, vt patet in prædicamentis, igitur vnitas non est pura priuatio.

10 metaph. Tex. 8. c. de quanti tate.

De puncto similiter non videtur verum: quia illud quod habet positionem in continuo videtur esse quid positiuum, & non pura priuatio; sed punctus est huiusmodi, in hoc differt punctus ab vnitate, vt placet Arist.

5. metaph. Tex. 16.

Tum etiã quia id, qđ est terminus & principiũ entis positiui, non est pura priuatio: sed punctus est hmõi, vt notũ est omnibus: igitur punctus non est pura priuatio.

Quot modis capitur positio.

Propterea animaduertẽdũ est, q̃ positio multipliciter capitur: primo .n. modo sumi põt, pro ordine partiũ in toto in habitudine ad locũ: & sic sumpta fuit a Giliberto porretano in libro suo de sex principijs, ponendo ipsam tamquã vnum ex prædicamẽtis. Secundo modo accipitur pro significabilitate, seu pro sensibilitate partium quantitatiuarũ in suo toto; & sic pertinet ad quantitatem continuam, & istis duobus modis pũctus non habet positionẽ, cũ nullas partes habeat secundũ quantitatẽ. Tertio modo dicitur positio ipsa existentia alicuius indiuisibilis, inter duas partes lineæ determinatę, & sic punctus habet positionẽ, nam punctus continuans duas partes lineæ, est inter illas duas lineas sine medio, & non alibi: punctus autẽ terminans, est inter duas lineas contiguas adinuicẽ, & non alibi, & hoc in illis corporibus, quæ habent aliquid extra se, ex quibus manifestum esse põt, qualiter punctus habet positionem in continuo, & in hoc differt punctus ab vnitate, quia ipsa vnitas, a qua aliquid dicitur vnum, non est determinata inter duas partes lineæ, quæcumque sint, dico prout unitas est.

Differentia puncti ab unitate.

Attendendum etiam est, q̃ duplex punctus reperiri dicitur, punctus terminãs, & pũctus cõtinuans; punctus terminans, est quodã indiuisibile, vltra quod, nihil est de illa linea, & citra quod, est totũ quicquid est de illa linea, & super illud indiuisibile fundatur relatio quædam. s. termini ad terminatum, & ad actualem existentiam huius termini, ne cessario requiritur priuatio continuationis lineæ, cum alia linea, & sine ista priuatione non bene potest intelligi ille terminus actu, quamuis .n. habitus sit notior ipsa priuatione opposita: tamen nihil prohibet priuationem vnius habitus .s. habitus multo notioris, esse notiorem: saltem quo ad nos quodam alio habitu, vel ente positiuo, vt ait D. Th. continuitas igitur vel quantitas cõtinua est aliquid notius & manifestius, quam sit illud indiuisibile, quod dicitur punctus & priuationẽ ipsius continuitatis necessario concomitatur huiusmodi punctus terminãs, & ideo punctus notificatur per priuationẽ continuitatis & hoc docuit phy. 3. de aĩa, vbi habet. punctus autẽ & omnis indiuisio & substantiæ indiuisibile priuatione demonstratur &c. arbitramur .n. iuxta istã viã, q̃ hoc nomen punctus significat aliquod ens positiuũ, quod est terminus lineæ, ratio tamen intelligendi & significandi, huiusmodi termini sumitur a quadã priuatione. s. a priuatione continuitatis lineæ terminatę cũ alia linea. punctus vero continuans, est quodam indiuisibile existens inter duas partes lineæ sibi inuicẽ continuæ sine distantia medij, & ad huiusmodi punctum necessario requiritur priuatio diuisionis

p.p.q.13.ar.3 vbi agitur de innascibilitate patris.

nis actualis ipsius lineę: si enim linea, quæ nunc est continua diuidatur actualiter: tũc corrumpitur punctus continuans, & fiunt loco eius duo pũcta terminantia, & huiusmodi punctus, licet secundũ se sit aliquid positiuum, tamẽ notificatur & intelligitur per priuationem diuisionis lineę, quę quodãmodo notior est ipso, & iste punctus cõmuniter dicitur, q̃ est punctus in potentia, quia non terminat actu ipsam lineam: sed ipso existente linea quam continuat cũ alia linea non est actu terminata, & diuisa ab alia linea, sed solum in potentia.

Quibus stantibus dicitur ad dubium q̃ vnitas quoque est quid positiuum secundum se; tamen significatur & intelligitur sub priuatione, & differt a puncto modo quo diximus supra, nec sequitur, si vnum est ens indiuisum, q̃ vnitas sit sola indiuisio: sed q̃ sit unitas indiuisa, & si dices, vnũ dicitur ab indiuisione, sed unum dicitur ab unitate: ergo unitas est indiuisio, dico q̃ unum non solum dicitur vnum ab indiuisione (licet indiuisio sit modus a quo sumitur intellectus vnius) sed cum hoc dicitur unum ab ali quo positiuo substrato illi indiuisioni, unde in doctrina D. Tho. unum non dicit rationem perfectionis, ut est uidere apud Cai. p.p.q.6. in expositione tertij art. ad primum arg. & q. 11. in expositione 1.ar. ubi disputat contra Scotum uolentem unum formaliter dicere positiuum, quod non est uerum: nisi substrate & sic etiam teneas de istanti.

Replica.

Resp.

Caiet. Scotus.

Quæstio septima, Vtrum sit vnum tempus omnium temporalium.

Omne namque tempus, unum similiter & simul est. Tex. CXXXII.



Væritur septimo, Vtrũ sit vnum tẽpus omniũ temporalium, & videtur q̃ non.

Primo. Indiuidua eiusdem rationis habent proprietates easdem: quia propria passio consequitur speciem: sed omnes motus circulares sunt eiusdem rationis: ergo debẽt habere easdem proprietates: sed tempus est proprietas primæ circulationis: ergo est etiam proprietas specifica omnium circulationum: ergo sũt plura tempora.

Secundo. Si esset vnum solum tempus, illud esset numerus primæ circulationis: sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas. Si motus primus nõ esset, adhuc esset tẽpus: quia haberetur vnde oriretur tẽpus. s. motus: ergo tempus nõ est accñs solũ primi motus.

Tertio. Anima apprehendens se esse in motu, apprehendit tempus: ergo tempus consequitur omnem motum: et per consequens sunt plura tempora.

Ad euidentiam istius difficultatis sciendum primo, quòd cum in quolibet motu sit prius et posterius: quorum quodlibet habet suã mẽsurã intrinsecã: sicut & quælibet pars rerũ numerabilium suam habet intrinsecam vnitatẽ: sicut in quolibet motu necesse est esse proprium numerum: qui nihil aliud est quã aggregatio prioris & posterioris partium motus sibi succedentium.

Sciendum secũdo, q̃ cũ tẽpus sit numerus prioris & posterioris in motu: dupliciter poßumus de tempore loqui. Vno modo vt nomine temporis intelligamus numerũ intrinsecum prioris & posterioris cuiuscumque motus: & sic cũ diuersi motus diuersa habeant prio ra &

Quo intelligatur esse vnũ tps solũ.

ra & posteriora: sicut & diuersę magnitudines; necesse est dicere, ꝙ, quot sunt motus: tot sunt & tempora. Nam cū numeri numerati siue numeri rebus intrinseci, secūdū multiplicationē rerū numeratarum multiplicentur: alius. n. numerus denarius est, qui in decē equis inuenitur: & alius qui in decē homini bus: licet sit vnicus numerus denarius abstractæ, & mathematicæ consideratus; oportet etiā esse tot numeros, & tot tempora motibus intrinseca: quot sunt & motus. Alio modo vt nomine temporis, non quemcūque numerū numeratum motus intelligamus: sed tantum numerum ratione primę mensuræ omnium motū importantem; & sic dicendū est cum philosopho: ꝙ est tantū vnum tempus. Quod vtique hac ratio probari potest: Tempus hoc modo sumptum est numerus primę circulationis. Tex. 133. Sed hæc est una tantū: ergo & tempus est tantum vnum: maior probatur. Tē pus est numerus illius motus, qui omnes alios motus numerat. Nam cum tē pus non sit de genere motus non habet mēsurare primo omnes motus: nisi mediāte eo motu, a quo tamquā ab aliquo sui generis: omnes alij motus mensurā tur. Sed hæc est prima circulatio vt pote quæ est motus simplicissimus & maxime regularis; ergo &c.

Secundo. Si tempus non esset numerus primi motus sed omnium motuum, sequeretur plura tēpora equalia. s. quorum unum, nō continet alterum esse, si mul, sed hoc est impossibile, non. n. pñt simul esse duæ horæ, aut duos dies, aut duo anni, ergo etc. Probatur consequētia contingit duo simul et equaliter moueri: ergo si tempus est accns vniuscuiusque motus, sequitur duo tēpera equalia esse simul Tho. tex. 132. Sciendum autem ꝙ quia tēpus est numerus in primo motu existens aliam cōparationem ad primū motū habet et aliam ad alios motus. Ad primum. n. motum comparatur et sicut mensura ad mensuratum & sicut accns ad subiectū, est. n. numerus in primo motu existens tamquam ipsum mēsurans. Ad alios autem motus, sicut mēsura extrinseca cōparatur inquantū. s. per ipsum alios motus mensuramus, non autem comparatur ad ipsos sicut accns ad subiectum. Hoc est quod intendit Cōmē. cum dicit ꝙ tempus sequitur motum circularem, et iste motus accipitur in definitione eius, & ipsum mensurat illum, non secūdū ꝙ numerus mensurat numeratum, sed secundum ꝙ mensurat aliquid, quod est forma in re, alios vero motus mēsurat sm ꝙ numerus mēsurat numeratū. s. ꝙ numeratū nō accipit definitione numeri.

Tēpus alio alio mō cōparat ad primi mobilis motū & aliter ad alios motus.

Comm. 132.

Sed circa istā determinationē dubiū occurrit. Dictum est. n. in tertio, ꝙ terminus motus, & motus sunt idē: cū ergo motus cęli sit motus ad vbi, sequitur ꝙ motus cęli non est aliud quā vbi: sed vbi et pfertim in primo cœlo est relatio, est. n. ordo determinatus ī vniuerso, motus ergo cęli nihil aliud est quam relatio. Tunc arguitur sic: accidens absolutū, nō est subiectiue in relatione, non. n subiectiue est debilioris esse, suo accidente. s. tempus est accidēs absolutum est. n quantitas, motus autē cęli est relatio: ergo tēpus nō est accns motus cęli. Ad hoc potest dupliciter rñderi quantum mihi pro nunc occurit. Proprio ꝙ vbi dupliciter considerari potest. Vno modo inquantū relatio est, & inquantum vbi, & sic subiectū accntis absolute esse nō potest, qa est debilioris esse. Alio modo vt est in acquiri, qūo habet quandā extēsionē, et quantitatē, et hoc modo

modo accntis absoluti subiectū esse potest, tūc. n. se habet ut quoddā quātū. Respōdetur secūdo ꝙ accns non est proprie subiectum accntis, sicut id qđ sua virtute subsistentat alterū sed bñ est subiectū quo. i. est id quo mediāte, aliud accns est in substantia, & hoc modo relationē esse subiectum absoluti, non est inconueniens, hoc. n. modo dicitur motus esse subiectum tēporis, quia tēpus non esset subiectiue in primo mobili, nisi moueretur. Prima tamen resp. melior est nā tēpus numerat motū & componitur ex unitatibus partiū motus, ex quo uidetur ꝙ sit ꝓpriū accidēs motus.

Ad argumenta in oppositum rñdetur. Ad primum quidem dicitur, primo quòd numerus primi motus nō est tempus nisi inquātū ille motus, est primus & uelocissimus. Dicitur 2. ꝙ licet omnes motus circulares sint, eiusdem ratio nis in ratione motus circularis, non tamen in hoc quòd est esse primum, & maxime uniformem.

Ad secundum dicitur ꝙ quia numerus primi motus, est tempus inquantum ille motus est primus, ideo non existente primo motu qui nūc est numerus illius motus, qui remuneret primus esset tempus.

Ad tertiū negatur cōsequētia. Anima. n. apprehendens successionē in operationibus suis apprehendit primū motum, eo ꝙ primus motus est causa omnis motus, & virtualiter in omni motu saluatur, ratio ergo quare anima apprehēdat tempus, dum percipit se esse in quadam transmutatione, est nō quia tempus sit accns illius transmutationis sed quia in illa mutatione saluatur primus motus, sicut causa in effectu, quem motum tempus consequitur.

ADDI.

Quia Gregorius de Arimino asserit plura esse tempora, iuxta pluralitatē motuū, ita vt quilibet motus, habeat suum tēpus ad quod probandū supponit. primo, ꝙ nihil mensuratur aliqua quantitate successiua, nisi ipsum sit quantū, & successiuū, uel quātitas successiua, sicut nihil mensuratur magnitudine, nisi ipsum sit magnum. 2. sent. dist. 2. q. 1.

Supponit secundo ꝙ unusquisque istorum motuum inferiorum propriæ dictorum mēsuratur tempore, & hoc ab omnibus acceptatur.

Supponit & tertio ꝙ nihil est quantum successiuum nisi per quantitatem successiuā, & inexistentem sicut nihil est album nisi per albedinem sibi inherentem, non enim aliquid dicitur qnantum ex eo ꝙ efficiat quantitatem quemadmodum dicitur visum, quia agit uisionem, sed dicitur quantū ex eo, ꝙ habet in se quantitatem.

Quarto supponit, quòd nulla sit quantitas successiua nisi tempus, ut scribitur in prædicamentis. c. de quantitate.

Quibus iactis; arguit omne qđ mensuratur tēpore est quantitas successiua, vel quantū succedēs, & hoc habetur ꝑ primā suppositionē; sed omnis motus propriæ dictus istorū inferiorū mēsuratur tēpore, vt habetur in secunda suppositione: ergo omnis motus proprię dictus, vel est quātitas successiua, vel quantū succedēs, vel habēs inse quātitatē successiuā, sed quantitas successiua cōtinua est tēpus, ut asserit quarta suppositio: ergo omnis motus proprię dictus, uel est tēpus, vel quantū succedēs, si aūt sit tēpus tūc cū plures & diuersi sint motus numero, plura utiqȝ & diuersa tēpora erunt, si uero detur quòd omnis motus istorum inferiorum est quantum successiuum, & nihil est quantum successiuum, nisi per quantitatem successiuam sibi inexistentem, siue inherentem, sequitur: quòd omnis motus propriæ dicitur, habet in se quātitatem successiuam sibi inherentem, omnis autem talis quantitas est tempus: ergo

omni,

omnis motus proprie dictus habet inse tẽpus; si ergo sunt plures motus vt patet: sunt etiã & plura tempora: tum etiã confirmatur hoc, quia sicuti se habet locus ad locata ita tempus ad tẽporalia per conuenientem similitudinem, sed non est unus locus numero omnium locatorum, vt patet 4. phys. in tractatu de loco: igitur nec est vnum tempus numero omnium temporalium.

q.10.artic.6. D. Th.p.p. loquens de æuo num sit vnum omniũ qui ternorum & uolens determinare ueritatem huius quęsiti procedit ex causã unitatis temporis, quia in cognitionem spiritualium per corporalia deuenire oportet, uerum enimuero fuerunt, aliqui dicentes ideo tempus omnium temporalium esse unum, quia numerus omnium numeratorum est unus, cum tempus nihil aliud sit nisi numerus &c. ut uoluit philoso. 4. phys.

Tex. 101. sed impugnat istam positionem D. Th. tamquam insufficientem, quia tempus iam nõ est numerus ut abstractus extta numeratum: sed ut in numerato existens, alioquin nõ esset continuus, quia quinque uel sex ulnę pãni continuitatem habent non ex numero, sed ex numerato; numerus autem innumerato existens, non est idem omnium: sed diuersus diuersorum.

Propterea alij assignant causam unitatis temporis ex unitate æternitatis, quæ est principium omnis durationis, & sic omnes durationes sunt unum, si consideretur eorũ principium: sunt vero multæ si consideretur diuersitas eorum, quæ recipiunt durationem ex influxu primi principij.

Alij uero assignant causam unitatis tẽporis ex parte materię primę, quæ est primũ subiectum motus, cuius mẽsura est tẽpus, sed unico argumẽto Doctor Angelicus utrãq; opinionem arguit, quandoquidẽ ea quæ sunt unum principio uel subiecto & maxime remoto, nõ sunt unũ simpliciter sed secundũ quid, sed tã ęternitas q̃ materia prima sunt remotissima a tpe nõ ergo ex unitate illorũ debemus mãcisci unitatẽ tpis.

Ponit ergo ueritatẽ huius rei D. Th. q̃ ratio unitatis temporis sumenda est ex unitate primi motus, secundum quem (cum sit simplicissimus) omnes alij mensurantur, ut habetur. 10. metaph. sed comparatur tẽpus ad primum motũ non solum ut mensura ad

Tex. 4. mensuratũ, sed etiã ut accidens ad subiectũ, & sic ab eo recipit unitatẽ, ad alios autẽ motus cõparatur solũ vt mensura ad mensuratũ, unde secundũ eorũ multitudinẽ nõ multiplicatur, quia una mẽsura multa mẽsurari possũt, quod auctor quoque tangit in corpore quæst. Sciendũ etiam est, q̃ licet tempus sit realiter motus, non tamen est formaliter & quiditatiue quia de ratione tẽporis est, ut sit mensura, de ratione uero motus est, non ut sit mensura, sed ut sit actus existentis in potentia.

Vltimo est notandũ, q̃ tẽpus duplex est, alterum primo & principaliter dictũ, & hoc est unum in omnibus temporalibus in cęlo, terra, & in mari; alterum tempus dicitur cõmuniter dictum, quod est extrinseca duratio cuiuslibet motus, & hoc plurificatur & multiplicatur secundum multitudinem motuum.

Quibus stantibus dicitur, ad argumentum Gregorij quo etiam & Alij utuntur: q̃ tempus proprie & principaliter, quod comparatur ad primum motum, non solum ut mẽsura ad mensuratum, sed etiam ut accidens ad subiectum est unum simpliciter & idẽ numero; sed tempus communiter quod comparatur ad alios motus ut mensura solũ extrinseca non est idem numero in cœlo & in terra & in mari; unde sicuti vnus est locus communis omnium locatorum, ita est unum tempus omnium temporalium, & sicuti diuersa sunt loca specialia diuersorum locatorum, ita diuersa quoque sunt tẽpora diuersorum specialium motuum, & ex hoc patet responsio ad confirmationẽ,

Comm.131. & in hoc conuenit Commentator quoque quippe qui, in hoc 4 phys. dixit, q̃ tempus sequitur primum motum, ad quem se habet vt mensura intrinseca, ad cæteros, vt mensura extrinseca.

Expliciunt Quæstiones in Librum Quartum Physicorum.
Cum Addi. Aquarij.

INCI-

INCIPIVNT QVAESTIONES IN LIBRVM QVINTVM PHYSICORVM.

CVM ADDITTIONIBVS AQVARII.

Quæstio Prima, Vtrum motus sit de subiecto in subiectum.

Quoniam autem omnis mutatio est, a quoddam in quiddam: manifestat etiam utique nomen.

Tex. VII.



Circa quintum librũ. Quæritur primo: vtrũ motus sit de subiecto in subiectum, & videtur q̃ non.

Primo principia cuiuslibet transmutationis sunt materia, forma, et priuatio, vt dictum est in

Tex. 20.169. *primo huius: ergo non est mutatio de subiecto ad subiectum: sed de priuatione ad formam.*

Secundo. In intentione, dum calor intenditur, nõ est mutatio de forma in formam, quia semper est eadẽ forma, sed de priuatione esse perfecti ad esse perfectum: ergo &c. Respondeo q̃ motus est de subiecto in subiectum.

Licet sint quatuor modi quibus potest fieri mutatio non tamẽ dicimus quatuor etiã mutationes.

Ad huius aũt euidentiam attendendum primo: q̃ quamuis Arist. quatuor modis fieri posse mutationem dicat. s. aut ex subiecto in subiectũ: aut ex non subiecto in non subiectum: aut ex non subiecto in subiectum; aut ex subiecto in non subiectum: non intendit tamen quatuor esse in re mutationis species. Sed ad complementum diuisionis ponit omnem modum quo posemus imaginari aliquid ex aliquo fieri: intẽditq; quatuor esse modos quibus imaginari possumus, ex aliquo in aliquid trãsmutationem fieri. Sed concludit tres tantum esse reales mutationes. s. generationem, corruptionem, & motum: eo q̃ non possit esse aliqua species mutationis: cuius ratio consistat; vt ex non subiecto in non subiectum fiat.

Quid intelligat philoso. per subiectũ quod in mutatione requiritur.

Attendendum secundo q̃ cum explicans philosophus, quid subiecti nomine intelligat; inquit. Subiectum autem dico quod affirmatione significatur: p affirmationem significari, non intendit significari propositione: & affirmatiua: sed sine particulæ negatiue adiunctione: quod etiam simplicibus conuenit: sicut & cum particula negatiua significari: homo enim affirmatiue significari dicitur: & æquus, & album: & similia: non homo uero, nõ æquus, non album negatiue.

Quæ sit mutationis species.

Prima ergo species mutationis, est de non subiecto in subiectum, & dicitur generatio: quæ est mutatio de non esse ad esse.

Secũda de subiecto in non subiectũ; & dicitur corruptio, quæ est mutatio de esse in non esse.

Tertia uero de subiecto in subiectũ: & dicitur motus quæ est mutatio de contrario in contrarium.

Sed aduertẽdum secundum Simpli.

Comm. 7. *& Comment. q̃ cum dicitur generatio esse, de non esse ad esse: & corruptio de esse ad non esse: per non esse, non accipitur pura negatio: & non esse omnino: non esse enim omnino non, recipit transmutationem: sed intelligitur non esse in actu, quod est esse in potentia: ex ente enim in potentia: & ex nõ ente in actu, fit ens in actu.*

Nominemo ius phil. aliquãdo q̃ omni mutationeabsolute, aliqñ solum q̃ mutatione q̃ habet successionem.

Sciẽdum quoque, q̃ motus nomine, philosophus dupliciter in libr. Physic. vtitur. Aliquando enim ipsum accipit prout idem est quod mutatio: q̃ sic cõmune est ad omnem transmutationem: sicut & mutationis nomen. Aliquando vero pro sola mutatione successionem habentem quæ fit in tempore: & sic ponitur hic ab ipso, species distincta a generatione & corruptione: quæ sunt mutationes instantaneę: & de motu hoc modo sumpto dicitur: quòd est mutatio a subiecto in subiectum.

Probatur itaque conclusio sic. Motus, aut est mutatio de non subiecto in subiectum, aut de subiecto in non subiectum: aut de subiecto in subiectum, aut de non subiecto in non subiectum; sed non est mutatio de non subiecto in subiectum: quia illa est generatio, nec mutatio de subiecto in non subiectum: quia illa est corruptio, nec de non subiecto in non subiectum: quia secundum hunc modum nulla sumitur mutationis species: ergo est mutatio de subiecto in subiectum. Quomodo autem hoc sit intelligendum: dupliciter exponit Hereus. Prima expositio est quòd motus est ex affirmato in affirmatum: & ex forma in formam: non quia non possit esse motus ex priuatione ad formã: sed quia motus in ratione sua, non includit a priuatione in formam esse per quod differt a generatione: de cuius ratione est quòd fiat, ex non esse ad esse: similiter non est de ratione motus quòd terminetur ad priuationem: licet possit terminari ad priuationem: & per hoc differt a corruptione: de cuius ratione est ad negationem terminari.

Quo intelligatur q̃ motus ẽ de subiecto in subiectum. Quolib. q. 13.

Sed contra istam expositionem potest instari: quia motus est solum inter terminos suscipientes magis et minus, eo quòd est continuus & successiuus: priuatio autẽ non suscipit magis et minus: ex quo videtur quòd motus nullo modo possit a priuatione aut ad priuationem esse.

Priuatio duplex .s. pura & simpliciter, & talis non põt esse terminus motus.

Respondetur & dicitur, quòd duplex est priuatio. Vna scilicet pura quæ nihil relinquit de habitu: sicut tenebra & cecitas: & ista non suscipit magis & minus: & non potest esse terminus intrinsecus motus a quo, aut ad quem. Alia commixta cum habitu: Alia cõmixta cũ habitu & talis põt eẽ terminus motus. *quæ scilicet non tollit totaliter habitum: sed aliquid ipsius relinquit, sicut egritudo & turpido; & talis magis suscipit & minus, secundum quòd sibi magis aut minus de habitu admiscetur & talis, terminus motus esse potest. Quod autem talis expositio ad mentem philosophi, sit: apparet quia posquàm dixit, motum esse a subiecto in subiectum: subiungit subiecta autem: aut cõtraria aut media: priuatio enim ponitur contrarium & monstratur affirmatione nudum. Ex quibus datur intelligi quòd motus ex priuatione esse potest: cum affirmatiue significatur.* Tex. 7.

Secunda expositio est quòd motus est de subiecto in subiectum: quia in vtroque termino motus, subijcitur aliquod ens actu: non sic autem in aliis. In generatione enim & corruptione, subiectum est in pura potentia scilicet materia prima.

Ve-

Tex. 7. *Verum quia Philosophus, hoc loco duplicem esse generationem: vnam scilicet in substantia; aliam vero in accidentibus: & illam dicit simpliciter generationem; eo quòd sit ex non ente simpliciter: istam vero generationẽ secundum quid; eo quòd sit ex non ente hoc, puta ex homine non albo. Dubium occurrit quomodo substãtię generatio,* Quo substãtiæ generatio fit ex nõ ente simpliciter. *non sit ex non ente hoc; simpliciter autem ente: sicut & generatio accidentis: sed ex non ente simpliciter. Nam cum materia prima numquam sit sine forma & sine actu id quod generatur, necesse est ex aliquo ente in actu generari: sicut homo generatur ex semine: & sic generatio fit non ex non ente in actu simpliciter, sed ex non ente hoc, quod generatur, puta ex non homine.*

Dupliciter ad hoc respondent Greci. Primo quòd generatio substantiæ dicitur fieri ex non ente simpliciter, quia fit ex priuatione, non autem ex contrario: generatio autem secundum quid, fit ex non ente hoc, quia fit ex contrario, quod est hoc non ens quod fit. Vnde licet fiat homo ex semine, illud tamen non est hoc non ens, quod est contrarium, cum substantiæ nihil sit contrarium.

Secundo respondetur & securius, quòd mutatio ad substantiam, dicitur ex non ente simpliciter fieri: quia in ipsa nulla est substantia in actu et permanens, de quo dici possit: hoc est quod generatur. Sed in tali mutatione idem ipsum subiectum, & aliud fit, sicut semen, ex quo homo generatur, semper aliud & aliud factum, trãsmutatur in hominem. Mutationes vero quę secundum accidentia contraria fiunt, habent aliquod subiectum actu, idem manens sub vtroque cõtrariorum, de quo dicitur vere quòd alteratur. Sicut homo manens, homo denigratur, ideo dicuntur fieri non ex non ente simpliciter, sed ex ente simpliciter, non ente vero hoc, sicut ex homine non albo, fit homo albus.

Lect. 2. in expositione. Tex. 7. *Ad hanc responsionem videtur alludere S. Thom. dum inquit, quòd cum aliquid de non albo mutatur in album, non mutatur aliquid ex non esse simpliciter in esse simpliciter, cum subiectum idem in actu maneat in tota mutatione. In generatione vero substantiali subiectum quod manet, non est ens in actu; sed ens in potentia tantum scilicet materia prima quę in principio generationis est sub priuatione, in fine vero sub forma: ideo secundum generationem substantiæ ex non ente simpliciter, fit ens simpliciter.*

Ad argumenta in oppositum patet responsio ex dictis. Verumtamen ad primum dicitur; quòd cum dicitur tria esse principia transmutationis, scilicet materia, forma, & priuatio, per priuationẽ accipitur, tam priuatio pura; quàm priuatio coniuncta formæ, quæ est contrarium.

Ad secundum dicitur, quòd intensione & remissione, non est mutatio a pura priuatione, aut ad puram priuationem: sed ab actuatione subiecti, ad eius perfectam actuationem aut econuerso.

Universidad de Deusto Biblioteca

ADDI.

Per subiectum omnes fere & Græci & Latini intelligunt ens, siue esse ut patet per D. Tho. in expositione huius tex. vbi declarans quomodo est species una mutationis, quæ est ex subiecto in subiectum, & alia ex subiecto in non subiectum, subdit i. de esse, in non esse, & Comm. quærit quid intelligendum venit per non esse respondet intelligo per non esse, non esse in actu, quod est esse in potentia; hoc idem habet Simplicius Thæmist. & Ioan. Gram. & quia multæ sunt diuisiones entis, ut declarauí in q. meis contra Ant. And. in metaph, & secundum Auer. prima diuisio est in substantiam & accidens de qua diuisione tractatur in 7. & 8. metaph. qui duo libri appellãtur, Tractatus de substantia ab Auer. propterea q̃ denominatio fit a principaliori differentia: vnde Com. 2, phy. dicit q̃ substantia & accidens sunt differentię entis secundũ q̃, est ens, & hanc diuisionẽ appellant, aliqui diuisionẽ in partes subiectiuas.

Comen. 7.

Secunda diuisio est per potentiam & actũ & de tali diuisione egit Phil. in 9. primæ philosoph. qui appellatur, tractatus de potẽtia & actu, & ista sunt opposita relatiue, vt patet 9. metaph. & sic intelligitur dictũ cõmen. 1. de aía, vbi habet actus & potentia, sunt differentiæ valde oppositę & contingunt omnibus prædicamentis, quia vt scribitur 12. metaph. in omni prędicamento est propria potentia & proprius actus & inter oppositiones relatiuas ista est prima & summa.

Tex. 21. Commen. 6.

Tex. 22.

Tertia diuisio entis est per vnum, & multa, quã aliqui appellant diuisionẽ per passiones entis aliqui vero per priuatiue oppositа de ista locutus est Ari. 10. metaph.

Quarta est diuisio entis per materiale, & immateriale de qua agitur, 12. diuinæ Philosoph. quia ibi inquiritur natura abstractorum.

Quinta est diuisio entis secundum veritatem & iuxta sentẽtias Antiquorum: & de ista disputatur lib. 13 & 14. metaph. Si hi libri veri ac legitimi sint Arist. quia multi uolunt ipsos fuisse Theophrasti discipuli Arist.

Sunt & alię diuisiones entis ab istis vt est diuisio entis in ens per accidens, & in ens per perse, & illa alia in ens in anima, & in ens extra animam.

Videſ prin cipio prędica. Tex. 14.

Sunt & aliæ diuisiones logicales similes &c. & attende q̃ alia est diuisio entis in substãtiam & accidens, & alia est diuisio entis in ens perse & in ens per accidens vt patet per Arist. 5. metaph. vbi ens secundum se diuidit in decem prædicamenta quorum nouem sunt accidentia & ideo diuisio entis in substantiam & accidens est de diuisionibus entis, quod est subiectum in metaph. quod secundum suam absolutam considerationem non euadit q̃ sit aut substantia aut accidẽs, sed diuisio entis, in ens perse & in ens per accidens est diuisio penes modum prædicandi perse, vel per accidens, & per consequens est secundum atrributa rationis & sic diuisio entis in ens in anima, & in ens extra animã, est diuisio vocis pure æquiuoce, in sua æquiuocata vt scripsit Auer. ens non dicitur de substantia & accidenti pure æquiuoce sicut dicuntur nomina de affirmatione & negatione & vniuersaliter de oppositis, ideſt de contradictorijs: hinc patet error Scotistarum asserentium ens in sua maxima communitate, dicere conceptum communem vniuocum hæc omnia volui apponere vt agnoscas quando dicitur, quòd motus est de subiecto in subiectum, vel de non subiecto in subiectum, & licet per subiectum, & non subiectum intelligamus ens, & non ens, non tamen quodcumque ens, & quodcũque non ens, vide Auer. Simpliciũ, Thæmist. & Ioan. Gram. in expositione huius tex. 7. & clarius latinos. s. D. Thom. Romanum Egidium, Paulum Venetum, & Suess. & digress. Pomponatij.

7. metaph. Comm. 15.

Quod ens p subiectũ intelligẽdum uenit.

Quæ-

Quæstio secunda. Vtrum ad substantiam sit motus.

Quoniam autem neque substantiæ: neque ad aliquid, neque ipsius facere, aut pati, relinquitur secundum quale aut quantum: & ubi motum esse solum, in unoquoque enim horum, motus est contrarietas.

Tex. XVIII.



Tex. com. 6.

Væritur secundo, Vtrum ad substantiam sit motus, & videtur q̃ sic.

Primo philosophus in tertio text. postquam definiuit motum, exemplificans de omnibus speciebus motus: enumerat etiã generationẽ & corruptionem dicens. Generabilis autem & corruptibilis generatio & corruptio: ergo generatio est motus: sed generatio est ad substantiam: ergo motus est ad substantiam.

Secundo. In quocumque genere est cõtrarietas, ibi est motus (vt est de mẽte philosophi) sed in genere substantiæ est contrarietas: ergo &c. Probatur minor. Primo omne quod corrumpitur habet contrarium (vt habetur ex philosopho in 1. cæli) sed multæ substantiæ corrumpuntur: ergo habent contrarium. Secundo contrariorum effectuũ sunt contrariæ causæ: sed accidẽtia elementorum quę sunt eorum effectus, sunt contraria: ergo & elementa sunt contraria.

Tex. 18.

Tex. 19

Ad euidentiam huius difficultatis: quia philosophus; probat in substantia non esse motum: eo q̃ ibi non sit cõtrarietas. Primo declarabitur quomodo in substantia sit aut non sit contrarietas. Secundo ostendetur q̃ in substantia non est motus.

Tex. 10.

Sciẽdum itaque primo, q̃ oppositio priuationis & habitus in omnibus contrarijs saluatur: eo q̃ vnum contrariũ semper habet rationem deficientis, & imperfecti: aliud autem rationem perfecti: nigrum enim in cõparatione ad album, est imperfectum & deficiens: album vero rationem perfecti habet. Cõtrarietas ergo dupliciter accipi potest. Vno modo pro communi radice cõtrarietatis quæ excellentia et defectus dicitur: vt omnia illa dicantur contraria quę se habent sicut excellens & deficiens. Alio modo pro contrarietate p̃priæ dicta, pro oppositione scilicet formarum, quę secundum rationem proprie speciei opponuntur.

Cõtrarietas duplex.

Sciendum secundo, vt vult Alber. in hoc loco, q̃ ad uera contraria, quatuor requirũtur. Primo q̃ sint agentia & patientia inter se, vel per se, vel p̃ alia, quæ sint ipsis priora: per se quidẽ sicut qualitates primę: per alia vero ab ipsis sicut qualitates secundę. Secundo q̃ sint formæ nõ simpliciter simplices; sed multiplici materia multipli-

5. phys. tract. 1. cap. 4.

cate

cate & diminute in subiecto diminuto: sicut sunt omnes formæ corporales: calor enim maior, est in maiori calido: et minor in minori, si illud sit proprium eius subiectum, maior enim calor est in maiori igne: et minor in minori. Tertio q̃ habeat medium per quod sit motus: & si enim aliqua dicantur cõtraria immediata: sicut sanum & egrum hoc nõ habent ex eo q̃ sunt cõtraria: sed quia causantur ex priuatione & habitu, inter quæ medium eiusdem generis non inuenitur. Quarto q̃ mutuo ab eodem susceptibili se expellãt, expulsione propria: non autem per formam alienam, sicut album expellit nigrum & frigidum expellit calidum.

Lect. 3. Sanctus Tho. autem tantũ duas contrarietatis conditiones tangit: eas scilicet quę ad hoc vt in aliquo genere sit motus, sufficiunt. Prima est q̃ maxime distent sub eodem genere. Secunda q̃ ab vno extremo ad alterum continuæ perueniatur, & hoc est quando inter illa, est medium in quod oporteat prius peruenire id quod mouetur, quàm ad extremum. Propter defectum primæ cõditionis in genere numeri, non est cõtrarietas: quia licet detur minimus .2. dualitas: non tamen datur maximus: cum in infinitum in additione numerorũ procedatur, vt dictum est in tertio.

Tex. 62. Propter defectum etiam secundę, in ipsis numeris non est contrarietas: quia numerus constituitur per vnitatẽ quæ est indiuisibilis: et sic ab vna specie numeri ad aliam per motum continuum; peruenire non potest.

Quo in substantia é cõtrarietas. Dicitur ergo primo, q̃ in substantia est contrarietas communiter dicta: quę scilicet attenditur secundum excellentiam et defectum. In genere enim substantiæ sunt formæ diuersarum specierum: quarum vna est nobilior altera. Anima .n. intellectiua: anima bruti est nobilior: differuntq; secundum excellentiam & defectum: & ad hunc sensum locutus est philosophus. 10. Meta. Tex. co. 14. cum dixit q̃ omne genus per cõtrarias diuiditur differentias. Rationale enim & irrationale se habent sicut excellens & deficiens: & similiter alię differentię.

Dicitur secundo q̃ in genere substãtię, non est contrarietas proprię dicta: ita .s. q̃ vna substantia secundum propriam rationem suæ speciei opponatur contrarię alteri substantiæ. Probatur primo ratione Alberti. Proprie cõtraria habẽt quatuor cõditiones superius enumeratas: sed illæ non cõueniunt formis substantialibus per se, nõ agũt adinuicem, vna enim substãtia iuxta aliã substantiã posita ipsam non mutaret: nisi actiuę aliquę qualitates adesset. Secundo formæ substantiales sunt formæ simpliciter simplices: nec maior est in maiori et minor in minori, anima enim gigantis non est maior in homine paruo: cum indiuisibilis sit. Tertio non habent mediũ per quod fiat motus. Quarto propria expulsione non expellunt se: sed per qualitates in ipsis existentes: ergo &c.

Secundo arguitur ratione S. Thom. In quocumque est contrarietas, ibi sũt duę formę maximæ distãtes: inter quas sũt determinata media, per quę ab vno ad alterum continuæ peruenitur: sed in substantia non sunt duę formæ maximæ distantes, a quarum vna non perueniatur ad alteram: nisi ordinatim per media materia enim prima dum exuitur vna forma: indifferens est ad omnes formas: & indifferenter eas sine ordine recipere potest: ergo in substantia non est contrarietas.

Sed circa istam rationem dubium occurrit. Non enim videtur verum, q̃ materia prima dum exuitur vna forma: indifferenter omnem formam sine ordine recipere possit. Nam materia animalis dũ exuitur forma animalis, non potest immediate recipere: nisi formam cadaueris: neque formam herbę recipere potest: nisi prius cadaueris forma recepta. Similiter materia existens sub forma sanguinis, immediate animam intellectiuam recipere non potest: sed oportet q̃ prius formam viuẽtis, formamq; sensibilis recipiat: vt sic (ordine quodam) ad actum animę intellectiuæ perducat.

Forma substãtialis ẽ dã vt via & q̃dam gẽrationis terminus. Respõdetur quòd duplex est forma substantialis. Vna quę introducitur in materia: nõ quidem vt principalis terminus intẽtus; sed vt via ad aliam formam substantialem: ita q̃ materia sub illa forma non quiescit: sed dum habet eam, ad eius amissionem tendit: & de talibus verum est, q̃ materia (quodam ordine) eas recipit antequam ad formã perfectam perueniat: materia enim ex qua generatur homo, prius formam viuentis acquirit: tum illa habita, tendit ad formam sensibilis, & illa habita ad animam intellectiuam: & similiter dũ animal moritur: materia formam cadaueris suscipit & illa habita ad formas elementorum mouetur. Alia est forma substantialis quæ se habet vt vltimatus terminus mutationis: et quæ introducitur in materia vt materia sub ipsa quiescat: non autem vt ad vlteriorem formam moueatur, & de talibus philosophus in 2. de generatione loquitur, cum ait, quòd cum ex terra fit ignis: non oportet q̃ sit transitus per media elementa: & ad hunc sensum loquutus est etiam .S. Tho. Lect. 3.

Tex. 14. & seq.

Potest secundo & fortæ melius responderi: quòd de materia dupliciter loqui possumus. Vno modo quantum ad eius substantiam et potentialitatem absolute: Alio modo secundum quòd aliquibus dispositionibus est informata. Si primo modo consideretur, sic est ad omnem formam indifferens; potestque sine ordine vnamquamque recipere: sicut & indifferens est: vt ad illam vel illam formam disponatur. Si vero secundo modo consideretur; sic formas (quodam ordine) recipit: secundum scilicet quòd ordinate, ad diuersas disponitur formas: dum enim vnam formam amittit: illius formæ amissio, ad aliquam determinatam formam dispositio est. Sicut amissio animæ intellectiuæ, dispositio est ad humani cadaueris formam: & sic successiue de alijs secundum diuersas dispositiones in materia succedentes. Materia absolute cõsiderata é ad omnẽ formã indifferens: nõ aũt vt cõsideratur sub aliquibus dispositionibus.

Tertio arguitur ad conclusionem: & est etiam ratio Sancti Thomæ. In quocumque genere est contrarietas: oportet formas illius generis susciperе intensionem & remissionem: quia vt dictum est superius: oportet quòd ab una forma contraria possit ad aliam continue peruenire (quod non: nisi per intensionem vnius: & remissionem alterius esse potest) sed formæ substantiales non susciпiunt magis & minus, intensionem, & remissionem: cum esse earum in indiuisibili consistat: ergo in substantia non est contrarietas. Lect. 3.

Quantum ad secundum principale, supposito quòd hic accipitur motus, nõ vt idem est quòd mutatio sed vt est species mutationis, contra generationem & corruptionem distincta. Ponitur ista

Ad substantiam nõ est motus propriè dictus.

ista conclusio de mente philosophi. Ad substantiam non est motus. Probatur primo. In quocumque genere est motus: ibi est contrarietas, quia motus est de contrario in contrarium: sed in substantia nõ est contrarietas: ergo in substantia non est motus.

Aduertendum autem secundum sanctum Thomam, q̃ ista ratio non solum est probabilis, vt innuere videtur Cõmentator; sed est demonstratiua. Tam enim maior propositio, quàm minor est necessaria.

Tex. 8.

Secundo arguitur sic. In quocumq; genere est motus, subiectum formarũ illius est ens in actu: vt enim dicit philosophus, ens in potẽtia subiectum motus esse non potest: sed subiectum formarũ substantialiũ non est ens in actu: materia.n. prima quæ est earum subiectum est pura potentia: ergo &c.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum dicitur q̃ generatio dupliciter accipi potest. Vno modo pro instantanea formæ substantialis introductione: & tunc generatio non est motus: sed terminus motus. Alio modo pro ipsa instantanea introductione formæ simul cum alteratione prœuia; & tunc generatio ratione coniunctæ alterationis est motus: sed tunc negatur q̃ generatio sit motus ad substantiam, vt enim est motus non terminatur ad formam substantialem: sicut ad terminum intrinsecum, sed sicut ad terminũ extrinsecum & secundarium.

Tex. 7.

Sed contra hanc responsionem insta ri potest ex verbis Philosophi; ait .n. q̃ omnis mutatio est ex quoddã in quidam; vt ipsum nomen demonstrat, significat enim q̃ vnum est post aliud, et hoc quidem prius: illud uero posterius. Arguitur enim sic. Vbi vnũ est prius & alterum cum successione posterius, ibi est tempus. (tempus enim numerus est prioris & posterioris) sed in generatione est prius & posterius, quia secundum Arist. hoc est omni mutationi commune: ergo in generatione vt distinguitur cõtra motum est tempus: & sic non est generatio instantanea vt responsio dicit.

Prius & posterius in mutatione esse dupliciter intelligi potest.

Respondetur q̃ in mutatione esse vnũ post aliud: & prius & posterius dupliciter intelligi potest. Vno modo in terminis mutationis. Alio modo in ipsa mutatione: quasi uidelicet ipsa partes habeat: quarum vna sit prior et posterior. Si primo accipiatur, conceditur quidem q̃ in omni mutatione est prius & posterius: et hoc est ad mentem Philosophi. Nam in generatione materia prius est sub vna forma: postea sub alia. Sed falsum est vbicumque est prius & posterius hoc modo, ibi esse tempus scilicet ipsam mutationem mensurans. Si vero secundo modo intelligatur: sic falsum est in omni mutatione esse prius & posterius: nec sic intelligit philosophus: in generatione enim nõ est prius & posterius: quamuis in adiuncta illi alteratione inueniantur.

Ad secundum negatur minor: loquẽdo de contrarietate perfecta, de qua tãtum maior habet veritatem. Ad primam probationẽ dicitur iuxta ea quæ dicit S. Tho. 5. Phys. quòd omne quod L. 8. 1.
corrumpitur habet contrarietatẽ quãtum ad suas qualitates, quemodo ignis contrariatur ratione caliditatis suæ; quæ frigiditati aquæ contrariatur: non autem quantum ad suisubstantiam.

Ad secundam dicitur q̃ contrariorum effectuum sunt contrariæ causæ: aut secundum perfectam rationem contrarietatis: aut quantum ad eius rationem

tionem & radicem quæ est existentia & defectus; non autem contrariorum effectuum semper sunt contrariæ causæ secundum perfectam rationem contrarietatis: de qua intelligitur, cum dicimus in substantia contrarietatem non esse.

ADDI.

Circa rationem huius quæsiti. Sin substantia non est motus; quia non est contrarietas

2. de ortu et interitu. Tex. 7.

est aliquantulum considerandа opinio Alexan. asserentis qualitates elementorum, esse formas substantiales ipsorum, motus quia Arist. inuestigans principia corporis sensibilis ait q̃ prima materia, & primæ cõtrarietates sunt ex quibus cõstant vocata elementa: igitur primæ qualitates cum prima materia constituunt elementa.

Et confirmat, quia eodem libro quo supra voluit ignem esse contrarium aquæ q̃ non esset, nisi forma ignis esset caliditas & forma aquæ esset frigiditas: nam licet Arist. dixerit in prædicamentis substantiam non esse contrariam substantiæ, illud habet locum de substantia composita & non de substantia simplici sicut est elementum.

Præterea definitio substantiæ non datur per accidentia, sed in definitione ignis ponitur caliditas & siccitas, vt patet 2. de generatione; igitur primæ qualitates elemen

7. metaph. Tex. 17. Tex. 16.

torum sunt substantię.

Tertio illud per cuius ablationem aufertur substantia, est substantia rei, quia sicut illud quod ita se habet quod eo posito ponitur substantia rei illud est substantia, ita etiam quod ita se habet quod eo ablato aufertur substantia est substantia: eadem enim sunt principia in quę aliquid resoluitur & ex quibus componitur, sed ad ablationẽ caliditatis, aufertur substantia ignis, inquit Auerr. quòd ignis non inuenitur in actu nisi in fine caliditatis, contrarium tamen sentit D. Tho. 2. de anima, quia quod vere

3 cęli cõ. 67.

est nulli accidit, vt docet Philosophus, non potest esse etiam data licentia fingendi, q̃ illud qd est substantia uni, alteri sit accidens, cũ ergo caliditas in nobis sit accidẽs

4. phy. T. 27.

non potest in igne esse substantia; in his.n. quę vniuoce dicũtur impossibile est vnũ & idem respectu unius esse substantiam & respectu alterius esse accidens, dixi notabiliter de uniuoce dictis, quia in his quæ dicuntur equiuoce aut secundum prius & posterius, secus est, sicut scientia in Deo est substantia, in nobis autem est accidens, quia scientia dicitur de scientia Dei, æquiuoce vt vult Auerr. vel analogice, vt

12. metaph. Commen. 51 p.p.q.14.ar.1

docet D. Tho. sed caliditas in igne & in nobis est eiusdem rationis uniuoce, conueniunt enim in nomine & ratione: ergo caliditas non potest esse substantia in igne, & in nobis accidens, adde quòd rectus iudex de sensibilibus est sensus, & tactus nul

2. phy. Te. 52

lum discrimen ponit, inter caliditatem elementi & mixti, igitur &c. & quia substantia non componitur ex non substantijs, ideo elementa sunt composita ex materia,

1. de ortu & inter tex. 48.

& forma substantiali, caliditas, & id genus sunt qualitates, per quas elementa sunt actiua & passiua: quia actio est merito contrarietatis & quia ignis, vt ignis est, substantia dicitur, & substantia non habet contrarium; ideo Arist. dicit quòd ignis non agit vt ignis, sed ut calidus, & quia de ratione elementi videtur esse; quòd sit actiuum & passiuum.

In princip. 4. meteo.

Et sic soluendo rationes Alexan. dicimus ad primam quòd Arist. naturaliter considerans elementa dicit ea constitui ex materia prima, & ex primis contrarietatibus; quia ad naturalem non spectat considerare ipsa, ut sunt substantiæ cum substantia & accidens sint de primis differentijs entis inquantum ens vt ait Auer.

2. phy. cõ. 4. 2. de gener. tex. 49.

Ad secundam dico quòd Arist. dicit ignem esse contrarium aquæ, & aerem terræ vt contingit substantiam substantiæ contrariam esse, quòd ideo dixit quia contrarietas in substantijs, non est secundum esse substantiæ: sed secundum qualitates & passiones inuentas in eis.

Ad ultimam dicimus quòd illud ad cuius ablationem aufertur primo, & per se substan-

cia rei eſt ſubſtantia, ſed nego minorem, quia licet ad ablationem caliditatis auferatur ſubſtantia ignis, hoc non eſt primo & per ſe, ſed mediante forma ignis. quia ablata forma primo aufertur ignis, ablato riſibili aufertur homo, non tamen riſibile eſt ſubſtantia hominis ex quibus patet falſam eſſe opinionem Alexan. & quomodo in ſubſtantia eſt contrarietas, & quomodo motus.

Quæſtio tertia, Vtrum in ad aliquid ſit motus.

Motus quidem igitur, ſecundum quale: alteratio ſit, qui uero ſecundum quantum eſt: ſecundum commune quidem innominatus eſt. T.XVIII.



Veritur tertio. Vtrũ in ad aliquid ſit motus, et videtur quòd ſic. Nam dum aliquis mouetur ad albedinẽ: mouetur ad ſimilitudinem, cum ex eo q̃ acquirit albedinem, ſimilis alteri albo efficiatur, ſed ſimilitudo eſt in prædicamento ad aliquid: ergo in ad aliquid eſt motus.

Ad aliquam formã eſſe motũ, dupliciter põt intelligi, vno modo primo, & per ſe, alio modo ſecundario & quaſi p accidẽs.

Ad euidentiã iſtius difficultatis ſciẽdum, q̃ ad aliquam formam eſſe motum dupliciter poteſt intelligi. Vno modo primo & per ſe: alio modo ſecũdario & quaſi per accidens. Ad formam dicitur enim motus primo & per ſe, quando motus ſine tali forma intelligi non poteſt: eo quòd ab ipſa ſpeciem & denominationem accipiat: hoc modo albefactionem ad albedinem terminari dicimus, non poteſt enim intelligi albefactio: niſi ad albedinem terminata. Ad formam vero dicitur, eſſe motus ſecundario & per accidens quando illa primo & per ſe termino coniungitur: ſicut ſi aliquid primo ad ſubſtantiam tranſmutetur: ſecundario & per accidens ad quantitatem: & alia accidentia moueri dicitur. Ponuntur itaque duę concluſiones. Prima eſt.

Ad relationem non eſt primo et per ſe motus. Hanc probat Philoſophus, tali ratione. In quocũq; genere eſt motus nihil illius generis aduenit alicui abſq; ſui mutatione. ſed relatio aduenit alicui abſq; ſui mutatione. Aliquis .n. incipit de nouo eſſe æqualis alicui, non per ſolam mutationem: ſed per alterius mutationem inquantum illud accipit tantam quantitatem ſicut habet ipſe: ergo &c. maior probatur. Motus non aduenit alicui abſque illius mutatione; ſed forma quę acquiritur per motum non aduenit alicui ſine motu: ergo nõ aduenit ſine ſubiecti mutatione. Text. 18.

Circa minorem propoſitionem, monuet Sanctus Doctor dubium tale. Nullum ens reale aduenit alicui abſque ſui mutatione: ſed relatio prædicamentalis eſt ens reale: ergo non aduenit alicui abſque ſui mutatione.

Reſpondet autem & dicit primo, q̃ cum aliquis efficitur mihi æqualis me non mutato; iſta ęqualitas primo erat in me quodammodo ſicut in ſua radice, ex qua habet eſſe reale: nã ex hoc q̃ habeo talẽ quantitatẽ: cõpetit mihi q̃ ſim ęqualis omnibus illis q cãdẽ habẽt.

In expoſit. Tex. 10. Qũo illud dictũ d. Th. 5. phy. intelligẽdũ ſit. ſ. q̃ relatio aduenit alicui de nouo abſq; ſui mutatione ſecũdũ opinionẽ eorũ qui dicunt relationẽ diſtingui a fundamẽto quã ſecũdũ oppoſitũ dicebatur.

Dicit

Dicit ſecundo, q̃ cum aliquis de nouo accipit tantam quantitatem quãtã ego habeo: iſta communis radix æqualitatis determinatur ad iſtum: & ideo nihil aduenit mihi de nouo per hoc q̃ alteri per eius mutationem eſſe æqualis incipio.

Iſta reſponſio ſancti Thomæ aliter intelligenda eſt, ponendo quòd relatio à fundamento, non diſtinguatur: & aliter ponendo q̃ diſtinguatur a fundamẽto. Si enim primum teneatur de mente ſancti Thomę eſſe: licet relatio, & fundamentum ſint idem realiter: diſtinguuntur tamen ſecundum rationem: æqualitas enim, & quantitas ſunt quidem vna res: alia tamen eſt ratio, quantitatis: & alia eſt ratio æqualitatis, eadem enim res quę eſt quantitas, dicitur quantitas inquantum menſurat ſubſtãtiam in qua eſt: dicitur vero æqualitas inquantum per ipſam aliquis ad aliud habens ſimilem quantitatem refertur.

Notandum ſecundo, q̃ ſi relatio eſt idem realiter, quod fundamentum, realitas relationis principaliter ex fundamento ſumitur: nõ autem ex termino: ſi enim fundamentum eſt reale, ipſa relatio realis eſt: ideo dicit S. Tho. q̃ ex ſua radice id eſt ex ſuo fundamento relatio eſſe reale habet.

Notandũ tertio, q̃ quia eadem res inquantum menſurat ſubiectum, rationem quantitatis habet, relationis uero rationem vt per ipſam, ſubiectum refertur ad alterum: ſecundaq; ratio primam præſupponit: ideo non inconuenit ipſam rem habere prius rationem quãtitatis præciſæ; ſi non ſit aliud habens ſimilem quantitatem: deinde poſito altero extremo rationem relationis habere. Vult ergo dicere S. Tho. q̃ ſi aliquis efficiatur mihi æqualis, me nõ mutato: iſta æqualitas quodammodo erat in me, ſicut in ſua radice: ideſt ſecundum entitatem ſuam, erat in me ſub ratione ſcilicet, quantitatis: ſecundum quam rationem quantitas ſuiipſius eſt radix & fundamentum, vt rationem æqualitatis habet: non autem entitas iſta: tunc rationem æqualitatis habebat: ideo erat in me quodammodo & imperfecto modo; cum autem aliquis accipit eandem quantitatem, iſta communis radix determinatur ad iſtum: ideſt iſta quantitas quæ eſt entitas relationis, rationem relationis habere incipit: et ideo nihil aduenit mihi de nouo, per hoc q̃ incipio alteri eſſe æqualis: ideſt nulla entitas realis aduenit mihi, ſed entitas præexiſtens incipit rationẽ relationis habere. Vnde ad argumentum vult hoc modo ſanctus Thom. formaliter reſpondere. Cum enim dicitur nullum ens reale aduenit alicui abſque ſubiecti mutatione, dicitur quòd verũ eſt ſi aduenirent ſibi ſecundum entitatem ſuam: non autẽ ſi aduenirent ſibi ſecundum rationem tantum. i. q̃ ſolũ illa entitas in ipſo præexiſtens aliquã rationẽ habere incipiat, quam prius nõ habebat: nam poteſt aliqua res exiſtens in aliquo ſubiecto, incipere habere nouã rationem: atque ſecundum illã nouiter ſubiectũ abſq; ipſius mutatione denominare: & tũc conceditur cõcluſio ad iſtum ſenſum: q̃ relatio ſecundum entitatem ſuam, nulli abſq; eius mutatione aduenit. Nã æqualitas eſt illamet res, quæ eſt quãtitas: vnde ſicut quantitas ſubiecto ſine mutatione nõ aduenit: ita nec æqualitas; cum hoc autem ſtat, q̃ illa entitas rationẽ relationis accipere poteſt: nouitque ſubiectũ relatiue abſque eius mutatione denominare. Mens

Nullũ ens reale poſſe de nouo alicui aduenire ſine eius mutatione quo fit intelligendum.

Text. 10. quoque Philosophi est: nõ q̃ relatio secundum entitatem suam alicui absque eius mutatione aduenat: sed q̃ ipsa, subiectum absque illius mutatione de nouo denominare potest: verba enim

Expos. S. Th. philosophi sunt ista. Contingit enim altero mutante verum esse: alterum nihil mutans: quæ verba exponẽs S. Th. dicit. Sed contingit de nouo verum esse aliquid relatiue dici ad alterũ altero mutato: ipso tamen non mutato. Ex quibus patet S. Doctoris solutionem cõformem menti philosophi et expositioni suæ esse. Ratio ergo philosophi erit ista. In quocumque genere est motus: nihil illius generis denominat de nouo subiectum absque eius mutatione: sed relatio denominat subiectũ denouo sine eius mutatione: ergo in genere relationis non est motus.

Relatio duplex esse habet. Si autem alia opinio teneatur, quæ magis ad mentem S. Tho. esse videtur: Attendendum primo, q̃ relatio duplex esse habere potest. Vnum scilicet fundamẽtale & radicale, aliud vero actuale: fundamentale esse habet, quando in aliquo subiecto est ipsius fundamentum relationis. Sed nullus est in natura terminus ad quem referatur. Sicut vno tantum existente albo in ipso esse similitudo quantum ad radicem et fundamentum, ex quo nata est originari: non tamen habet esse actuale: cum non sit in natura aliquid; cui secundũ albedinẽ illud assimiletur. Actuale vero esse habet, quando secundum suam entitatem qua a fundamento distingui tur est in actu. Sicut quando duo corpora sint alba: in vtroque illorum est relatio similitudinis in actu, qua vnũ est alteri simile.

Differẽtia inter formam absolutã & relationem. Attendendum secundo q̃ differentia est inter formam absolutam & relationem, q̃ forma absoluta quę prius nõ inerat non aduenit alicui de nouo: nisi per nouam actionem qua aliquod ægẽs agendo in subiectum ipsum, de potẽtia ad actum transmutat: non enim aliquid fit de nouo actu calidum: nisi per actionem alicuius agentis, ipsum de potentia ad actum caliditatis reducentis: relatio autem quantum ad suum esse actuale aduenire alicui de nouo potest absq; hoc q̃ aliquod agens agat noua actione in subiectum, quod refertur in ipso: videlicet relationem producendo. Nã vno dumtaxat prius existente albo: et illo quidem in oriente. Si producatur aliud album in occidente; constat quòd agens producens album in occidente nulla sua actione attingit albũ in oriente existens: & tamẽ producto illo alio albo: album quod est in occidente, habet similitudinem in actu, ad illud quod est in oriente quam prius non habebat: ratio autem huius est quia relatio naturalis & necessaria resultantia: non autem per aliquam mediam actionem: quum primum correlatiuum positũ fuerit in actu, suum fundamentum sequitur: & ideo quum primum ponitur terminus relationis in actu, statim per naturalem quãdam resultantiam a fundamento, accipit relatio esse actuale: quæ existente fundamento propter defectũ termini, esse actuale nõ habebat. Sicut remota columna, cui superpositus erat lapis naturali resultantia a grauitate, sequitur motus deorsum, qui columna impediente prohibebatur. Sensus ergo responsionis S. Tho. est q̃ cum aliquis efficitur mihi æqualis (me non mutato) per productionem scilicet alterius, habentis tantam quãtitatem, quantã ego habeo: ista relatio æqualitatis habebat prius in me esse radicale & fundamentale

Sensus responsionis D. Th.

tale inquantum erat in me quantitas: ad quam naturaliter, & necessario nata erat æqualitas resultare: posito altero tantæ quantitatis: posito autem altero quanto ex ista radice resultat æqualitas in actu respectu istius, quę prius esse tantum radicale habebat: et ideo nihil aduenit de nouo, scilicet per nouam actionem alicuius in tale subiectũ agẽtis & ipsum transmutantis; licet enim de nouo aduenat relationis entitas, quantum ad esse suum actuale: non tamen per nouam aduenit actionem: secundum quam subiectum propriæ mutari dicatur.

Alia interpretatio. Potest etiam aliter accipi sensus huius responsionis in hoc non discendẽdo ab interpretatione alterius opinionis: sed tamen tenendo q̃ relatio a fundamento distinguatur: vt velit dicere S. Tho. non q̃ entitas relationis aduenit absque mutatione: sed q̃ entitas relationis præexistens in aliquo, potest de nouo ad aliquem partialem terminum determinari, absq; subiecti mutatione eo q̃ tunc nulla entitas de nouo recipiatur. Sed tantum entitas relationis præexistens de nouo, propter ipsius termini mutationem ad ipsum terminum determinationem accipiat. Secundum enim doctrinam S. Tho. per vnam relationem realem æqualitatis: quæ scilicet propter fundamenti vnitatem est vna realiter, aliqd ad omnia sibi æqualia refertur: unde illa relatio est vna secundum rem. Sed multiplex secũdum rationem: & ideo si aliquod aliud sibi æquale de nouo producatur: non aduenit sibi noua entitas relationis. Sed pexistens relatio, nouam rationem, nouamque determinationem accipit. Nõ dicebatur enim prius æquale huic: posticа vero illi dicitur æquale.

Duplex interpretatio. Similiter (ergo) modo mentem Aristo. dupliciter possumus interpretari. Primo ut velit q̃ aliquando præexistẽte fundamẽto relationis in aliquo subiecto, aduenit de nouo ipsa entitas relationis in actu, absque ipsius subiecti mutatione: quia scilicet non aduenit sibi per nouam actionem attingentem transmutantemque subiectum: sed per naturalem resultantiam ex fundamento: dum terminus relationis ponitur in actu: quod formis ad quas est motus non conuenit. Secundo vt velit: q̃ relatio est præexistens in aliquo subiecto, incipit de nouo ipsum subiectũ propria sibi denominatione denominare: in ordine scilicet ad aliquem terminum particularem; absq; hoc q̃ aliqua noua entitas subiecto adueniat: & ita absque subiecti mutatione aduenit: hoc autem nulli formę ad quam est primo & per se motus, conuenit.

Ex prima interpretatione ad istam propositionem. Nullum ens reale aduenit alicui, absque sui mutatione: respondere intendit S. Tho. q̃ habet veritatem tantum in eo: quod aduenit per nouam actionem attingẽtem subiectũ: non autem si per naturalem concomitantiam resultet; facta alterius transmutatione. Ex secunda vero interpretatione intendit respondere: q̃ vtique entitas realis relationis secundum suũ esse, non aduenit subiecto absque subiecti mutatione: sed bene secundũ quandam nouam rationem nouamque subiecti denominationem, absque mutatione potest aduenire: & ideo negatur quòd quandocumque aliquid incipit de nouo, ad aliud referri, sibi entitas relationis aduenit.

Attendendum tamen (sequendo primum sensum) q̃ si nomine mutationis veli-

velimus accipere receptionem cuiuſcumque entitatis de nouo, non inconueniret dicere ſubiectum aliquod mutari ex eo, q̃ entitatẽ relationis de nouo accipit; præexiſtente fundamẽto. Sed hoc non eſt propriẽ dictum ad intentionem philoſophi hoc loco: ipſe enim accipit mutationẽ pro motu & receptione formę ab aliquo, in ſubiectum nouiter agẽte; & ipſum de potentia ad actum reducente: conſtat enim, q̃ nullo in me agente de nouo: ſed tantũ in alio incipio alicui eſſe ęqualis: cui prius ęqualis nõ eram; licet poſito termino mihi per naturalem quandam reſultantiam adueniat complete & actualiter, ęqualitas, quæ prius fundamentaliter tãtum & radicaliter inerat. Quod autem nõ intendat negare ab ad aliquid mutationem ſed tantum motum: patet; tũ quia idẽ videtur dicere de ad aliquid quod de ſubſtantia dixerat (a ſubſtantia autem non negauerat mutationẽ: ſed dũtaxat motum) tum quia ſubiungens concludit. Quare ſecundum accidens motus horum eſt.

Ad relationẽ eſt motus ſecundario & per accidens.

Secunda concluſio eſt iſta. Ad relationem eſt motus ſecundario, & per accidens; patet iſta concluſio per rationem in oppoſitum. Ad eius tamen declarationem, ſciẽdum q̃ cum relatio ad fundamentum naturali concomitantia ſequatur, poſito termino in actu; oportet ſi ad fundamentum ſit motus primo & per ſe q̃ ad illam rem quæ eſt relatio motus ſit ſecundario et per aliud, & hoc non intendit negare Philoſophus. Sicut enim eadem actione producitur ſubſtantia rei, & omnes eius proprietates: eo quòd ſubſtantiam naturaliter concomitentur & neceſſario: ita cum relatio neceſſario ſuum fundamentum concomitetur: eadem actio quæ primo terminatur ad fundamentum: ſecundario ad relationem terminatur.

Ad argumentum in principio quæſtionis factum, patet ſolutio ex dictis.

ADDI.

De diſtinctione relationis, a fundamento: Vide Caiet. in p.p.D.Th. ſuper q. 28. in expoſitione 2.art. vbi ſubtiliſsime tractat quomodo relatio diſtinguitur a fundamento, & quomodo non: vide quoque Paulũ Soncinã, & Ioan. cap. 1. ſent. diſt. 30. q. 1. & Herue. 1. ſent. diſt. 30 q. 1. ar. 1. & Greg. Arim. 1. ſent. diſt. 28 q. 2. & omnes fere metaphyſ. diſputant de hoc quæſito 5. metaph. ſuper tex. 20. ſed cũ quæſitũ hoc ſit difficile, & prolixum, & cũ non poſsit eius reſolutio haberi niſi ſciatur multiplicitas diſtinctionum quæ apud Scotiſtas multę ſunt, ſiquidem ponunt aliqua diſtinguui diſtinctione rationis, vt genus, & ſpecies apud intellectũ, aliqua vero diſtinguntur ex natura rei, vt aial & ronale, aial. n. eſt genus, qd̃ ſe habet vt materia & differentia vt forma, vt patet ex porphyrio in prædicabilibus. c. de differentia, & ex Ariſt. 7. metaph. tex. 43.

1. metaphy. q. 28.

Diſtinctio rationis.

Diſtinctio ex natura rei.

Quædam diſtinguntur diſtinctione modali, vt finitum & infinitum neceſſarium, & contingens, actus, & potentia, intenſio, & remiſsio in formis ſiue ſubſtantialibus, ſiue accidentalibus; differentia individualis, & realitas.

Diſt. modalis.

Diſtinguntur etiam quædam alia diſtinctione formali, vt quæ diſtinguntur per priora, vt animal diſtinguitur ab homine.

Quędam diſtinguntur realiter, & ſunt illa quorum vnũ ſine altero exiſtere poteſt, vt efficiens & effectum quia nihil efficit ſe, producens & productũ, quia nihil producit ſe generans & genitum, quia nihil generat ſe, materia & forma, quia materia per diuinam potentiam poteſt eſſe ſine forma apud Scotiſtas.

Diſt. realis.

Aliqua diſtinguntur eſſentialiter, & eſt quando uni exiſtentię ſingulari plura accidentia coniunguntur ut albedo, & dulcedo in lacte, & rubedo, & amaritudo ſelle, hæc enim reperiuntur in eadem exiſtentia, ſunt tamen diuerſæ eſſentię.

Diſt. eſſentialis.

Quę-

Quædam diſtinguntur ſe toris ſubiectiuæ, quæ non conueniunt in aliquo toto potenti ut diuina ſuppoſita apud Scotiſtas dicuntur ſe totis ſubiectiue diſtincta, & ſic etiã oppoſita dicuntur ſe totis ſubiectiue diſtingui.

Diſt. ſe toris ſubiectiuæ.

Aliqua dicuntur diſtingui ſe toris obiectiue, & eſt quando aliqua extrema in nullo conceptu reali quidditatiue conueniunt vt ultimę differentiæ rerũ, de his diſtinctionibus, vide libellum de formalitatibus Scotiſtarum, & alium libellũ de formalitatibus ſecũdum Thomiſtas, & videbis quæ diſtinctiones ſunt acceptãdę a Thomiſtis & quæ reijciendę, vide etiã Alex. Achillinũ Bononienſem in quodam libello ſuo quẽ intitulat de diſtinctionibus, ubi etiam clariſsime inuenire potes quas diſtinctiones ponũt peripatetici & quas negãt, & quia quot modis dicitur unũ oppoſitorũ tot dicitur & reliquũ, ſicut dantur, multa q̃ dicuntur diſtingui, ita dãtur multa quę dicũtur idẽtificari vt patet in his quę dicuntur, diſtingui numero, ſpecie, & genere, & etiã dantur quędã quæ ſunt eadẽ numero, ut ſynomina. ſ. Marcus, Tullius, Cicero, eadẽ ſpẽ, ut Sor. & Plato, & eadẽ genere, ut homo & leo, uide Petrũ Hiſp. in prędicabilibus applica mõ qua diſtinctione diſtinguitur relatio a fũdamẽto, & ſic uidebis ſi ad aliqd eſt motus.

Petrus Hiſp. in præd.

Quæſtio quarta. Vtrum motus, ſpeciem a termino ad quem accipiat.

Quę autem in eadem ſpetie mutatio in magis & minus alteratio eſt: aut enim ex contrario, in contrariũ motus eſt: aut ſimpliciter, aut ſic. Tex. XIX.

Vęritur quarto, Vtrum motus ſpeciem a termino ad quẽ accipiat, & videtur q̃ non.

Primo ſi motus acciperet ſpeciẽ, a termino ad quẽ: ſequeretur omnes motus, qui ad eundẽ terminum terminantur eiuſdem ſpeciei eſſe: ſed hoc eſt falſum. Nam ad eundẽ poteſt terminum peruentri: & per motũ circularem & per motum rectum: & tamen motus rectus & circularis non ſunt eiuſdem rationis: ergo &c.

Secundo ſequeretur motũ violẽtũ, eſſe eiuſdẽ ſpeciei cum motu naturali: hoc aũt eſt manifeſtę falſum: ergo &c. Probatur conſequentia: Nã contingit ignem eodẽ modo deorſum per violentiã: ergo ſi motus accipiũt ſpeciẽ a termino ad quẽ, motus terrę deorſum qui eſt naturalis: & motus ignis deorſum qui eſt violentus; erunt eiuſdẽ ſpeciei.

Ad euidentiã iſtius difficultatis: primo declarabitur titulus quæſtionis. Secundo dicetur ad queſitum.

Aliunde ſumum ſuam differẽtiam ſubiectiue complete in ſpecie: & ẽi unde accidẽtia.

Quantũ ad primũ ſciendũ, q̃ iſta q̃ſtio duplicem ſenſum habere põt. Vnus eſt. An illa res quę eſt motus eiuſdẽ ſpeciei, ſit cũ termino motus: et de hoc nõ quæritur hic, in tertio. n. declaratũ eſt, q̃ motus eſt idẽ realiter q̃ terminus motus. Alius ſenſus eſt. Vtrũ motus ſm̃ q̃ rõne diſtinguit̃ a termino motus p̃ reſpectus (de qbus dictũ eſt i tertio) a termino ad quẽ ſpẽm habeat: et de hoc nũc q̃ritur. Quantũ ad ſecundũ ſciendũ primo: q̃ differẽtia eſt inter ſbam cõpletã in ſpẽ, & accidentia. Subſtantia. n. cõpleta cũ habeat eſſe non dependẽs ab alio ſubiectiue, habet ex ſe differẽtiã ſ. ab aliqua parte ſua eſſẽtiali, differẽtia eius ꝓpria ſumitur: ab aĩa. n. intellectiua, ſumitur iſta differẽtia hominis quæ dicitur rationale. Quia vero accidẽtia ſecundũ eſſe a ſubiecto dependẽt, ideo

diffe-

differentiæ essentiales accidentium secundum comparationem ad subiectum sumuntur; propter quod & subiectum loco differentiæ in eorum definitionibus collocatur, quando in abstracto definiuntur: sicut cum dicitur simitas est curuitas nasi.

Sciendum secundo, ꝙ terminus motus comparatur ad motum sicut forma eius. Nam semper perfectum comparatur ad imperfectum sicut actus: & perfectio eius, & maxime si imperfectum est uia ad perfectum ordinata: sicut & motus ad terminum motus ordinatur.

Nō est idem dare specie & differētiā alteri & esse specie & eius differentiam.

Sciendum tertio, ꝙ non est idem dare aliquid dare speciem alteri & esse speciem eius: neque est idem aliquid dare alteri differentiam: & eius differentiam esse. Forma enim lapidis, dat speciem lapidi: non tamē est species lapidis. Vnaquæque enim res est sua species: & differentiam sibi intrinsecam habet, per quam ab alia re distinguitur: cum hoc tamen stat, ꝙ aliquorum differentiæ intrinsece ab aliquo sumantur extrinseco: sicut licet simitas propriam habeat differentiam, ꝙ tamē habeat talem differentiam & speciem, est ex habitudine ad nasum.

Ponuntur ergo duæ conclusiones. Prima est & habetur a philosopho.

Tex. 31. Motus a termino ad ꝗm speciem accipit.

Motus a termino ad quem speciem accipit. Non quidem ad istum sensum, ꝙ terminus sit species ipsius motus, sed quia ꝙ motus sit talis speciei v.g. Albefactio aut calefactio habet: quia ad talem speciem terminatur.

Probatur primo vnumquodque accipit speciem a forma sua, siue ab eo quod locū formæ tenet (homo enim habet ꝙ sit homo ab anima rationali, & domus habet, quòd sit domus a forma domus) sed terminus motus comparatur ad motum sicut forma eius: ergo motus accipit speciē a termino motus.

Si dicatur ꝙ maior est vera de forma intrinseca: nō autem de forma extrinseca: modo terminus non est forma intrinseca, sed extrinseca, ideo ratio non sequitur.

Contra arguitur. Ab eo aliquid accipit speciem, quod in eius definitione sicut differentia ponitur, sine qua nullo modo res potest intelligi; sed forma extrinseca quę est terminus motus in definitione motus ponitur, sicut differētia & sine ipsa non potest intelligi motus. Si enim definiatur calefactio passiua, dicetur quòd est motus terminatus ad calorem: & non potest intelligi calefactio: nisi vt ad calorem terminata: ergo &c.

Secundo. Ab eodem aliquid habet speciem et denominationem: sed motus accipit denominationem a termino ad quem (dicitur enim albefactio, quia terminatur ad albedinem) ergo a termino ad quem speciem accipit.

Sed dubium occurrit. Nam id quod non est, rei existenti dare speciem non potest: sed existēte motu, terminus motus non est (existente enim calefactione nondum est caliditas secūdum quòd est terminus motus) ergo motui terminus motus, speciem dare non potest.

Respondetur quòd maior est falsa, quando existens ad non existens, tamquam ad suam perfectionem ordinatur: nam & potentia visus (posito ꝙ nulla esset pro nunc visio, & nullus esset color) haberet speciem ab actu & obiecto: non enim dicitur aliquid dare speciem alicui: quia sua existentia det illi speciem, sed quia illud ad ipsum ex sua natura ordinatur: ex qua ordinatione quod sit talis speciei habet.

Ad vnitatē specificam motus, non sufficit vnitas specifica termini ad quē; sed vnitas esse medij.

Secunda conclusio est. Ad vnitatē specificam motus, non sufficit vnitas specifica termini ad quem: sed requiritur etiam vnitas medij. Probatur per primum argumentum in oppositum. Motus. n. rectus & circularis, possūt ad vnū et eundē terminum terminari: & tñ non sunt eiusdem spēi: ergo &c.

Sed est dubium de alteratione. Si enim motus qui fiunt per media diuersa (non obstante vnitate termini) distinguuntur specie: sequitur ꝙ due dealbationes quarum vna fiat per rubeum et alia per palidum, distinguantur specie: sed hoc est contra id quod vult philosophus vbi vult ꝙ omnis dealbatio omni dealbationi, est eadem secundum speciem ergo &c.

Tex. 31.

Respondetur & dicitur primo ꝙ secundum mentem Auicenne vt recitat Alber. 5. Phisi. nigrum ad albū, multis viis peruenit: aliquando per viride glaucum, fuscum, & subalbum: aliqñ ꝙ vinosum, rubeū, & croceum: aliquā do per iacintinum, & lucens: & ideo tales dealbationes specie distinguūtur.

Tract. 3. c. 1.

Opinio Alberti.

Dicitur secundo secundum mentem Alber. ibidem: ꝙ duplex est medium. Vnum est in quo solo est motus: quia. s. in eo continue est mobile, dū est extra terminū a quo, et extra terminū ad quē sicut cū aliquid mouetur de nigro ad albū ꝙ viride glaucū, fuscū, & subalbū: hoc totū vide ꝙ fusciū glaucū, & subalbū, est vnū mediū in quo solo fit illa dealbatio: quia semper dū per illam trāsmutationē aliquid mouetur a nigro ad album, est sub illo medio: & de isto medio loquendo, motus qui fiunt per diuersa media distinguuntur specie: dealbatio .n. quæ fit per viride: glaucum, fuscum, & subalbum: distinguitur a dealbatione, quæ fit per iacintinum, & lucens. Aliud est medium in quo solo nō fit motus: quia in illo non est mobile a principio motus vsq; ad finem: sed in ipso est motus simul cum alio: sicut fuscum est medium in dealbatione: sed si mul cum viridi glauco, & subalbo: & de isto medio loquendo: nō oportet motus qui fiunt per diuersa media esse specifice distinctos: immo vnus & idem motus fit per plura hmōi media: vt dictum est de mente Auicenne.

Mediū motus est duplex. s. totale & partiale.

Posset ista distinctio clariori modo explicari: vt dicatur ꝙ duplex est medium motus. Vnum totale quod dicebatur medium in quo solo: & de isto medio dicitur ꝙ diuersa media diuersificant motus secundum speciem. Aliud est medium partiale quod dicebatur nō in quo solo, & diuersitas talium medio rum non diuersificat speciem.

Dicitur tertio ꝙ mens phil. est: dealbationem esse eandem secundum speciem omni dealbationi, quæ fit per idē medium; non autem simpliciter omni dealbationi: quod patet, quia de illo statim mouens dubitationem determinat: ꝙ si medium est aliud, et aliud secundū speciem, etiā motus specie distinguunt.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur ꝙ est pro secunda conclusione.

Ad secundum dicitur ꝙ motus violentus & naturalis diuersorum corporum motorum ad eundem locum sunt eiusdem speciei: licet motus naturalis & violentus vnius corporis secundum speciem sint diuersi: sed de hoc satis dictum est in Tertio.

Expliciunt Quæstiones in Librum Quintum Phisicorum.
Cum Addi. Aquarij.

Universidad de Deusto Biblioteca

ADDI.

Attende circa secundum argu. ꝙ violentum est cuius principium. est extra, passo non conferente vim.

3.cœli cõ. 20. Quia Auer. loquẽs de violentia ait, violentia in rei veritate est, vt aliquod corpus moueat alterum corpus ab extrinseco, ita ꝙ in natura illius corporis motoris, non sit vt moueat illud, quod ex eo mouetur semper: sed in aliqua hora, ex quo patet, ꝙ propositio Pomponatij non est uniuersaliter uera, ꝙ omne quod mouetur ab extrinseco, moueatur uiolenter; vnde allucinati sunt ponentes intelligentiam dare esse formaliter orbi, propter hoc argumentum, quod reputat Achilles: Arguunt enim ꝙ motus cœli, aut est ab intrinseco, & sic habetur intentum ꝙ intelligentia sit forma dans esse, aut ab extrinseco, & tunc motus illę est uiolentus, quia vt dicunt, omnis motus ab extrinseco est violentus.

1. de gener. & cor. tex. 7. 8. phy. cõ. 29 Sed videant quæso quam fundamentũ istorum sit fragile, siquidem non est uniuersaliter verum, ꝙ omne motum ab extrinseco, sit motum violenter, unde ad pauca respicientes de facili enunciant: patet enim de intentione philosophi, motum elementorum de potentia essentiali, & etiam accidentali, esse ab extrinseco, unde Auer. ait, motus elementorum, enumeratur inter motus qui fiunt ab extrinseco, quia talia non mouẽtur, ex se, nisi prius moueantur ab alijs, hinc Plato in phedro inuestigauit differentiam inter animata & inanimata, per hoc ꝙ animata in seipsis habent principiũ motus, & inanimata mouentur ab extrinseco, & in libro de legibus, ꝙ intrinsecè moueuetur hoc uiuere decimus, quod Arist. confirmare quoque uidetur.

2. de anã T. 13 Tex. 10. Et nota diligenter propositionem Ar. 7. phys. ꝙ motus uiolentus est ab extrinseco, & est aut pulsio, aut expulsio, aut uertigo, aut actractio, aut uectio, est uera de motore qui est corpus, ut limitat eam Themist,

8. phy. cõ. 79 Quicquid enim mouet, si est corpus, aut pellendo, aut trahendo, aut uehendo, aut torquendo mouet: immo etiam in motore corporeo, uniuersaliter nõ est uera, ut scribit Auer. quia motus ignis a cælo in propria sphęra, non est motus uiolentus, cum sit perpetuus, & tamen est a motore extrinseco. Si igitur in motoribus corporeis semper mouentibus, motus ab extrinseco non infert uiolentiam in motu de necessitate, multominus sequitur hoc in motoribus abstractis per suam naturam semper mouẽtibus: Intelligentia igitur ut est motor orbis, dicitur motor coniunctus & intrinsecus, ut autem habet existentiam non dependentem ab orbe nec inherentem orbi, sic dicitur principium extrinsecum & separatum.

3.cœli cõ. 20.

Quõ intelligentia moueat orbẽ. q. 70. ar. 3 in resp. ad 5. Vide D. Th. p. p. ubi declarat quomodo motus cœli est naturalis, & quomodo motus uoluntarius dicitur naturalis.

5 phy. q. 6. Vide etiam 3. contra gen. c. 23. ubi quæritur, quomodo cœlum mouetur ex aliqua intellectuali substantia, de quęsito principali, uide Albe. de Sax. asserentem unitatem specificam motus sumendam ex tribus esse simul, ita ut si unum deficiat, motus differant specie, nempe ex unitate termini ultimati ad quem, & termini a quo, & medij formalis. uide Mag. Cri. in hoc 5. q. 11. & Franciscum Tholetanum q. 3. & q. 4.

Expliciunt Quæstiones in Librum Quintum Physicorum.

Cum Addi. Aquarij.

INCI-

INCIPIVNT QVAESTIONES IN LIBRVM SEPTIMVM PHYSICORVM.

CVM ADDITTIONIBVS AQVARII.

Quæstio prima, Vtrum aliquid moueatur a se, primo.

Omne quod mouetur necesse est ab aliquo moueri, siquidem igitur, &c. Tex. I.



Circa Septimum Librum Physicorum, quęritur primo, Vtrũ aliquid moueatur a se primo, & videtur quòd sic.

Primo. Volũtas mouet seipsam ad actum volendi: ergo &c.

Secundo. Aqua calefacta reducit se ad frigiditatem, vt per experientiam patet: ergo &c.

Tertio. Subiectum causat in se suã propriam passionem: sicut' homo risibilitatem: ergo &c.

Respondeo. Primo declarabitur titulus quæstionis. Secundo dicetur ad quæsitum.

Quid sit aliquid moueri a seipso. *Sciendum itaque primo: ꝙ aliquid a se ipso moueri, est esse sibiipsi causam motus: sicut ignem esse calidũ a se, est esse sibi causam caloris. Vnde aliquid moueri a se: est idem eße mouẽs & motum respectu sui: dupliciter autem potest intelligi aliquid moueri a se. Vno modo ratione alicuius suæ partis: quia s. vna eius pars est mouens, ratione cuius totum denominatur mouens: altera vero mouetur, propter quod totum dicitur moueri: & sic animal seipsum mouet; quia diuiditur in duas partes: quarum vna est mouens, & altera est mota. Alio modo potest intelligi moueri a se, non ratione partis: sed secundũ ꝙ ipsum & primo, quando s. totũ per se ratione sui moueret: & idem ex se, & non propter motũ alicuius suæ partis a se moueretur. Non quærimus ergo de primo modo mouendi a se: quia satis constat animal moueri a se: sed de secundo modo in quo maior est difficultas.*

Scot. 1. sent. dist. 2. q. 10. ad secundũ & 1. dist. 3. q. 7. in respõs. argu. pro opinione secunda. *Quantum ad secundum. Primo ponetur opinio Scoti. Secundo quid veritatis falsitatisue habeat, ostẽdetur. Tertio ponetur positio S. Tho.*

Quantum ad primum. Scotus in responsione ad argumenta pro secunda opinione, videtur tenere idem aliquo modo posse moueri a seipso primo. Pro qua positione sciendum primo secundum ipsum, ꝙ hoc ꝙ dico primo, dupliciter accipi potest. Vno modo vt idẽ est ꝙ secundum totum, & opponitur ei quod est secundum partem: quomodo ipso vtitur philosophus in 5. physico. Alio modo vt dicit causalitatem præcisam. Differunt autem isti duo modi in proposito: quia si aliquid mouetur primo a se, primo modo, idest primitate totalitatis: oportet quòd quælibet pars

Tex. 1.

eius moueatur: et ideo si pars quiescat, oportet totū quod primo mouetur quiescere: si autē moueatur a se primo primitate causalitatis prēcise, non remouetur moueri a toto propter hoc ꝙ remoueatur a parte sua: sicut neq; a triāgulo remouetur habere tres angulos, quod sibi primo cōuenit, per hoc quod remouetur a parte eius, puta ab hoc triangulo vel ab illo.

Sciendum secundo, ꝙ de moueri (puta deorsum) possumus tripliciter loqui, vel scilicet de moueri deorsum in communi, quod conuenit graui in communi; vel de hoc moueri quod conuenit huic toti graui: vel de parte huius moueri, quod conuenit parti huius grauis.

Dicit ergo primo ꝙ mens Philosophi est, nihil posse moueri a seipso primo: illa duplici primitate. s. totalitatis & causalitatis præcise: quia includit contradictionem. ex quo enim mouetur primo primitate totalitatis; sequeretur ipsum quiescere ad quietem partis: ex eo autē ꝙ moueretur primo primitate causalitatis: sequeretur ipsum non quiescere ad quietem partis. Dicit secundo ꝙ bene secundum mentem philosophi potest aliquid moueri a se primo primitate totalitatis: graue.n. mouetur a se primo: quia secundum quālibet partem & mouet & mouetur; & cuilibet parti competit, licet nō primo sed in quantū est in toto mouere & moueri. Dicit tertio ꝙ sicut moueri deorsum in communi, inest primo graui in communi primitate causalitatis prēcise: ita hoc moueri totale, inest huic graui totali simili primitate: & hoc moueri partiale quod est pars huius moueri totalis inest parti huius grauis simili primitate. Dicit quarto ꝙ moueri vt est commune graui, & cuilibet parti eius, non inest illi primo primitate causalitatis: quia tunc non remoueretur a toto etiā si remoueretur a parte: quod tñ est falsum propter aliā primitatē cōcurrentē cū ista; si ista ponatur in subiecto homogeneo respectu passiōis homogeneę. Dicit quinto ꝙ graue hac motione sua totali, mouetur a se primo primitate causalitatis: vnde quamuis hęc totalis motio remoueatur a parte eius; non tamen remouetur a toto graui.

Quantum ad secundū, arguitur primo contra id quod secundo loco dicit. Si graue mouet̄ a se primo primitate totalis: ergo vtraq; primitate a se mouetur: sed simul vtraq; primitate aliquid moueri per primum eius dictum est impossibile: ergo &c. Probatur cō sequentia. Quod mouet seipsum est sibi causa motus: sed quod est sibi causa secundum totum ꝙ sit tale est primo tale primitate causalitatis: sicut quia ignis est sibi causa vt sit calidus; ideo est primo calidus & homo ē sibi causa vt sit risibilis, vt est de mēte Scot. ideo ē primo risibilis: ergo si aliquid mouet seipsum primo secundū totū: mouet ēt seipsum primo primitate causalitatis. 1. di. 3. q 7. ad argumenta cōtra primā opinionem.

Si dicatur ꝙ ignis est sibi causa vt sit calidus, & homo vt sit risibilis nō per realem mutationem: sed per quandam naturalem emanationem; nos autem loquimur de vera mutatione.

Cōtra quia licet alio modo ignis sit sibi causa caloris, et homo risibilitatis, quam graue sit causa motus. tamē per rationem communem propter quam ꝙ exemplis sunt adducta. vtriq; cōuenit esse primo tale causalitate præcisa: qa scilicet sunt sibi causa vt sint talia, ex hoc enim habet vnumquodque ꝙ sit tale primo; quia est sibi causa vt sit tale, dicitur.n. aliquid conuenire alicui primo hoc

mo hoc modo: quia conuenit illi secundum ꝙ ipsum & non per aliquid aliud. Si ergo aliquid aliud est sibi causa, vt sit tale erit primo tale.

Si dicatur ꝙ licet secundum illam communem rationem, qua aliquid est sibi causa vt sit tale, non repugnet graui vt primo moueatur illo modo: repugnat tamē sibi aliunde scilicet ratione alterius primitatis adiunctę.

Contra primo, quia nō loquimur hic de non repugnantia; sed de ipsa inexistentia rei. Si ergo aliquid est sibi realiter causa, vt moueatur secundum se totum: ergo realiter erit primo mouēs seipsum causaliter.

Secundo quia primus modus primitatis infert secundum: ergo secundus non habet tollere conditionem realem primi: antecedens patet ex rationibus terminorum, dicitur enim aliquid esse sibi causa secundum totalitatem ꝙ sit tale; quia totum hoc habet ex se & nō ab aliqua parte cui per prius cōueniat, simili modo dicitur aliquid esse primo tale causalitate prēcisa, quia est secundum seipsum tale, & non per aliquid
Te. com. 11. aliud, vt patet ex. 1. Poste. consequētia etiam patet. Primus modus primitatis, non impedit illud cuius est causa; si ergo est causa secundi modi sequitur ꝙ ipsum non impediat.

Contra tertium dictum arguitur ꝙbando, ꝙ non possit motus partis conuenire parti a se primo. si enim sic esset nō posset moueri pars illo suo motu nō moto: sed hoc est impossibile: tū quia pars continui secundum mentem Phil.
Te. com. 8. 5. Metha. non potest motu locali moueri, nō moto toto (continuum enim est cuius motus est vnus) tum etiam quia in secundo dicto tenetur ꝙ mouere & moueri non conuenit partibus nisi secū dum ꝙ sunt in toto. Probatur autem consequentia. Quod conuenit alicui primo, non remouetur ab eo propter remotionem illius ab aliquo alio; vt ex superius dictis apparet, ergo si aliquod moueri conuenit parti primo non remouebitur ab ea quia remoueatur a toto: ergo potcrit moueri non moto toto.

Si dicatur ꝙ illa propositio non est vera nisi vbi tale subiectū habet subiectum prius & passio passionem priorē: quoniam tunc oportet passionem posteriorem remoueri a posteriori subiecto, remota priori passione a priori subiecto, sicut accidit in proposito.

Contra per te motiones partium sūt quodammodo priores motione totali: ex quo inquis ꝙ motio totalis remouetur a toto, remotis partialibus motionibus a partibus: ergo motio totalis nō est prior motione partis &c.

Tertio arguitur ꝙ quartum & quintum dictum, inter se repugnantiam habeant: & supponitur primo, ꝙ moueri non est commune toti & parti: nisi quia partes motus cōueniunt partibus mobilis: sicut & albedo non est communis secundum quantitatem extensiuam toti ligno & partibus, nisi quia tota conuenit toti et partes partibus; supponitur secundo, ꝙ moueri partiale ꝙ primo conuenit parti, est pars moueri totalis, quod primo conuenit toti; istud est expresse a Scoto ibidem positum.

Tūc sic graue mouetur a se primo, primitate causalitatis prēcise: motione sua totali per quintum dictum: ergo moueri quod est commune sibi & partibus; inest sibi primo primitate causalitatis: quod est oppositū quarti dicti. Probatur consequētia: quia motio totalis, est cōis toti & partibus. Probatur assumptū. Nihil aliud est aliquid con-

uere

uenire toti & parti (in his quæ quantitatẽ extensiuã important) quàm totum conuenire toti & partes partibus: sed motio totalis conuenit toti, & partes huius motionis cõueniunt partibus mobilis (cum per secũdum suppositum motiones partium sint partes motionis totalis) ergo &c. Ista igitur positio non solum non est ad mentem philosophi: sed nec etiam possibilis est, quamuis sit subtilis.

Nihil mouetur a seipso primo neq; primitate causalitatis, neq; primitate totalitatis. Tex. com. 1. & lect. 1.

Quantum ad tertium principale: ponitur hæc conclusio de mente Philosophi Commen. & S. Tho. Nihil mouetur a seipso primo, neque primitate totalitatis, neque primitate causalitatis: quam concludendo philosophus inquit. Non ergo mouetur per se, a, b, sed cõcessum est per seipsum moueri primum &c. Hanc conclusionem probat philosophus, supponendo duo: quorum vnum est q̃ id quod mouetur a seipso, non quiescit per quietem cuiuscumque alterius mobilis ex quo sequitur ex opposito prædicati, oppositum subiecti inferendo; si aliquid quiescit ad quietem alterius q̃ non mouetur a seipso. Secũdum est q̃ omne quod mouetur, est diuisibile, vt probatum est in Sexto, sit igitur mobile, a, b, quod tu dicis moueri ex se primo. Item ex quo est diuisibile: diuidatur in duas partes: tunc arguitur sic. Aut quiescente vna parte, a, b, quiescit totum a, b, aut non: si non tunc mouebitur solum per partem; ex quo ponitur q̃ vna pars eius quiescat: sed supposituꝫ est, q̃ moueatur per se primo, & non per partem: ergo id non potest dari: si quiescente vna parte, quiescit totum, tunc sic. Quod quiescit ad quietem alterius, non mouetur a se primo: sed p te a, b, quiescit quiescẽte parte: ergo non mouetur a se. sed ab alio.

Tex. 1.

Tex. com. 31.

Circa istam rationem philosophi occurrunt dubia. Primum est quia suppositum non videtur esse uerum, secundũ q̃ assumitur ad propositum. Dicebatur enim q̃ id quod quiescit ad quietẽ alterius mouentis, non mouetur a se: sed bene id quod quiescit ad quietem partis; potest a se moueri: pars autem non mouet totum; sed est materia totius; vnde q̃ totum quiescat quiescente parte, nõ arguit q̃ totum moueatur ab alio: sed q̃ motus totius, non possit esse sine motibus partium: sicut nihil potest esse sine sua materia.

Secũdum dubium est: quia videtur philosophus in sua ratione assumere impossibile. s. q̃ totius mouẽtis seipsum primo; vna pars possit quiescere: de ratione enim eius q̃ mouetur primo est: q̃ quælibet pars eius moueatur, vt habetur ex 7. Physico. vnde impossibile est partem eius quiescere. Tex. com. 2.

Tertium dubium est, quia in ratione philosophi videtur esse petitio principij. Nam ex eo quod est partem quiescere, demonstratur totum non per se moueri: illud autem est quod intenditur. Nam supponens partem quiescere hoc ipso supponit, neque totum per se & primo moueri.

Quartum dubium est. Vtrum ista sit demonstratio propter quid, an demonstratio quia.

Ad primum dubium respondetur et dicitur primo de mẽte Commen. q̃ ista propositio est intelligenda sic. Id quod quiescit s. per se & non per accidens ad quietem alterius non mouetur a se: posito enim q̃ lapis moueret sẽ deorsum: posset tamen quiescere ad quietẽ lapidis molaris sibi occurrenti: & sustineri per violentiam detenti, sed hoc esset per accidens. Comm. 2.

Dici-

Dicitur secundo q̃ non solum arguitur aliquid nõ moueri a se primo: quia quiescat ad quietem alicuius mouentis; sed etiam si quiescat ad quietẽ partis: quia posito quòd aliquid moueat se primo, etiam si pars quiesceret, posset reliqua pars moueri motu totius, vt dicit Albert. 7. Phys. ideo si quiescente parte, totum quiescit, illud arguit totũ ab alio moueri. Tract. 1. ca. 1.

Ad secundum respondet Alex. q̃ illa suppositio non est impossibilis: eius scilicet quod primo & per se mouetur, partem quiescere. Illa enim sola in suppositione sunt impossibilia: quę se mutuo excludunt; sicut per petras nauigare: hæc autem non mutuo se excludũt, aliquid moueri primo & per se: & aliquam eius partem quiescere. Alex. resp6.

Sed immo inquit Simplicius hęc suppositio est talis. Nam si quod est primo & per se motum, ipsum totum mouetur: & non quia aliqua eius pars sit mota; quomodo cũ eo quod est esse primo & per se motum, stare potest partem eius moueri & partem quiescere. Simpl. resp.

Ideo aliter secundum mentem Simplicij Auerrois & S. Tho. respondetur & dicitur primo q̃ philosophus in expositi. tex. 2. non vtitur illa propositione cathegorica absolute. s. pars mouentis seipsum quiescit: quia illa est impossibilis: id enim quod primo mouetur, secundum omnes partes suas mouetur: vnde implicat cõtradictionem, aliquid primo moueri, et aliquã eius partem quiescere: sed vtitur ista conditionali, si pars mouentis seipsum quiescit, totum quiescit. Dicitur secundo q̃ cũ in conditionali sit antecedens & consequens: & habitudo consequentis ad antecedens; non inconuenit antecedens, & consequens esse impossibilia; & tamen habitudinem consequentis ad antecedens esse necessariam: eo q̃ consequens includatur in antecedente: vnde potest esse conditionalis vera & necessaria: cuius antecedẽs & consequẽs est impossibile: sicut ista, si homo est equus est irrationalis: licet ergo ista propositio sit impossibilis alicuius mouentis seipsum primo aliqua pars quiescit; ista tamen conditionalis est vera. Si alicuius mouẽtis seipsũ primo pars quiescit, totum quiescit: cuius etiam consequens est impossibile: quia id quod mouetur a seipso, non potest quiescere, neque secundum totum, neq; secundum partem; sicut nec ignis potest non esse calidus: quia est sibiipsi causa caloris. Auerro. Simpli. & S. Th. respon. In exposi. 2.

Licet autem prædicta responsio ex Simplicio quoque haberi possit; ipsæ tamen aliam responsionem addit. Dicitq; duo. Primum est, q̃ apud Arist. causa quare parte quiescente, totum quiescit est, ipsum mobile esse diuisibile. Vultq; hanc esse Aristo rationẽ ex seipso, motum non quiescit totum, parte quiescẽte, quia tale non habet partem, sed per se & primo motum diuisibile existens totum quiescit parte quiescente: ergo per se & primo motum diuisibile existens non mouetur a se: quod idem est q̃ mouetur ab alio. Pro declaratione autem rationis notat, q̃ si aliquid ex seipso totum moueretur, esset q; ipsum mouens & motum, oportet totum sibiipsi adaptari & impartibile esse & sẽper moueri: quia numquam a seipso deficeret. Sed si fit diuisibile quoniam totum sibiipsi non adaptatur: non simul sunt vbique mouens & motum: immo nullibi in eodẽ: ideo accipi potest pars quędam quiescens, & per quietẽ partis totum quiescere. Dicit secundo quòd non est impossibile per se & primo Notandum primum.

mo

mo, motum supponere partem quiescere. Supponitur enim ipsum diuisibile quidem esse: nondum autem diuisum, diuisibile autem supponere diuisum ẽt non est impossibile: & consequẽter supponere partem eius non moueri: separatam scilicet a toto: non est impossibile ad quod ex ratione Arist. Sequitur totum non per se moueri: quod tamen per se moueri & primo supponebatur.

Ad tertium dubium respondet Simplicius primam responsionem sequẽdo. Dicitq; , ꝙ nõ petitur principium: assumitur enim a, b, quousq; diuisibile fuerit, nondum autem diuisum: per se & primo moueri: sed ipso diuiso, parte quiescente demõstratur totum quiescere, tanquam non per se primo amplius motum facta diuisione.

Potest etiam responderi conformiter ad ea quę dicta sunt de mẽte S. Tho. ꝙ nulla est petitio principij: quia Philosophus non vtitur illa consequẽtia. Totius p se primo moti pars quiescit: ergo totum non per se primo mouetur. Sed ista conditionali assumpta; Si alicuius mouentis seipsum primo pars quiescit, totum quiescit, subsumit; quod autem quiescit ad quietem alterius non mouetur a se primo: ergo id quod moueri ponebatur a se primo, non mouetur a se primo.

Si demõstratio Ari. fuit propter quid: aut quia. Comm. 2.

Ad quartum aliter dicendum est secundum mentem Comment. & aliter secundum mentem S. Tho. Vult enim Comment. ꝙ demonstratio a philosopho inducta est de genere demonstrationum quia: non autem demonstratio simpliciter: quæ est demonstratio propter quid. Sed S. Tho. vult ipsã esse demõstrationẽ propter quid, hanc rationem assignans. Demonstratio procedens per causam, est demõstratio ꝙpter quid: sed ista demonstratio procedit per causam: ergo est demonstratio propter quid.

Quod mouet seipsum est sibi causa motus.

Ad euidentiam minoris propositionis notat primo ꝙ id quod mouet seipsum est sibi causa motus: omne autem tale est primũ motum: sicut quia ignis est sibi causa caloris: ideo est primum calidum. Notat secundo ꝙ in motu nõ datur primum: neque ex parte motus, neq; ex parte temporis, neq; ex parte mobilis: ex quo sequitur non posse inueniri primum motum, cuius motus non dependeat a motu partium: causa ergo quare nihil mouet seipsum est, qa non potest esse primum mobile; cuius motus non dependeat a partibus: ex illo enim sequitur veritas illius propositionis minoris assumpte a philosopho, scilicet si pars quiescit, totum quiescit causa enim quare quiescẽte parte, quiescit totum est: quia motus totius dependet a motibus partium, & totum non est primum motum.

Sed dicunt quidam ꝙ S. Tho. male impugnat Commen. Quamuis enim illa demonstratio quam vult adducere S. Thom. esset per causam: tamen illa demonstratione nõ vtitur philosophus, non enim vtitur philosophus isto medio: ꝙ nullum possit esse primum mobile, aut ꝙ motus totius dependeat a motibus partium.

Sed ad hoc respondetur, ꝙ licet philosophus non vtatur explicite illo medio; vtitur tamen eo implicite. Nam ipsum est causa veritatis minoris assũpte a philosopho: vnde pro vna tota demonstratione accipiuntur; & illa q̃ expressit philosophus est probatio minoris: demonstratio enim resoluit ad primam causam; vnde in minori includitur causa conclusionis. Demonstrabitur

bitur ergo conclusio sic. Quod quiescit aliquo alio quiescente, non mouetur ex se: sed si pars alicuius mouentis se, secundum tuam positionẽ quiescat, totum quiescit: ergo illud quod tu ponis moueri ex se, non mouetur ex se. Probatur minor. Id cuius motus dependet ex motibus partium, quiescit parte quiescente: sed motus totius dependet ex motibus partium: ergo &c. Et sic impugnatio quam facit S. Tho. habet efficaciam.

Duplex dubitatio.

Sed tunc duplex occurrit dubium. Primum est. Si ideo totum non mouetur a se: quia non datur primum motum; sequitur ꝙ nec ab alio aliquid moueatur primo: cuiuslibet n. totius motus dependebit ex partibus.

Secundum est. Sicut vnumquodq; se habet ad esse, ita ad moueri (cum nihil localiter moueatur nisi sit in actu) sed partes in toto non habent esse primo (sed ipsis conuenit esse per esse totius) ergo ipsis non conuenit moueri nisi quia totum mouetur: non ergo totum mouetur quia partes mouentur: sed econuerso.

Pro solutione primi sciendum primo ꝙ aliquod totum primo moueri potest dupliciter intelligi. Vno modo primitate temporis, alio modo primitate causalitatis, dicitur aliquid primo moueri primitate temporis; quia nihil ipsius prius tempore mouetur quam ipsum totum, prioritate autem causalitatis dicitur aliquid primo moueri; cuius moueri a nullo alio moueri dependet, hoc autem dupliciter potest intelligi. s. aut in genere causæ formalis; aut in genere causæ materialis.

Moueri primo primitate temporis, dupliciter

Sciendum secundo ꝙ moueri primo primitate temporis, potest dupliciter intelligi. Vno modo absolute & simpliciter, alio modo per comparationẽ ad aliquod signum magnitudinis; super quam fit motus. Dicitur ergo primo ꝙ aliquod motum potest primo ab alio moueri, primitate temporis absolute, potest enim aliquod totum simul secũdum omnes suas partes moueri, ita ꝙ vna non prius tẽpore alia moueatur. Dicitur secundo ꝙ nullum corpus potest moueri primo primitate temporis, per comparationem ad aliquod signũ magnitudinis. Probat enim philosophus 6. Phy. ꝙ non datur prima pars Tex. 50. *mobilis, quę determinatum signum magnitudinis pertranseat, sed quacunq; parte data, aliam prius tempore pertransiuit. Ad hunc sensum loquitur* Lect. 2. *hoc loco S. D. inquiens, ꝙ non datur primum motum, & sic dicitur nullum in conuenientes esse, ꝙ nihil neq; a se, neq; ab alio, moueatur primo. Dicitur tertio ꝙ bene potest aliquid moueri primo primitate causalitatis formalis: quia s. sibi primo, & secundum ꝙ ipsum conueniet motus; non autem per aliquid cui per prius conueniat. Dicitur quarto, ꝙ nihil mouetur primo primitate causalitatis; ita ꝙ motus eius in nullo genere causę dependeat a motu alterius; sicut enim totum dependet a partibus in genere causæ materialis, et remotis partibus non remanet totum, ita motus totius a motibus partium in genere causę materialis dependet, & remotis partium motibus, non erit motus totius, & quia si aliquid moueat se ipsum, ita ꝙ totum moueat totum, tũc oportet ꝙ totum moueatur a se primo, primitate causalitatis, vt deductum ẽ contra Sco. ita ꝙ per remotionem motus a parte; non remoueatur motus a toto, cum ipsum sibi sit causa motus, ideo Philosophus concludit, ꝙ nihil*

potest intelligi, simpliciter & per comparationem.

Contra Sco.

mouetur à se primo.

Quomodo partes dicũtur habere esse.

Ad dubium dicitur, q licet partes non habeant esse nisi per esse totius formaliter, sunt tamen causa totius in genere causæ materialis, & vt sic, sunt priores toto; simili modo partes motus secundum q absolute diuiduntur, ad diuisionem mobilis, licet formaliter dependeant a toto motu; sunt tamen causa eius materialiter, & vt sic toto motu priores, ideo illis remotis, oportet motum totius remoueri. Dicitur secũdo, q licet moueri simpliciter & absolute, conueniat rei secundum q habet esse, tamen habere ordinem in motu, respectu alicuius signi in magnitudine, ita scilicet q prius aut posterius illud signum pertranseat, conuenit partibus ex situ & ordine, quẽ habent in toto, ista enim pars, prior, trãsit hoc signũ: quia est prior in toto; conuenit autem toti, quia partes successiue pertranseunt, vnde iste motus secundum q successionem habet, toti ex partibus conuenit.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum dicitur q voluntas non secundum idem mouet, & mouetur; secundum enim doctrinã S. Docto. voluntas quãtum ad primum actũ volendi mouetur a Deo, ex illo deinde actu, mouet se ad alios, ita quod mouẽs est voluntas simul cum illo actu, quod autem mouetur est sola voluntas. 12. q. 9. art. 4. Cor.

Ad secundum dicitur q aqua non mouet se ad frigiditatem, tanquã principale agens, sed reducens eam ad frigiditatem est generans: quo autem illud operatur est forma aque; vt dicetur de grauibus & leuibus in octauo.

Ad tertium dicitur, q licet subiectũ aliquo modo effectiue se habeat ad passionem, hoc tamẽ non est per transmutationem mediam, sed per quandam naturalem sequelam; vnde non est contra propositum &c.

ADDI.

Opinio Plat. Nota q de ista disputatione, Plato vbiq; voluit, non omne posse a seipso moueri, sed simplex dumtaxat: compositum vero, ab altero moueri opinatur: propterea ait simplex in hoc a compositis entibus differre, q composita mouentur per alterum quod dam, at simplex per seipsum mouetur, & hac ratione asserit Deum, & Animam esse numeros sese mouentes.

Motus est autem Plato non ab re, videbat enim composita entia moueri participatione ab altero, omne autem quod mouetur ab altero participatione illius motus redu citur ad aliquod tale, quod per essentiam mouetur, igitur illud simplex a quo compositum mouetur oportet vt per essentiam moueatur.

Iamblicus. Ampl us Iamblicus comprobauit hoc ex illo medio omne quod fit ab vniuoco profici scitur; quare cum ipsum compositum moueatur a simplici, oportet vt simplex quoque moueatur, aliter motum & mouens non vn uoce conuenirent.

Arg. Ar. cõt. Plat. Lib. 8. super gen. ad liter. c. 20. Sed contra Plat. obicit Ar. q si idem simplex seipsum moueret, tunc idem esset mouẽs & motum q est imp. eo quia omne quod mouetur ab alio mouetur, sed quomodo saluari potest Diuinus Plat. vide D. Aug. & D. Tho. primo sent. dist. 8. q. 3. art. 1. & p. p. q. 9. vbi exponitur dictum Aug. Spiritus creator, mouet se nec per tempus, nec per locum.

In resp. ad 2. arg. nota doctrinam Caie. in p. p. D. Tho. q. 54. in exp. 3. ar. vbi disputat cum Scoto si substantia est imediatum principium operationis & tradit pulcherrimam doctrinam quomodo aqua reducit se ad frigiditatem, ex qua poteris colligere solutionem illius q. num terra sit frigidior aqua vt nonnulli voluerunt & vtere arg. Auer.

Solutio illius que num terra sit frigidior aqua. Auer. quia elementum primo sibi determinans qualitatem, non habet remissiorem eam, quam elementum illam sibi secundo determinans: sed aqua sibi primo determinat frigiditatem, terra vero secundario est enim forma aquę radix & origo frigiditatis, neq; valet terra est densior, & sui frigiditas actiuior, aut sensibilior est: igitur eius frigiditas est intensior quia forte plus mouet in terra propter densitatem materiæ quã in aqua propter gradus intensionem similiter differentię aquæ sunt magis sensibiles quam differentiæ aeris, sed quia apud Arist. frigidius vno modo dicitur quod magis impressiuum est in sensum, quam alterum ideo concedi potest terram, esse frigidiorem aqua, sed tunc non valet consequentia hoc est frigidius: ergo hoc habet frigiditatem intensioris gradus, contra sequitur in aere esse sensibiliorem caliditatem quam in igne, & sic non in medio esse minorẽ sensibilitatem quia minus rarus est aer igne.

Resp. siccitas quæ est lima caloris magis exacuit caliditatem ignis, quam densitas fortificet caliditatem in igne, ideo fortius actiuum est ignis, similiter siccitas acutiorem facit frigiditatem in terra, quam sit in aqua, humiditas autem aeris calorem eius obtũnit, quemadmodum humiditas aque frigiditatem aque obtũnit.

Contra Scotistas nũ. pria passio distiguatur a suo subiecto. Nota etiam in resp. ad 3. arg. quomodo subiectum causat propriam passionem, contra Scotistas tenentes subiectum id entificari cum sua passione, habes de hoc, disp. maximam vt ostendimus in quæst. nostris Metaphy. contra Ant. Andr. 4. Metaph. Siquidem tenemus in doctrina D. Tho. omnem propriam passionem distingui secundum rem ab eius subiecto, quia res diuersorum prędicamentorum distinguntur secũdum rem, quoniam decem prædicamenta secundum peripateticos, sunt decẽ rerum genera sed subiectum & propria passio in diuersis collocantur prędicamentis, vel saltim non sunt in vno prædicamento perse: igitur realiter distinguntur.

Præterea omnis causa distinguitur realiter ab eius effectu, sed subiectum est causa, vel effectris, vel materialis suæ proprię passionis: igitur distinguitur realiter ab eius propria passione.

Tertio quecunq; distinguntur præter operationem intellectus distinguntur realiter, sed subiectum & propria passio distinguntur distinctione præter actũ intellectus igitur realiter, maior declaratur, quia quæ distinguntur distinctione præter operationẽ intellectus aliquo distinguntur, aut igitur aliquo reali, vel aliquo intentionali non aliquo intentionali, quia sic non præter operationem intellectus: igitur aliquo reali, sed omne reale est res: igitur quecumq; distinguntur distinctione præter operationẽ intellectus re reali distinguntur.

Duplex est passio vera, vt risibilitas & modalis, vt vnum respectu entis prima distinguitur a subiecto non secunda. Quarto quæcumq; distinguntur formalitate, & realitate, distinguntur re reali, sed per Scotistas, subiectũ & propria passio distinguntur formalitate, & realitate: igitur re reali; maior patet: quia quę distinguitur in ratione superiori, distinguntur in ratione inferiori, sed res est inferior, ad formalitatem, & realitatem apud eos, quia formalitas secundum eos est omne, quod est extra nihil, plures alias rationes adduximus quas videre potes si placet, vbi supra.

Quæstio secunda. Vtrum ex omnibus mobilibus, possit fieri vnum continuum.

Primum autem mouens non sicut quod cuius causa: sed unde est principium motus est simul cũ eo quod mouetur, simul autem dico quia nihil ipsorum medium est. Tex. IX.



Væritur Secundo. Vtrum ex omnibus mobilibus possit fieri vnum continuum, & videtur q̃ non. Corruptibile & incorruptibile non possunt adinuicem cõtinuari, sed aliqua mobilia sunt corruptibilia, vt satis patet; aliqua vero incorruptibilia, vt sunt corpora celestia: ergo non ex omnibus mobilibus potest fieri vnum.

Lect. 2. Cũ aliquid demonstratur de specie omne illud accipitur vt impossibile, cui repugnat genus vel differentia speciei.

Ad istud dubium respondet S. Tho. & dicit tria. Primum est q̃ cum aliquid demonstratur de specie, omne illud accipitur vt impossibile cui repugnat genus, vel differentia speciei: ex quibus ratio speciei constituitur; sicut hominem esse insensibilem, est impossibile; quia ei repugnat genus hominis quod est animal, & similiter hominẽ esse asinum: quia ei repugnat differentia ipsius, quæ est ratio.

Secundum est, q̃ cum agitur de genere, accipitur vt contingens & possibile, omne illud cui ratio generis non repugnat, licet ei repugnet ratio differentiæ constitutiue alicuius speciei ipsius; sicut omne animal esse alatum accipitur vt possibile: quia huic ratio animalis non repugnat, licet si descenderetur ad hominem, impossibile esset hoc animal alatum esse.

Tertium est q̃ Aristo. hic loquitur de mobilibus & mouentibus in communi; non descendendo ad determinata mobilia, vnde quia esse continuum, nõ repugnat rationi mouentis & mobilis in communi: ideo omnia mobilia esse continua, accipit vt contingens, quod tamen est impossibile si mobilia considerentur secundum determinatas & specificas naturas.

Sed contra istam determinationem S. D. instant quidam dupliciter. Primo quia S. Tho. videtur sibiipsi contradicere: hic enim dicit q̃ ipsis mobilibus, repugnat (ratione naturarũ propriarum) fieri vnum continuum, quãuis ex parte qua mobilia sunt nõ repugnet, & ideo ex ipsis fieri vnum esse contingens. In præcedenti autem lectione istam responsionem impugnat; assumens id quod etiam de mente. Auicen. est, q̃ propositio est simpliciter impossibilis, quando prædicatum subiecto ratione differentiæ specifice repugnat: licet non repugnet ei ratione generis: sicut ista homo est irrationalis est impossibilis: quia prædicatum repugnat subiecto ratione differentiæ, licet ratione generis non repugnet. Lect. 1.

Secundo. Si omnia mobilia possent fieri vnum continuum ratione qua corpora, tunc illa potentia per totum tempus æternum esset frustra, nunquam e-

enim fient vnum continuum omnia mobilia; hoc autem repugnat Phyloſophiæ: ergo &c.

Impugnantes D. Tho. non intelligunt ipsum.

Sed cum ſupportatione impugnator iſte, S. Tho. mentem noluit intelligere. Vnde dicitur primo, q̃ iſta determinatio, non repugnat ei quod dixit in præcedentibus S. Tho. immo prima pars reſponſionis, eſt idem ei quod in præcedenti lectione dixit, ſcilicet q̃ ſi aliquid repugnat ſpeciei, ſiue ratione generis, ſiue ratione ſpeciei, propoſitio eſt ſimpliciter impoſſibilis: vnde ſi determinatio iſta repugnaret ei, quod in præcedenti lectione dixit etiã vna pars iſtius determinationis, alteri repugnaret.

Dicitur ſecundo q̃ S. Tho. non dicit in iſta reſponſione: vt ſibi arguens imponit, q̃ mobilibus determinatis, non repugnet fieri vnum continuum inquãtum mobilia ſunt, repugnat autem illis ſecundum naturas determinatas: ſed dicit q̃ mobilibus & mouentibus acceptis determinatæ & ſpecifice, illud omnino repugnat autem mobilibus & mouentibus in communi acceptis, non deſcendendo ad determinata mouentia et mobilia, non repugnat, vt vnum continuum fiant, patet hoc ipſa verba inſpicienti. In prima enim parte reſponſionis, facit mentionem de ſola ſpecie: vt etiam in præcedenti lectione fecerat. In ſecunda vero de genere; non autem de ſpecie facit mentionem. Vnde iſta non contradicunt; propoſitio in qua prædicatum ſpeciei poſitæ in ſubiecto ratione differentiæ repugnat, licet non repugnat ei ratione generis eſt impoſſibilis, & propoſitio in qua prædicatum dictum de genere, nõ repugnat ratione generis licet repugnet differentiæ diuiſiuæ ipſius generis, & conſtitutiuæ alicuius ſuarum ſpecierum; eſt poſſibilis. Stant enim ſimul, hanc propoſitionem eſſe impoſſibilem (homo eſt irrationalis:) & iſtam eſſe poſsibilem omne animal eſt irrationale, poſſent.n. in natura ſola animalia bruta eſſe, & non eſſe homo.

Poſsibile dicit aliquid dupliciter.

Ad ſecundum dicitur q̃ dupliciter dicitur aliquid poſsibile. Vno modo, per reſpectum ad aliquam potentiam, ſiue actiuam, ſiue, paſſiuam; ſecundũ paſſiuam quidem: ſicut cum dicimus lignum poſſe comburi, per potentiam vero actiuam, ſicut cum dicimus poſſibile eſt Sortem ambulare. Alio modo propter non repugnantiam terminorum: quia ſcilicet prædicatum non repugnat ſubiecto; vt Sortem ambulantem ſedere eſt poſſibile in ſenſu diuiſo. Cum ergo dicit S. Tho. q̃ omnia mobilia fieri vnum continuum, eſt poſſibile, non accipit poſſibile, vt dicitur per comparationem ad aliquam potentiam; vt obiectio procedit, ſed vt dicit non repugnãtiam terminorum, non enim fieri vnũ continuum, repugnat mobili & mouenti in communi acceptis.

Secundũ vero ſimpliciũ dicitur hic ex mobilibus & mouentibus, omnibus fieri vnum poſſe, non quidem continuitate: ſed contactu; inquantum videlicet vnumquodque tangit aliud, quod ab ipſo mouetur immediate.

Ad argumentum in oppoſitum dicitur, q̃ probat talia mobilia determinata fieri vnum, eſſe impoſſibile: quod conceditur, cum hoc tamen q̃ ratione mouentis & mobilis; inquantum huiuſmodi, illud non repugnet.

ADDI.

Tex. 79. Circa propositionem assumptũ in arg. q̃ aliqua mobilia sunt incorruptibilia, vt corpora cælestia; videtur q̃ sit falsa ex demonstratione Ar. 8. phy. vbi probat primum motorem non esse corpus nec in corpore virtutem, per hoc medium nullum corpus, aut virtus in corpore habet potentiam infinitam; primus motor potentiam habet infinitam: igitur primus motor neq; est corpus, neq; in corpore uirtus; quæro in ista ratione pro quo supponit corpus in maiori propositione, autem supponit vniuersaliter, aut, non, si primo, habetur propositum, q̃ etiam corpora cælestia sunt corruptibilia: Si 2. igitur Ar. non probauit primum motorem non esse corpus vniuersaliter, sed indefinite, ergo non potuit inferre indiuisibilem & impartibilem esse: Si igitur inferre debet primum motorem impartibilem esse, necessario corpus vniuersaliter accipi debet, quamobrem nullum corpus habet potentiam infinitam, cum autem cælum corpus sit potentiam igitur non habet infinitam, caducum itaq; erit, & hac ratione vsus est Ioa. Grãma. ad probandum cælum esse corruptibile, vt testatur Auer.

8. phy. com. 79. Et augetur difficultas quia omne habens contrarium est corruptibile, sed cælum habet contrarium, quia motus habet priuatiue oppositam scilicet quietem, & termini generationis sunt priuatio, & forma; sic igitur ex natura motus super naturam formæ concludimus formam cæli habere priuatiue oppositum, hinc Auer. dixit q̃ in cælo nulla est alia potentia nisi ad quietem.

12. metaph. comm. 14. pri. cæli. 96. Pro solutione huius est sciendum q̃ cælum capitur tripliciter, primo pro maxima sphera, 2. pro orbibus stellarum erraticarum & fixarum, tertio pro mundo de 2. Ar. loquens, primo cæli probauit ipsum esse incorruptibile, ex Deo incorruptibili locato in cælo: quia omnes leges conueniunt in hoc q̃ Deus habitat in cælo, vt scripsit Auer. 8. phy. videmus e iam manifestiores, & nobiliores operationes diuinas circa cælestia corpora, quam circa non cælestia, & quia ex antiquissimis & longissimis sapientum obseruationibus apparet, cælum esse incorruptibile: vt ponit Auer. lib. Destrut. dest.

Comm. 84. Disp. 2. Dub. 3. Ex nomine quoq; quod est sempiternæ currens vt tangit phil. 1. metheor. ex omnibus his concluditur cælum apud philosophum esse æternum q̃ patet, quia diuiso ente per necessarium impossibile, & contingens, vt diuidit Ar. primo peryher. cælum inter impossibilia oculus non patitur: neq; inter contingentia vt ex dictis Ar. habetur remanet igitur tertium per vim diuisionis.

1. de gen. tex. 50. 4. Metaph. comm. 6. Et Auer. hoc medio vsus est ad probandum cælum non esse caducum, quia omne generatum vel corruptum ex suo contrario generatum vel corruptum est, sed cælum nõ habet contrarium, neq; est ex contrario, motus enim eius contrarium non habet; ratio est Ar. & Auer. lib. de beatitudine animę: Confirmatur minor quia si cælum haberet contrarium sex essent corpora simplicia, & corpus rotundum haberet contrarium, & etiam motus circularis, vt tangit Auer. consequens est cont. Ar. & ex hoc colligitur q̃ cælum, quamuis non repugnet recipere intentionaliter a superiori, neq; etiam ab inferiori, non tamen est realiter alterabile, quia ignis cælo lunæ iuxta positus nihil caloris imprimit, neq; impressiuus est quia cælum non est calidum quia ex velocissimo motu non ignitur, tum etiam ex caloris in sole apparentia, tum etiã quia cælum non est caloris receptiuum non enim recepit peregrinas impressiones, hinc primæ qualitates non sunt in eo nisi virtualiter, intelligo virtualiter calidum esse cælum, non eo modo quo piper, aut vinum calida virtualiter ponantur, quia hæc alteratione indigent, qua in rem actu calidam conuertantur: vt in fumum vaporem, aut humorem calidum ad hoc vt in actum calefaciendi reducantur, sed sic virtualiter, sicut effectus in causę efficientis equiuoce virtute continetur quo modo intelligendus est Ar. dicens cælum autem, & stellę calida, neq; etiam senescibile est cælum, neq; etiam fatigabile vt testatur. Auer. 9. Metaph. quia hæc sine alteratione fieri nõ possunt est igitur cælum actiuum tantum quia actiuum est, & non passiuum.

Pri. cæli tex. 20. 1. cæli com. 18. 1. cæli tex. 23. 1. metheor. Quomodo cælum est calidum. 25 problem. problemate 17. Comm. 17.

Sciendum

Sciendum quoq; est, q̃ motus localis, potest dici simplex, vel compositus, vniformis, & disformis, regularis, & irregularis, dicitur simplex, aut compositus motus naturalis, cuiuslibet talis motus principium actiuum oportet esse intrinsecum, motus cæli est simplex quia licet resistat orbis intelligentiæ, non tamen inclinat orbis in motum oppositum, & ex hoc sequitur motoris insatigabilitas, quia fatigationem causat inclinatio ad oppositum, motus quoq; cæli est vniformis quo ad tempus, difformitas enim quo ad partes temporis equales respectu puncti velocissime moti cæteris paribus est, sed motus cæli non est vniformis exparte subiecti quia partes cæli distantes a polis velocius mouentur quam partes propinque polis moueantur.

Motus cæli est vniformis.

Solutio Du. comm. 79. 8. phy. Quibus stantibus dico ad difficultatem motam q̃ maior est falsa, & ad probationem resp. Auer. quod subiectum illius maioris supponit uniuersaliter, sed Ar. per potentiam infinitam non intelligit potentiam infinitam extensiue, & induratione, sed uigoris ut sit sensus nullũ corpus aut uirtus in corpore habet potentiã infinitã, in uigore. Ad confirmationem dico q̃ motus cæli in quantum motus habet quietem sibi contrariam sed non inquantum est talis motus scilicet cælestis propter rationes supra adductas & sic intelligitur dictum Auer. q̃ cælum pro orbe tantum non habet potentiam ad corruptionem in quantum orbis talis est, quia est corpus simplex carens materia, licet in quantum corpus absolute ut ly corpus dicit aliquid indifferens ad corpus generabile & eternum posit corrumpi potentia logica, quæ nihil aliud est nisi repugnatio quedam, non implicatio contradictionis causata ab intellectu exterminorũ rationibus inquantum non repugnant: cælum autem pro orbe tantum potest quiescere inquantum corpus & inquantum cælum quia subcessio & fieri motus non depẽdet in esse: nisi ab ipsa intelligentia tanquam a causa extrinseca totaliter causante entitatem motus uide D. Tho. p. p. 70. art. 3. & de potentia Dei q. 6. art. 6. & quolib. 12. ar. 9.

Vide D. Th. etiam 2. cæli lect. 1. & lect. 15. & lc. 18.

Quæstio tertia. Vtrum mouens & motum sint simul.

At uero neq; alterati neq; alterantis nullum medium: hoc autem manifestum ex inductione in omnibus enim esse accidit alterans ultimum, & primum quod alteratur. Tex. II.

QVæritur tertio. Vtrũ Mouens & motum sint simul, & videtur q̃ non.

Primo. Sagittare uedens a sagitãte mouetur, & tamen tunc sagittans non est simul cum ipsa: ergo &c.

Secundo. Sol calefacit aerem: & tamen non est simul cum aere: quia inter solem & aerem, mediant alia corpora celestia: ergo &c.

Tex. cõ. 113. *Tertio secundum philosophũ in 2. de anima duo corpora dura, non possunt se tãgere in aere vel in aqua, quin semper inter illa mediet aer, si sint in aere: aut aqua, si sint in aqua, sed contingit mouens & motum esse duo corpora dura: ergo illa non se tangent, et per consequens non erunt simul. Respõdeo q̃ oportet mouens & motum esse simul.*

Ad cuius conclusionis euidentiam. Sciendum primo, q̃ aliqua esse simul potest intelligi dupliciter. Vno modo quia sint in eodem loco, sicut extrema

Aliqua esse simul dupliciter potest intelligi.

corporum

corporum se tangentium dicuntur esse simul: & hoc modo non oportet vt mouens & motum simul sint. Nam duo corpora in eodem loco simul esse non
Tex.com.8. posse. 4. Physi. ostenditur a Philosopho. Alio modo quia se tangunt. ita scilicet ꝙ inter illa nullū cadit mediū: & isto modo intelligitur mouēs & motum, simul esse.

Duplex est mouens mediatum scilicet & immediatum. Sciendum secundo ꝙ duplex est mouens scilicet mediatum & imediatum. mediatum est inter quod & motum, mediat aliud mouens: sicut si lapis moueatur a Sorte mediante baculo: Sor. mouens mediatum erit: mouens vero immediatum est, inter quod & motū, non mediat aliud mouens: sicut baculus immediate mouet lapidem.

Contactus ē duplex. Sciendum tertio ꝙ duplex est contactus. Vnus quantitatiuus scilicet quando extremum quantitatis vnius, tangit extremum quantitatis alterius: sicut cum liber tangit librum. Alius est cōtactus virtualis cum scilicet vnū sua virtute tangit aliud: sicut cælū tangit ista inferiora.

Duplex est mouens. Sciendum quarto ꝙ duplex est mouens. quoddam enim mouet imprimendo principium in mobili per quod mouetur: sicut magnes trahit ferrum, & generans grauia mouet ea per impressionem formæ inclinantis ea ad motū: aliud est mouēs, quod solo impulsu mouet, nullumque imprimit principium inclinatiuum ad motum: sicut cum homo mouet librum.

Quomodo intelligatur propositio Ari. ꝙ mouens & motum sunt simul. Dicitur ergo ꝙ Arist. in illa propositione loquitur de contactu quantitatiuo, si mouens sit corpus: et de mouente immediato nō imprimente in mobili principium motus. si enim mouēs imprimat formam, quæ sit principium motus, quantumcunque mouens non tangat, poterit illud moueri, quamdiu habet formam, sicut corrupto eo qui generauit lapidem, adhuc lapis mouetur per formam in se existētem, & mouetur a generāte, sicut ab eo quod mouet, vt patebit in Octauo. Loquendo Tex.51.&52. vero de mouente mediato, aut immateriali; sufficit ꝙ sit simul cum contactu virtuali. Probat autē philosophus istam conclusionem primo in motu locali. Secundo in motu alterationis. Tertio in motu augmēti & decremēti.

Quātum ad motum localem arguit Tex.50. sic. Omnis motus localis reducitur ad pulsum & tactum, sed in pulsu & tractu, mouens & motum sunt simul: ergo &c. Maiorem propositionem declarat: quia cum sint quatuor modi motus localis scilicet pulsio, tractio, vectio, & vertigo. Vectio est motus per accidens, fundatus super alijs motibus. Vertigo vero cōponitur ex pulsu, & tractu, cum enim vertitur aliquid, vna pars pellitur & altera trahitur. Minorē vero dupliciter probat. Primo ex eorum rationibus. Pulsio enim est motus ab ipso mouēte, vel ab aliquo alio in aliud, & sic saltē in principio, pellens est simul cū eo quod pellitur, si a se remouet, vel ab alio, tractus autem est motus ad se vel ad alterum: ita ꝙ mouens nūquam separatur ab eo quod trahitur: ergo &c. Secundo. Nullus potest congregare aut disgregare aliqua, nisi ea tangat: sed pulsio est quædam disgregatio, tractio autem quædam congregatio: ergo &c.

In alteratione vero idem probat ta- Tex.51 liratione. Omnis alteratio est similis alterationi sensuum (quia omnis alteratio fit secundum qualitates sensibiles) sed in alteratione sensuum, alterans et alteratum sunt simul, visibile n.tangit aerem,

aerem, & aer pupillā, & sic de alijs.

Sed videtur ꝙ minor sit falsa dici-
Tex.com.71 tur enim 2. de anima ꝙ sensibile positū supra sensum, nō facit sensationē: ergo alterans, nō est ibi simul cum alterato.

Respondetur ꝙ sensibile non est alterans immediatum sensus, sed medium, sensibile enim imprimit similitudinem sui in medium, medium vero in sensu, sicut coloratum immediate causat suā similitudinem in aere; aer vero causat similitudinem colorati immediate in visu: unde coloratum est simul cum aere, aer autem cum oculo.

Tex.13. De agmento autem & decremento arguit sic Philosophus Augmentatio est quędam appositio, & decrementū est quędam subtractio, sed in appositione & subtractione, oportet mouens & motum esse simul: ergo &c. Potest au-
Mouens primū in augmēto & decre. ēt dup. tem hæc probatio secūdum mentem S. D. dupliciter intelligi. Vno modo vt ipsum appositum vel subtractum, accipiatur pro proximo mouente, eo modo
Tex.com.47 quo dicit Philosophus in 2. de anima ꝙ caro auget prout est quanta; & tunc patet mouens & motum esse simul, nihil enim potest per sui appositionem aliud augere; nisi illud tangat neq; per subtractionem sui diminuere, nisi prius sit vnitum. Alio modo potest proximum agens intelligi, illud quod apponit aut subtrahit aliquod quantum, & tunc ētiam oportet mouens & motum esse simul, sicut in congregatione & segregatione. Quamuis autem, vtroq; modo intelligi possit primum tamē modum sequitur Simplicius.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum quidem dicitur primo, ꝙ licet sagittans non sit simul secūdum quantitatem cum sagitta per totū motum: est tamen simul in principio motus & hoc sufficit, tunc enim est mouens immediatum, cum autem recesserit a sagittante: tunc mouens immediatum non est sagittans, sed aliqua pars aeris mota: vt in 8. videri habet. Tex. 82.

Dicitur secundo ꝙ est simul cum sagitta, secūdum virtutem, quamdiu motus sagitte durat.

Ad secundum dicitur ꝙ sol non est proximum mouens, sed remotum, ideo non oportet vt simul sit cum aere.

Sed contra. Quæritur enim quid sit proximum mouens in calefactione aeris a sole, non enim est ignis. Nam media regio aeris est frigida, vt patet ex lib. 1. Metheororum vltima vero cali Lib. 1. ca. 6. da, cui non est immediatus ignis, non etiam sunt orbes medij, cum non calefiant a sole, vt possint aerem calefacere: ergo &c.

Aer quomodo calefiat a sole. Respōdetur & dicitur primo, ꝙ posset dici propinquum calefaciens, infimā aeris regionem, esse radios reflexos a terra, qui sua multiplicatione, aerem calefaciunt. Dicitur secundo, ꝙ proximum alterans primam regionem aeris, est ignis, qui proxime alteratur ab orbe lunæ, & ille orbis ab alio orbe vsq; ad solem: proximum autem alterans vltimam regionem aeris, est media regio. Dicitur tertio, ꝙ non oportet media, inter primum alterans & vltimum alteratum, eodem modo alterari, sicut vltimum alteratū, sed sufficit ꝙ aliqua alia alteratione alterentur: vnde licet neq; orbes medij calefiant, neq; media regio aeris, recipiunt tamē aut lumen, aut aliquam aliam influentiam a sole, cuius virtute aerem calefaciunt.

Ad tertium dicitur, ꝙ Philosophus non intendit mouens & motum esse simul, quasi inter mouens & motum nō

mediet aer, aut aqua, sed quia nullum corpus apparentis sensibilitatis inter illa cadit: aer autem & aqua, inter illa medians, est insensibilis, ideo existimatur nihil esse medium. Vel dicendum, ꝙ aer, aut aqua medians, est mouens immediatum, non autem corpus durum.

ADDI.

1. sent. dist. 37. q. 3. ar. 1

Nota ꝙ ista propositio mouens, & motum sunt simul: non est propositio quasi per accidens, vt voluit Scotus: sed per se & necessaria, vt ostendit Caie. in p. p. D. Tho. & expositor lib. cont. Gent. lib. 3. c. 68. vbi D. Tho. disputat quomodo Deus Opt. Max. sit vbiq; & in omnibus rebus, & fundat se super hac propositio: Ar. quia mouens & motum, producens & productum, operans & operatum, oportet esse simul, Deus est mouens omnia, quia omnia opera nostra operatur in nobis: igitur concludit D. Tho. Deum esse in omnibus rebus, & conseruare omnia & nedum hoc fundamento vtuntur theologi ad probandum præsentiam Dei vbiq; immediate immediatione suppositi, sed vtuntur quoq; Philosophi in materia de cessatione motus cęli respectu horum inferiorum, quæ perirent, si cælum non moueret, quandoquidem proportionaliter se habet motus cæli motui cordis animalis corruptibilis, sed cessante motu cordis animalis corruptibilis, cessat omnis alius motus eius: ergo cessante primo cælo a motu omne residuum, & mundus totus cessat moueri; quia in perse ordinatis in mouendo cessante motu prioris, cessat motus posterioris, sed inferiora hęc sunt perse ordinata in cælũ: igitur cessante cælo a motu suo hæc oĩa cessarẽt quoq;.

Motus cæli ẽ veluti motus cordis animalis.

Quod ex hoc colligere poteris clarius, quoniam cælum est causa vniuersalis, nihil .n. quod est indiuiduum alicuius speciei corruptibilium potest esse causa vniuersalis illius speciei, quia tunc illud indiuiduum esset causa suimet, est ergo illud indiuiduũ causa particularis, cęlum autem vniuersaliter causat, & cessante causa vniuersali cessat cũ particularis: vnde cęlo cessante a suo motu, hæc oĩa quoq; inferiora cessarent.

Cessante causa vniuersali cessat particularis.

Tex. 54.

Præcipue cum se habeant veluti instrumenta respectu superiorum vt scribitur 2. de ortu & interitu, & cessante principali cessat instrumentum vt dixit Auer. in lib. de Somno & vigilia instrumẽtum enim artificis sicut dicit Ar. non mouetur nisi secundum artificem. & 2. de gen. instrumẽtum nõ mouet sine artifice, ista inferiora sunt quasi instrumenta per quæ mouent corpora cęlestia, scilicet ꝙ homo in generatione hominis nõ dat nisi illud quod est quasi instrumentũ, & corpora cęlestia sunt quasi artifex concluditur ergo ꝙ ipsis cessantibus a motu, hęc quoq; necessario est cessare.

Comm. 55. 8 phys. commen. 47.

Adde etiam quia non esset tempus si motus cęli cessaret, sed an quiescente cælo cęlum esset locus, dico ꝙ licet contineret non tamen esset locus naturalis, quia deficeret ei cõditio qua conseruaret, immo Auer. voluit res naturales, quo ad suum esse dependere a motu cęli; si ergo motus cęlestis cessaret destrueretur ordo totius vniuersi, nec intelligas tu cęlum conseruare res materiales solum, sicut impediens lupum custodit agnum: sed sicut communiter dicitur lumen a luminoso in esse, & conseruari depẽdere, hoc voluit Ar. dicens motum esse veluti vitam his quæ subsistunt.

Lib. Destru. dest disp. 1. dub. 11.

8 phy. tex. 1. Astronomi.

Propterea Astronomi asserunt ꝙ existentibus omnibus planetis in prima, aut secunda domo non contingit natum viuere, quia oportet eos esse disseminatos per cęlum, ut natum in diuersis temporibus suarum ætatum cõseruent, attribuunt quoq; ordinem mensium quibus moratur natus in utero planetarum, ordini ut primum saturno, secundum Ioui, & sic gradatim octauum mensem iterum Saturno, & nonum Ioui.

Vtentes physiognomia.

Hoc quoque fundamento, ut in pluribus utuntur Physiognomiste ut narrat Albertus, primo de animalibus tractatu secundo, & Cicero in libro de Fato, & in 5. tuscu. anorum quod etiam Aphrodisiensis Alex. 4. c. lib. de Fato confirmat dicens, sane cũ diceret Zopirus Physiognomon absurda quędam de Socrate Philosopho & plurimum ab ius instituto in uita semota, & super his a Socratis auditoribus derideretur,

Zopirus.

dixit

historia Hippocratis.

dixit Socrates non esse mentitum Zopirum, eram enim naturæ ratione huiusmodi nisi ex philosophyę studio meliorem naturam fuisse adeptus; Quia cum Discipuli Hyppocratis formam & figuram eius in pergameno depinsissent, & eam Philemoni porressissent dixerunt considera hanc figuram; & indica nobis qualitates & complexiones eius, qui respexit compositiones, & complexiones figurarum, & comparauit partes ad partes & ait iste homo luxuriosus est, deceptor, amans coitum; ob quam rem uoluerunt eum interficere dicentes (o stulte hæc est figura dignioris & melioris hominis qui sit in toto mundo) Philemon autem pacificauit eos & correxit dicens hęc est figura sapientis Hyppocratis, & quod uos quę siuistis de mea scientia, hoc ostendi, & quid sentio secundum ipsam, quando ergo peruenerunt ad Hyp dixerunt ei quid fecerant, & quid respondit Philomon, quibus Hypp. dixit certe uerum enunciauit Philemon nec prętermisit unam literam, uerumtamen ex quo prospexi, & consideraui hęc turpia esse, & reprobanda constitui animam meam regem super ipsa, & retraxi eam ab eis, & triumphaui super appetitum animę meę, uide quo modo fundamentum hoc mouens, & motum oportet esse simul est uniuersale & pluribus artificibus utile, nec te moueat piscículus ille qui dicitur torpedo, qui facit ostupescere manus piscatoris, & tamen non ostupescit rete & dicit Plinius ꝙ si tangatur extremitate hastę manus tenentis hastam ostupescit, & Alb. scribit quendam extremitate digiti leuiter ipsum attigisse, & ipsius brachium ita fuit ostupefactum, ut per dimidium annum herbis calidis & unguentis uix sensum receperit, quia licet hic piscis non sit simul eum moto immediatione suppositi est tamen simul immediatione uirtutis, Vide Cai. in p. p. D. Tho. q. 8. ar. 1. in resp. ad 3. ubi declarat quatruplicem distãtiam situalem naturalem suppositalem & uirtualem, quia hęc omnia faciunt pro hac disp. propterea annotauit.

Natura torpedinis.

Lib. 14 de animalibus.

Caie in p. p. D. Tho. q. 8. art. 1.

Quæstio quarta. Vtrum ad solam tertiam speciem qualitatis, sit alteratio.

Manifestum autem est quia, ꝙ est alterationis: non est in his quæ sunt, neq; in habitibus, habitus enim uirtutes, & malitiæ sunt. Tex. XVII.

Quæritur quarto Vtrũ ad solam tertiã speciem qualitatis, sit alteratio, & videtur ꝙ non. Ad mollitiem & duritiem est per se alteratio, cũ sint tangibiles qualitates, & tamen sunt naturales potentiæ: ergo non ad solam tertiam speciẽ qualitatis est alteratio.

Ad aliquam formam dupliciter põt esse alteratio.

Ad euidentiam huius difficultatis sciendum ꝙ ad aliquam formam potest esse alteratio dupliciter. Vno modo primo & per se, alio modo secundario, ad illam formam dicitur esse primo & per se, ad quam terminatur ratione sui, & non ratione alicuius alterius, sicut albefactio est primo & per se ad albedinem. Secundario autem, dicitur ad aliquam formam terminari, quando illa forma primum & per se terminum cõ comitatur, sicut dealbatio, ad similitudinem secundario terminatur.

Tex. 14. Ad solas qualitates tertię speciei, ẽ primo & per se alteratio.

Ponuntur itaq; a Philosopho due conclusiones. Prima est. Ad solas qualitates tertiæ speciei, est primo & per se alteratio: probatur sic. Si ad alias qualitates esset alteratio, maxime esset ad primam & ad quartam speciem sed non est ad illas: ergo &c. Patet

consequentia: quia clarum est, ad naturalem potentiam, non esse primo & per se alterationem, cum non aduenat alicui; nisi mutatione substãtię præsuppositæ. Quod autem ad primam speciem qualitatis, non sit alteratio; probat Philosophus primo, in habitibus corporalibus, secũdo in habitibus aiæ.

Tex.17. *Quantum ad habitus corporales arguit sic. Ad aliquid non est primo & per se motus, sed huiusmodi habitus dicuntur ad aliquid: ergo ad ipsos non est motus. Minor probatur: virtus dicitur ad aliquid scilicet ad operationẽ (est enim virtus quæ bonum facit habẽtem, & opus eius reddit bonum) sed omnes habitus corporales sunt quædã virtutes, aut malitiæ corporis (secundum enim quemlibet habitum corporalem, corpus bene aut male se habet ad operandum) ergo &c.*

Quid sit virtus. *Pro notitia huius rationis notandũ primo vt dicit S. D. q huiusmodi habitus non sunt relatiua secundum esse: quasi scilicet totum eorũ esse, ad aliud sit: sed sunt relatiua secundum dici, sunt enim entia absoluta, quę in suis rationibus respectum important.*

Lect. 5. Habitus nõ sũt relatiua secũdũ esse. *Sciendum secundo q de ratione habitus inquantum huiusmodi, est respectus ad alterum: sicut de ratione virtutis est respectus ad operationem: vnde si aliqua entitas sub solo conceptu absoluto consideretur, illa rationem habitus non habet: sed si in ordine ad operationem consideretur, rationem habitus habere potest: vnde quamuis ad eã esset motus primo & per se vt absolute consideratur; ad ipsam tamen vt habitus est, non erit primo & per se motus, ad calorem enim habentem formã & radicatum esse in corpore inquantũ calor est: potest primo & per se alteratio esse, non tamen inquantum habitus corporis est.*

De ratione habitus ẽ respectus ad alterum.

Quantum autem ad habitus animæ probat Philosophus, q ad illos non est primo & per se alteratio, & quia sunt duo genera habituum, ad animam pertinentium scilicet habitus appetitus, quę dicuntur virtutes morales, & habitus intellectuales quę dicuntur scientiæ. Probatur primo ad virtutem & malitiam non esse alterationem, sic secundum Commen. & Alber. Ad indiuisibile non est alteratio, sed virtus est indiuisibilis: ergo ad ipsam non est alteratio. Maior patet eo q res indiuisibilis in indiuisibili tẽporis acquiritur, omnis autem motus est in tempore, vt probatum est a Philosopho in 6. Minor etiam probatur. Perfectio est indiuisibilis: virtus est quędam perfectio hominis: ergo &c.

Tex. 18. 19. Et Comme. & Albe. in ipsorum exposi.

Tex.com.19

Sed quia Philosophus per eandem rationem probare intendit, non solum q ad virtutem: sed etiam q ad malitiã non est alteratio: non potest autem probari, per hoc q in indiuisibili consistat, cum malitia indiuisibilis non sit: recedere enim a perfectione, est multiplicter: ideo S. Tho. aliter rationem formal, & arguit sic.

Nihil dicitur alterari quando perficitur, neq; quando corrumpitur: sed quando aliquis virtutem accipit perficitur; & quando accipit malitiam corrumpitur: cum virtus sit perfectio, & malitia corruptio: ergo &c.

Tex.20. *Idem de quarta specie qualitatis probatur.*

Secundo probatur; ad scientiam nõ sit alteratio, duabus rationibus. Prima est ista. Ad aliquid nõ est alteratio, aut motus: sed scientia est ad aliquid: ergo ad scientiã non est alteratio. Pro declara-

Scientia quo modo dicit ad aliquid. *declaratione minoris propositionis sciẽdum, q scientia nõ dicitur ad aliquid: quia fit secũdum esse suum relatio, sed quia se habet ad modum relationis per receptionem enim scibilis in intellectu, non fit necessario abiectio alicuius formæ precedentis, sed intellectu vno modo manente, & non variato secundum aliquod in eo existens, resultat vniuersalis cognitio, ex cognitione experimẽtali particulariũ per lucem intellectus agentis: sicut in speculo terso & polito: resultat imago absque aliqua eius mutatione: & ad aliquid est tale q alicui absq; eius mutatione aduenit facta scilicet mutatione tantum in altero vt*

In q. 5. 3. li. *declaratũ est ideo scientia propter hãc similitudinem, dicitur ad aliquid. Istã*

Exponentes Tex.20. *expositionẽ tangit Albertus et S. Tho.*

Secunda ratio est. Quod aduenit alicui per solam quietationem, & residẽtiam perturbationum, vel motionum; non aduenit per alterationem: sed scientia isto modo aduenit: ergo &c. Patet maior exemplariter, ex hoc enim q remota fenestra illuminatur domus, non est facta aliqua mutatio in aere, sed in sola fenestra. Minorem etiam declarat Philosophus per exemplum, si .n. habens scientiam dormiat, infirmetur, aut fiat ebrius, non potest vti scientia; quando autem cessauerit perturbatio; tunc potest ipsa vti, & non dicimus q sit de nouo facta in eo scientia: quia iam eam ex supposito habebat. Simile itaq; accidit, cum aliquis a principio scientiam acquirit. Videtur enim per quandam quietationem inordinatarum mutationum fieri, quæ, tũ propter augmentum, tum propter passiones denominantes fiunt.

Lect. 6. *Aduertendum vt tangit S.D. q ista ratio dupliciter efficaciam habere potest. Vno modo secundum opinionem Platonis, qui posuit a principio vnicuiq; scientiam in esse propter varias autem perturbationes ab vsu scientiæ impediri, quibus cessantibus, potest habere vsum. Non esset autem inconueniens, Philosophum vti opinione Platonis in hoc loco, eo q nondum eam improbauerit. Secundo potest habere efficaciam, secundum sententiam Arist. Secundum enim ipsius opinionem, intellectus est semper in vltima dispositione, ad recipiendum scientiam: vnde si non sit impedimentum, statim ad præsentiam singularium existẽtium in fantasia, scientia in intellectu resultat, si autem sit impedimentum ante scientiæ acquisitionem, auferri tale impedimentum oportet. Vult ergo Philosophus q impedimento ex parte corporis existente, aduenit scientia intellectui, non per aliquam alterationem intellectus: sed per solam remotionẽ impedimenti. Intelligendum autẽ pro declaratione conclusionis, q alteratio potest dupliciter accipi. Vno modo pro quacunque receptione qualitatis, siue temporaria sit, siue instantanea, quomodo corpus celeste, dicitur per receptionem luminis alterari, licet talis receptio sit in instanti, & hoc modo, non negat Philosophus, ad scientiam atq; etiam ad virtutem, primo & per se alterationẽ esse, ista enim de nouo in aliquo subiecto recipi manifestum est, nullo alio prę acquisito. Alio modo pro receptione qualitatis successiua, quę est cum abiectione formæ contrariæ naturæ conuenientis, & istam alterationẽ intendit Philosophus a prima specie qualitatis remouere.*

Scientiã aduenire absq; perturbatione verum est tam secundum mentẽ Platonis quam Aristot.

Verũ est aliquo modo, scientiam q alterationẽ, acquiri.

Tex.16. *Quantum vero ad quartam speciẽ, arguit sic Philosophus secundo loco.*

Nihil

Nihil dicitur alterari quando accipit finem sue perfectionis (ridiculum enim est dicere ꝙ homo, aut domus alteretur, quando eorum perfectio completur) sed vnumquodq; perficitur & cõpletur quando accipit suam figuram: ergo &c.

Figura spẽm cõsequitur & per ipsam diuersitatẽ spẽi cognoscimus.

Ad euidentiam minoris propositionis aduertendum secundum S. Thom. lect. 5. ꝙ in corporibus naturalibus, figura cõsequitur speciem rei: vnde per diuersitatem figurarum, maxime specierum diuersitatem deprehendimus, vt clarissime in animalibus patet. In corporibus autem artificialibus, species ipsorum est figura: ideo neq; in artificialibus neq; in naturalibus figura, nisi per receptionem speciei acquiri nõ potest: dum autem res accipit complementum speciei dicitur perfici: ideo dicit Philosophus, ꝙ dum aliquid figurã accipit perficitur.

Ad virtutes scientiã, formam, & figuram, est alteratio secũdaria.

Secunda conclusio est. Tam ad virtutes quam ad scientiam, & etiam ad formam & figuram est alteratio secundaria. Probatur; ad illas qualitates est per se alteratio, quæ ad aliquam alterationem per se consequũtur: sed huiusmodi sunt virtus & scientia: ergo &c. Probatur minor: nam virtus quã dam moderationem passionum, qui sũt quidam motus appetitus sensitiui consequitur. Scientia vero consequitur et passionum corporalium perturbationũ sedationem; forma autem & figura raritatem & densitatem, aut alias qualitates sensibiles.

Sed quæritur, quo nomine ista mutatio quę est acceptatio virtutis & scientiæ nuncupanda sit; neque enim generatio aut corruptio est, cum illa pertineant ad substantiam, neque augmentum & decrementum; neq; loci mutatio; neq; alteratio.

Respondetur, ꝙ licet non dicatur alteratio temporaria quę est motus: dicitur tamen alteratio instantanea & subita sicut & illuminatio.

Ad argumentum in oppositum respondetur de mente Alberti. 7. Phys. ꝙ dupliciter dicuntur mollia & dura. Vno modo aliena siccitate & humiditate, quæ scilicet est extrinseca a natura rei; & tunc pertinent ad tertiam speciem qualitatis, & ad illam est motus. Alio modo propria humiditate & siccitate; & tunc ad naturalem potentiã pertinent; & ad illa non est motus alterationis, nisi secundario. 7. phy. tra. 1. cap. 5.

ADDI.

Alteratio duplex.

Circa decisionem huius quęsiti, aduerte ꝙ alteratio potest capi dupliciter, vno modo pro omni mutatione terminata ad qualitatem, & sic ad quamlibet speciem est per se alteratio: alio modo proprie pro mutatione reali & physica de vna qualitate actiua, aut passiua, ad aliam contrariam actiuam aut passiuam, quæ non supponit aliquam aliam mutationem a se, & ad istam quatuor requiruntur primo, ꝙ sit mutatio realis & subcessiua sic ꝙ fiat in contactu realiter & physico. 2. ꝙ illa fiat de subiecto in subiectum, siue de contrario in contrarium. 3. ꝙ tales qualitates contrariæ sint adinuicem actiuę, & passiuæ, 4. ꝙ non præsupponat aliquam aliam qualitatem terminasse prius illam mutationem, sic ꝙ vna qualitas, per se primo terminet talem mutationem.

Quot requirãtur ad mutationem.

Ex quo sequitur primo ꝙ in secunda & quarta speeie qualitatis non est per se alteratio: quia in illis non est contrarietas proprie dicta.

Secundo

Secundo sequitur ꝙ ad qualitatem primę speciei non est alteratio proprie dicta quia vt in pluribus mutatio, quæ fit de prima specie non est de contrario in contrarium, sed est de non esse illius qualitatis ad esse illius qualitatis: etiam qualitates primæ speciei, cum omnes sint spirituales non acquiruntur in subiecto per motum realem & physicum qui fit mediante contactu realiter & physico.

Dupliciter qualitas terminat motum.

Adde etiam secundo ꝙ aliqua qualitas potest terminare motum dupliciter, vno modo per se, & est illa quę intrinsece terminat motum nullo alio terminante motum necessario prærequisito ad acquisitionem qualitatis, alio modo aliqua qualitas potest terminare motum per accidens & est illa quæ consequitur qualitatem quæ per se & intrinsece terminat motum.

Per se duplex.

Scias adhuc ꝙ aliquid potest per se terminare motum dupliciter vno modo prout per se opponitur huic, quod est per accidens, alio modo vt opponitur huic, quod est gratia partis, & ei quod est secundum accidens, & sic non capitur hic.

Ex hoc sequitur, ꝙ ad multas qualitates de tertia specie qualitatis est alteratio secundum accidens, & non per se, sicut ad raritatem, & densitatem.

Secundo sequitur ꝙ ad tertiam speciem qualitatis est per se alteratio capiẽdo per se vt continet sub se gratia partis.

Habitus corporis & animæ.

Considerandum quoq; est ꝙ habitus quidam sunt corporis vt sanitas, egretudo & pulcritudo, & turpitudo, & huiusmodi; & quidam sunt habitus animæ, & isti sunt duplices, quia quidam sunt in parte intellectiua, & vocantur habitus intellectuales scilicet intellectus, sapientia, scientia, prudentia, & ars.

Habitus intellectuales, sunt quinq;. Habitus morales q sunt. Dubitatio.

Alij habitus sunt in parte animæ appetitiuæ & vocantur morales habitus & virtutes vt fortitudo, magnanimitas, liberalitas, magnificentia, mansuetudo, & aliæ virtutes, de quibus tractat Ar. in lib. 8. Ethicorum, & siquis diceret ꝙ ad istas virtutes est alteratio quandoquidem ad omnem illam qualitatem est alteratio quæ acquiritur in aliquo cum abiectione contrarij, ista propositio patet ex se; sed qualitas de prima specie qualitatis acquiritur cum abiectione contrarij, quia contingit ꝙ aliquis habens habitum falsum & erroneum reducitur ad scientiam, quæ est verus habitus. & tunc ibi oportet ipsum habitum falsum corrumpi vt manifestum est, similiter contingit ꝙ aliquis habens habitum vitiosum reducatur ad virtutem sicut aliquis illiberalis reducitur ad liberalitatem, vel econuerso & ibi oportet illum malum habitum corrumpi: igitur ne dũ ad qualitates tertiæ speciei, sed etiã primæ speciei qualitatis ẽ alteratio.

Solutio dub.

Nisi dicamus ꝙ ad alterationem proprię dictam non sufficit acceptio, vel acquisitio vnius qualitatis cum abiectione contrarij, sed requiritur ꝙ illa qualitas sit partibilis ita ꝙ vna pars eius cõtinue possit acquiri post aliam: donec perficiatur & sit in actu, ꝙ si deficiat non est alteratio propria dicta de qua loquimur.

Qualiter autem virtus moralis generetur in appetitu sensitiuo, vtrum tota simul, aut pars post partem, hęc difficultas spectat ad secundum Ethicorum, sufficit modo scire ꝙ non acquiritur continue pars virtutis post partem, quia sic esset vera, & propria alteratio.

Nisi ꝙ aliqui dicunt ꝙ ad hoc requiritur aliud scilicet ꝙ qualitas sit sensibilis quæ acquiritur, & subiectum sit per eam sensibile, vide de omnibus his D. Tho. tractãtem de augmento habituum, & de corruptione & diminutione ipsorum.

P. 1. q. 6 qua 6 per totã.

Opin. Simp.

Et nota opinionem Simplicij in Commento prædicamentorum narrantis sententiam Plotini, & aliorum Platonic. ponentium ipsas qualitates, & habitus suscipere magis & minus: propter hoc ꝙ materiales erant, & ex hoc habebant indeterminationem quandam propter materię infinitatem.

3. 11. ar. 1. Vide etiam in q. disp. de ver. vbi ponitur opinio Auicene, & 4. sent.

Dist. 50. ar. 2. Vide quoque Auctorem primo cont. gent. in expositione 56. c. vbi disputatur quomodo in Deo non est habitualis cognitio.

Quæstio

Universidad de Deusto Biblioteca

Quæstio quinta. Quæ ad veram comparationem requirantur.

Quare uniuocorum comparabilia, alia quidem sunt, alia uero non, siquidem erat una natura.

Tex. XXVII.



Queritur quinto. Quæ ad verã comparationẽ requirantur.

Tex. 14. 15. 16.

Respondetur secundum mentẽ Philosophi, q̃ hæc tria sũt.

Ad verã cõparationem tria requirũtur.

Primum est vt illud in quo fit comparatio vniuoce, his quæ comparantur conueniat. Ratio istius est: quia comparatio fit in aliquo vno conueniente comparatis: non possunt enim aliqua adinuicem comparari, nisi illud in quo comparantur participent: id autem quod equiuoce dicitur de aliquibus, non prædicat aliquid vnum de illis: sed est tantum ibi communitas vocis, sicut canis dicitur de sydere cœlesti, & de animali latrabili, quibus est communis ipsa sola vox, non autẽ aliquod eius significatũ.

Secundum est vt natura in qua fit comparatio, in ipsis comparatis, secũdum vnum & idem subiectum recipiatur: canis enim & equus, sunt in albedine comparabilia: quia in vtrisq; est idem primum subiectum albedinis, scilicet superficies, vox autem & aqua secundum magnitudinem comparabilia non sunt, vt scilicet vnum maius altero dicatur: quia subiectum magnitudinis, secundum q̃ recipitur in aqua est substantia, secundum autem quod recipitur in voce est sonus. Ratio istius cõditionis secundum Albertum est quia vnius formæ vnum est propriũ & primum subiectum, & illud in eius diffinitione sicut differentia ponitur in diffinitione enim similitudinis ponitur nasus; vnde illa quæ sunt in aliquibus secundum diuersa prima subiecta, diuersæ naturę sunt, & per consequens nomen; illas duas naturas importans de his de quibus prædicatur non dicitur vniuoce. Vnde cum comparatio in vniuocis dũtaxat fiat; ad ipsam etiam primi subiecti identitas requiritur, primum autem subiectum proximum & immediatum intelligitur.

Tex. 2. 6. 2.

Tertium est, vt id in quo fit comparatio eiusdem speciei specialissime, in vtroq; comparatorum sit, non fit enim comparatio in genere, non enim quærimus. Vtrum album sit magis color tũ, quam nigrum. Ratio istius est secundũ Albertum: quia comparatio non fit, nisi vbi potest esse magis & minus & equale, hoc autem accidit fieri in sola accidentali forma, non autem in genere quod est pars quidditatis suarũ specierum: ideo in sola specie fit comparatio, non autem in genere.

Trac. 1. c. 2. In sola specie fit comparatio proprie.

Nec obstat quod species dicantur æqualiter participare genus: quia illa æqualitas opponitur priori & posteriori secundum naturam, dicuntur enim species æqualiter participare genus: quia genus non prius natura de vna prædicatur, quam de altera: æqualitas autem quæ in proportione cõparationis, de qua

Quomodo intelligat species æqualiter participare genus.

de qua hic loquimur consistit, ei quod est magis & minus opponitur.

Aduertendum autem secundum Albertum q̃ licet in sola specie specialissima possit fieri comparatio, quæ est verissima comparatio & Physica: si tamen large comparatio summatur, ad comparationẽ, sufficit aliquid esse quocunq; modo, vnum in his quæ comparantur. Sed hoc diuersimode continget: si enim fiat comparatio in vniuoco; fiet comparatio secundum magis, & minus, & æquale, quæ in eo q̃ forma intenditur & remittitur, generatur. Si autem fiat comparatio secundum analogum, fiet per magis & minus, non autem per æquale: quia illa comparatio non oritur eo q̃ una forma accipiatur secundum intensionem & remissionem, sed magis per habitudinem ad vnum, quod dicitur de illis per prius & posterius: sicut ens se habet ad substantiam & accidens.

Trac. 2. c. 2.

Comparatio large accepta potest esse in alio q̃ in sola spẽ.

ADDI.

Pulcra dubitatio de graduatiõe rerum.

Circa decisionem huius quęsiti, auerte q̃ solet fieri quęstio non parua, penes quid comparantur perfectiones rerum, vt ratione cuius Angelus est perfectior homine, & vnũ elementum est perfectius altero elemento; & vnde etiam est, q̃ non omnis motus, est comparabilis omni motui in velocitate & tarditate, quia cum omnis motus fiat in tempore, in quo contingit mobile velocius, & tardius moueri, sequitur de necessitate omnem motum comparabilem esse omni motui in velocitate, & tarditate.

Multiplicitas æquiuocationis.

Nisi esset, q̃ cum in æquiuoco nulla fiat cõparatio, vt notum est apud omnes recte Philosophantes, & æquiuocationes quædam sunt multum distantes in quibus solum attenditur conuenientia nominis sicut canis dicitur sydus cęleste, & animal latrabile, aliæ sunt æquiuocationes, in quibus non solum attenditur conuenientia nominis: sed attẽditur quædam similitudo inter significata, sicut homo dicitur æquiuoce de homine vero, & picto inquantum homo pictus, est habens similitudinem veri hominis.

Aliæ sunt æquiuocationes prosime, quæ sunt prosime, vel propter conuenientiam in genere logico, sicut si corpus dicatur æquiuoce de corpore cęlesti & corruptibili, quia eorum non est eadem materia, & ita est ibi æquiuocatio Physica quãuis sit Logica vniuocatio.

Aliqne sunt æquiuocationes propinque secundum aliquam similitudinem, sicut ille qui docet in scolis dicitur rector, & ille qui præest domui, & secundum aliquas istarum æquiuocationum potest attendi comparatio, sicut attenditur magis, & minus, & quãto aliqua magis accedunt ad vniuocationem, tanto magis sunt comparabilia.

non omnis motꝰ omni motui comparatur.

Et propterea non omnis motus omni motui est comparabilis in velocitate; & tarditate, quia dantur aliqui motus diuersorum generum & specierum, & isti non sunt comparabiles.

Deinde quomodo motus localis potest comparari alterationi in velocitate, & tarditate, cum æqualiter velox sit, quod per æquale spacium mouetur in æquali tempore, & sic sequeretur q̃ passibilis qualitas esset æqualis magnitudini, quod est imp.

Neq; etiam omnis motus localis est comparabilis omni locali motui, cum non omnes motus locales sint eiusdem speciei.

Deinde motus circularis non potest comparari motui recto, quia tunc magnitudo circularis, posset dici æqualis recte.

Dubitatiuncula.

Nec valet si dicatur q̃ ratio probat in æqualitate, sic q̃ sit vnus æque velox, sicut alius potest tamen comparari secundum magis, & minus, sicut q̃ vnus sit velocior altero. Et siquis diceret quia si compararentur nihilominus sequeretur, q̃ circulus esset æqualis magnitudinis, recte patet quia si vnum illorum esset velocior alio: tunc in eodem tẽpore,

pore, maiorem magnitudinem transibit mobile, sed si transibit maiorem magnitudinem, in æquali tempore, transibit æqualem magnitudinem, & ita si motus circularis ponatur velocior recto, sequitur ꝙ pars circularis erit æqualis magnitudini recte, si vero motus rectus sit velocior, habetur ꝙ pars magnitudinis recte erit æqualis circulari, & si quæratur an proueniat ex parte magnitudinis, vel tẽporis, ꝙ motus circularis, & rectus non possint comparari.

Respondetur, ꝙ non prouenit ex parte tẽporis, cum omne tempus sit eiusdem speciei cum alio tempore, sed prouenit hoc ex parte magnitudinum primo & per se.

Secundo vero ex parte motuum, quia si magnitudines fuerint diuersæ secundum speciem, ita & motus earum, & sic patet ꝙ motus sursum est magis comparabilis motui deorsum, quam motus rectus circulari, quia inter sursum & deorsum non est differentia nisi ex parte terminorum, adhuc tamen non comparatur propria comparatione motus sursum ad motum deorsum, quia differunt specie.

Dubit. Siquis etiam quærat, an diuersitas instrumentorum per quæ aliqua mouentur localiter, puta, si aliquis moueatur per pedes, & aliquis per alas, impediat comparationem, supposito ꝙ illi motus fiant supra eandem magnitudinem, & eundem terminum vt sunt ambulatio & volitatio.

Resp. Dicitur ꝙ non, quia diuersitas instrumentorum, se tenet ex parte mobilium, modo in vno motu locali, differentia secundum speciem attenditur ex parte magnitudinum, & terminorum, & non ex parte mobilium, & ita illi motus sunt comparatione propria dicta comparabiles.

Correllariũ. Ex quo etiam sequitur, ꝙ non omnis alteratio, omni alterationi est comparabilis, quoniam non omnes alterationes sunt eiusdem speciei specialissime, sed ille alterationes quæ sunt eiusdem speciei solum numero differentes, sunt ad inuicem comparabiles, ille autem eiusdem speciei quæ tendunt ad eandẽ qualitatem secundum speciem, unde ex parte qualitatis attenditur vnitas in alterationibus, sed ex parte mobilis, & temporis, attenditur æqualitas & inæqualitas, cuius ratio est, quia qualitas non est per se diuisibilis, modo propriũ est quantitati, secundũ eam æquale uel inæquale dici.

Aliud correllarium. Ex quibus etiam sequitur aliud corell. ꝙ non omnis generatio est comparabilis omni generationi, sed solum ille quæ fiunt ad eandem speciem sunt proprie comparabiles,

Solutio secũdi dubij principalis. & similiter dicitur de corruptione & augmentatione; vnde soluitur dubium motũ, negando consequentiam, non enim sufficit vnitas temporis ad comparationem motuum sed requiritur identitas motuum secundum speciẽ, quæ attenditur ex parte terminorum, ad dubium primum de comparatione perfectionũ, sunt varie solutiones.

Aliqui dicunt totam rerum naturalium latitudinem perfectionalem terminari duobus extremis exclusiue, vno tanquam summo, vtputa Deo. Altero tanquam a non gradu, vtputa materia prima, fingunt enim hanc rerum latitudinem esse vt circulum, cuius quidem centrum est materia prima, orbis vero, ac circumferentia est Deus, & tunc sicut circa omne centrum & infra omnem circumferentiam, infiniti describi possunt circuli, quorum vnus est altero maior, ita inter Deum & primam materiam, intelligi possunt species infinite, quarum vna est perfectior altera, atq; vt ille circulus minor est, qui a centro minus distat, ita illa species minoris erit perfectionis, quę minus a materia distat, sed hæc responsio stare non potest, quia nihil potest terminari ex eo extremo, quod terminum non habet, nihil enim interminatum est aptum terminare aliud, at Deus est quid interminatum, igitur nihil potest terminare. Deinde potius Deus comparari debet centro, quam circumferentiæ, nam circumferentia proficiscitur a centro, & non econtra, modo ex Deo ipso omnia exeunt, propterea Emp. Dixit ꝙ Deus est centrum a quo lineæ exeunt vndique.

Quid ẽ Deus secundum Empedoclẽ. Alij dixerunt rerum perfectiones attendi penes propinquitatem vel remotionẽ, a non gradu perfectionis, quę est prima materia, & ita penes recessum a materia volunt latitudinem perfectionum rerum mensurari, sed contra etiam istam opinionem quia tunc materia prima esset infinite modice perfectionis, & ita imperfectior accidente quouis,

quouis, quod non acceptant aliqui Philosophi, nam omne accidens ponunt imperfectius omni substantia.

Ob hoc alij dicunt rerum latitudinem attendi, penes accessum atq; recessum a summo vtpote a Deo, sed nec etiam hoc stare potest, quia tunc omnes res essent eiusdem perfectionis, quoniam omnes infinite distant a Deo qui est infinite perfectus. Præterea quia tunc consimiliter esset in latitudine qualitatiua, modo hoc est falsum, quia dato ꝙ summus gradus caliditatis sit vt decem, non propter hoc illa caliditas est in duplo intensior alia, quæ illi summo est in duplo propinquior, nam caliditas vt nouem, est in duplo illi propinquior quam caliditas vt octo, distante enim octo, a decem per duo, nouem vero per vnum modo duorum ad vnum est dupla proportio & tamen non propter hoc est in duplo intensior, & ita de hac re est non parua disputatio.

Pri. p. q. 7. ar. 2.

Aliqui dicunt latitudinem perfectionum rerum, esse attendendam, penes recessum a non gradu cũ positione secũda in qua videntur multi cõuenire, sed quid sit ille nõ gradus. nõ parũ est leue, potest igitur nõ gradus vno modo, dici priuatiue, sicut pũctus priuatiue est nõ quãtus sed aptus vt ab illo proficiscatur quantitas: Dicunt igitur ꝙ non gradus rerum priuatiue sumptus est rerũ priuatio, quę est non res, sed id vnde res fluũt, non gradus vero positiue dubius est, & quidam volunt accidens, quidam materiam quicquid sit dici potest, res mensurari per recessum a non gradu priuatiue sumpto: Sed si materia sit non gradus positiue acceptus, penes recessum a materia, igitur penes non gradum quicquid sit ille.

Sed vide de his D. Tho. p. p. q. 55. ar. 3. vbi quærit num superiores Angeli intelligãt per species magis vniuersales quam inferiores & 2. sent. dist. 3. q. 3. ar. 2. & de ver. q. 8. art. 10. & in opus. 3. c. 78.

Caie. Auctor. Vide Caie. in q. de infinitate Dei, & Auctorem lib. 4. contra gentes cap. 1.

Tex. 7. Vide quoq; Zimmaram in Theorematibus, Theor. 13. vbi disputat propositionẽ Ar. desumptam ex 10. Methaph. in omni genere est vnum quod est metrum & mensura omnium existentium in illo genere, & ibi latius videbis penes quid attendi debet latitudo perfectionum, & quomodo creaturæ non sunt æqualis perfectionis, licet in infinitum distent a primo principio.

Quæstio Sexta. Vtrum genus dicat vnum simpliciter, sicut & species.

Et significat ratio hæc: ꝙ genus non unum aliquid est, sed iuxta hoc latent multa suntq; æquiuocationum aliæ quidem multum distantes &c.

Tex. XXXI.

QVæritur Sexto. Vtrũ genus dicat vnũ simpliciter, sicut & species, & videtur ꝙ sic. Species enim nõ est vna, nisi per abstractionem eius a singularibus: vtpote extra intellectum vnitatem realem non habens. Sed genus est eodem modo vnum per abstractionem a speciebus: ergo non est maior vnitas in specie quam in genere.

In pri. *Secundo. Vniuocum omne, significat vnam naturam: per hoc enim distinguitur ab equiuoco, quod plures naturas importat, vt ex philosopho in prædicamentis constat, sed genus est vniuocum: ergo &c.*

Tex. 31.

Respondeo q genus non est vnũ simpliciter, species autem est simpliciter vnum, istud enim Philosophus ex conditionibus, ad comparationem requisitis concludit. Arguit namque sic. In omni eo quod est simpliciter vnum, potest fieri comparatio (vt ex præcedenti quæstione constat) sed in genere non potest fieri comparatio (fit autem in specie) ergo genus nõ est vnũ simpliciter, species autẽ est simpliciter vnũ.

Ad euidentiam huius difficultatis duo sunt declaranda. Primo. Quomodo species sit vnũ simpliciter non autẽ genus. Secundo; quomodo genus sit vniuocum.

Quantum ad primum sciendum secũdũ doctrinam. S. Tho. q genus & species in hoc cõueniunt, q nullã extra intellectum vnitatem realem habent, secundum scilicet, q sunt in indiuiduis, per operationem autem intellectus cõsiderantis genus sine speciebus, & speciem sine indiuiduis quandam habent vnitatem. Differunt autem: quia natura speciei magis ad vnitatem realẽ, quam natura generis appropinquat.

In expositione Tex. 31.

Species est vnum simpliciter non eius genus.

Species enim quid vnũ simpliciter est, non autem genus. Nam cum ex se indiuisibilis sit, vt pote non diuisa per aliquid illius formę, sed solum per subiecta & recipientia, idem autem sit vnum, quod indiuisum. Species ex se habet formaliter, vt sit vna, ex se videlicet in diuisione formali indiuisibilis, genus autem cum sit natura de se indeterminata, per formales autem differentias, quæ sunt idem realiter, cum ipso; plurificabiles nõ habet ex se omnino formalem vnitatem & indiuisionem. Quo fit vt natura speciei secundum esse q habet extra animã, magis ad vnitatem realem, quam natura generis appropinquet. Quod ergo dicitur genus non esse vnum simpliciter; speciem autem esse simpliciter vnum: non est sic intelligendum, quasi species extra intellectum, habeat vnitatem realem, non autem genus; sed quia natura speciei extra intellectum, non est per differentias formales diuisa, sed solum per recipientia diuiditur ac plurificatur, genus autem per proprias differentias formales, diuiditur ac multiplicatur.

Genus quomodo sit vniuocum.

Quantum ad secũdum scilicet quomodo genus sit vniuocum, sciendum q aliter loquendum est secundum logicũ, & aliter secundum physicum, cũ enim logicus intentiones consideret, q secundum vnam intentionẽ de pluribus prędicatur, apud ipsum est vniuocum; intentionis nomine non solum conceptum intellectus, sed etiam naturam vt est per intellectum absoluta, quæ in ipso intellectu, vnitatẽ habet intelligendo.

Apud physicum autem, quia entitates & naturas rerum secundum se considerat, id solum q vnam naturam in plures naturas indiuisibilem dicit, est vniuocum, & quia genus nõ dicit vnã naturam indiuisibilem; immo per differentias formales diuiditur. (Species vero dicit naturam vnam indiuisibilẽ formaliter) ideo apud ipsum, sola species specialissima vniuoce dicitur, non autem genus logicum.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum dicitur, q maior est falsa, preter enim vnitatem, quam habet in intellectu, etiam vnitatem formalem extra intellectum habet.

Duplex vniuocum.

Ad secundum dicitur primo, q loquendo de vniuoco logico; illud dicit vnam naturam nõ simpliciter, sed per abstractionem intellectus, & tunc conceditur

conceditur q genus est vniuocum & conceditur conclusio sed non est contra intentum. Dicitur secundo, q minor est falsa de vniuoco physico loquendo. Vt enim est ostensum, apud physicum genus non dicitur vniuoce, cum vnã simpliciter naturam non importet.

ADDI.

Adde hic communẽ distinctionem, quę fieri solet de genere, quod est duplex. s. logicũ & physicum, genus logicum sumitur ab unitate alicuius intentionis, cui correspondet natura diuisibilis differentijs formalibus. Intellectus enim primo actu apprehendens rationem substantię, & postea formans alium conceptum actu reflexo, quo conceptu apprehendit naturam substantiæ uniformiter dici de omnibus substantijs: quia omnes uniformiter per se subsistunt, cum nulla sit in alio sicut in subiecto dicit omnes substantias esse eiusdem generis. Similiter apprehendit q omnis linea est longitudo sine latitudine cuius extrema sunt duo puncta, & q hęc ratio conuenit omnibus lineis æqualiter, ideo dicit omnes lineas esse eiusdem generis, siue sint corruptibiles, siue incorruptibiles.

Genus physicum sumitur ex vnitate potentię, aut materię, & quia omnibus formis generabilibus & corruptibilibus correspondet eadem potentia, scilicet materia subiecta priuationi, ideo omnes formæ sunt eiusdem generis, ut scribitur. 10. Metaph.

Tex. 14.

Nota etiam q ea sunt diuersorum generum, quorum potentiæ non reducuntur ad aliquem unum modum potentialitatis, quia sicut a potentiali sumitur genus ita a diuersis potentialitatibus oportet accipere diuersa genera, sed substantiæ corruptibiles reducuntur ad unam potentiam quæ nullo modo est actus, & est semper coniuncta priuationi alicuius formę quam est nata recipere, corpora uero incorruptibilia reducuntur in unã potentiam, quę similiter non est de se actualitas & non coniuncta priuationi, substantiæ uero abstracte habent unũ modum potentialitatis scilicet esse quidditatem subsistentem, & simplicem potentialem respectu esse, & hęc ratio uniformiter dicitur de omnibus, quia esse non est magis de ratione unius illarum quidditatum quam de ratione alterius, sed æqualiter est extra omnem quidditatem illarum substãtiarum & sic omnes substantiæ abstracte sunt diuersi generis a corruptibilibus, & corporibus cælestibus, uide de his D. Tho. p. p. ubi quęrit si omnes Angeli differant specie, uide etiam 2. sent. & de spir. creaturis ar. 9.

q. 50. art. 4. dist. 30. q. 1. art. 4.

Attende etiam q uniuersalitas conuenit tam generibus quam speciebus, aliqua tamen differentia est quantum ad eorum unitatem, aliquod enim genus est tantummodo Logicum, & non Physicum: quia nomen ipsum significans non dicit unam naturam cui conueniat esse unius rationis, sed tantum dicit unam rationem ex parte intellectus, sed natura correspondens huic rationi habet esse diuersarum rationum in re, & hoc modo corpus est genus ad corruptibilia & in corruptibilia, sed corporeitas in corruptibilibus habet esse corruptibile, in cælo autem habet esse incorruptibile, & ideo Metaphysicus, qui considerat naturas rerum ait 10. Metaph. corruptibile & in corruptibile differunt plusquam genere, & in hoc 7. Physicorum, dicitur q iuxta genera latent equiuocationes, Logicus autem qui format tam de hoc quam de isto unum conceptum scilicet esse subiectum trine dimensionis, in quo conceptu uniformiter conueniunt, dicit q corpus est genus: quia secundum hãc rationem uniuoce prędicatur.

Tex. 16. Tex. 31.

Genus autem physicum, & similiter omnis species specialissima, non solum dicit vnã rationem formatam ab intellectu, sed etiam vnam naturam aptam natam reperiri in multis, quę natura potest tripliciter considerari vno modo secundum se, & sic quelibet natura est vna, alioquin nomen ipsum significans non esset vniuocum, cum de ratione termini vniuoci sit significare immediate vnum, hanc autem vnitatem non

communicat

communicat natura suis inferioribus, sed conuenit naturæ in illa prioritate naturæ qua est prior suis inferioribus, hæc autē vnitas nunquam est actualis, sed terminus potentialis, quia sicut natura nō habet actu esse ante sua indiuidua, ita non habet actu vnitatē, sed si ipsa separaretur secundum esse ab omnibus indiuiduis esset actu vna secundum esse sic separatum; quia non haberet propter quid pluraficaretur, sicut etiam si daretur albedo separata ipsa esset tantum vna.

Secundo potest considerari natura secundum esse, quod habet in indiuiduis, & sic accidit ei vnitas, & pluralitas, & nullum istorum conuenit ei per se, si enim de ratione humanitatis esset pluralitas, sequitur ꝙ in sorte essent plures humanitates, si etiā de ratione ipsius esset unitas, sequitur ꝙ ipsa numquam posset plurificari in sorte, & in Plat. cuius ratio est, quia quę sunt de ratione alicuius, & quæ per se conueniūt ei numquā possunt ab eo separari.

Tertio potest considerari secundum esse, quod habet in intellectu per sui speciem repræsentatem ipsam præscindendo, & abstrahendo ab omnibus principiis indiuiduantibus, & sic est una, nam remotis omnibus principijs distinctiuis remouetur distinctio, & res ipsa manet indistincta, constat autem ꝙ hæc unitas non est realis quia nō conuenit naturæ extra intellectum, sed est rationis tantum conueniens ei secundum esse quod habet in anima, & ad hunc sensum natura uniuersalis non est in pluribus indiuiduis secundnm aliquam unitatem realem quia sequeretur ꝙ in eodem supposito puta in sorte essent duæ humanitates, quod est falsum quia duæ humanitates constituunt duos homines, sortes autem est tantum unus homo, consequentia probatur, unitas rei, & entitas rei sunt eadem res vt scribitur 4. Metaph.

Tex. 3. Ergo plurificato uno plurificatur reliqum, sed per te humanitas sortis habet vnitatem numeralem, in sorte est etiam unitas specifica secundum quam eadem humanitas est in Platone, ergo si in sorte sunt due humanitates reales sequitur ꝙ in sorte sunt due humanitates constituē tes duos homines, uide de hac materia D. Th. in libello de ente & essentia & Caiet. ibi ubi fusius disputat contra Scotū quomodo unitas numeralis existit extra animam & quomodo non.

C. 4. q. 6.

Expliciunt Quæstiones in Librum Septimum Physicorum.

Cum Addi. Aquarij.

INCIPIVNT QVAESTIONES IN LIBRVM OCTAVVM PHYSICORVM.

CVM ADDITTIONIBVS AQVARII.

Quæstio prima. Vtrum Philosophus intendat probare æternitatem primi motus, an æternitatem motus in communi.

Sed utrum factus sit aliquando motus, cum non esset prius, & corrumpitur iterum sic, quod moueri nihil sit, aut neq; factus est, neq; corrumpitur, sed erat, semper & erit.

Tex. I.

CIRCA Octauum librū physicorum quæritur primo. Vtrum philosophus intendat probare æternitatem primi motus, an æternitatem motus in communi, & videtur ꝙ velit probare ęternitatem primi motus.

Primo. De illo motu probat æternitatem, cui conuenit æternitas eßentialiter, sed primo motui inest æternitas essentialiter, alijs autem motibus particularibus per accidens, & ex cō tinuitate & perpetuitate primi motus: ergo &c.

Secundo. De illo motu probat ęternitatem, qui est vita omnibus (natura) existentibus, sed solus primus motus est huiusmodi: ergo &c.

Tertio patet ex eius probatione. Arguit enim ex hoc motum esse æternum, ꝙ motus præsupponit mobile, & est actus mobilis inquantum mobile, ex quo patet ꝙ non loquitur de motu in communi; sed de aliquo vno motu.

Quarto. Soluit rationes probantes, non esse aliquem vnum motum æternum, non autem rationes probantes motum in communi non esse æternum: ergo &c.

Respondeo circa hanc difficultatem mens Auerois & Alberti est, ꝙ philosophus ęternitatem de primo motu probare intendat, non autem de motu in communi. Auicenna autem Alpharabius & Auempace, vt recitat Cōmen. dixerunt philosophum probare æternitatem motus in communi, non autem primi motus æternitatem. Horum opinionē sequitur. S. Tho. & ante ipsum Simplicius. Ad confirmandam autem eorum sententiam, arguit.

Comm. 1. Alber. tract. 1. cap. 1.

Lect. 1. Motum esse æternum in cōi & nō primum motū in 8. phi. intēdit probare Aristo. & quatuor rationibus supponitur. Tex. 1.

Primo sic ex ipsis philosophi verbis. Dicit enim sic. Vtrū autē factus sit aliquando motus, cum non esset prius, & corrumpitur iterum sic, quod moueri nihil sit &c. Vbi patet ꝙ quærit vtrum

vtrum aliquando nihil fuerit motum, non autem vtrum aliquando nõ fucrit primus motus.

Secundo quia consuetudo Aristo. est argumẽtari ad propositũ ex proprijs, vt cõsideranti rationes suas apparet, in nulla earũ summi pro medio aliquid ad primum motum pertinens, sed ad motum in communi: ergo &c.

Ad istam rationem respondent quidam, ꝙ scientia specialis bene procedit ex principijs communibus contractis tamen per proprios terminos, & sic argumentatur hic philosophus.

Sed ista responsio non euacuat rationem, non enim apparet in rationibus philosophi, ꝙ communia principia sint contracta ad primum motum per terminos proprios, immo vtitur philosophus terminis communibus omni motui, vt patet inspicienti.

Tertio arguit sic. Si probaret æternitatem primi motus: frustra inferius inquireret, vtrum aliqua moueantur semper, hoc autem non est attribuendũ philosopho: ergo &c. Probatur consequentia: quia probata sempiternitate primi motus; habetur quod est aliquid, quod semper mouetur scilicet primum mobile.

Respondetur, ꝙ Arist. non inquirit illud ibi, tanquam dubium, sed contra aduersarium arguendo, deducendo intentum quomodocunq; responderit.

Nullitas responsionis. Sed nullitas huius responsionis patet: quia philosophus immoratur multum, & magna diligẽtia vtitur ad probandum aliquid semper moueri, quod non faceret, nisi illud tamquam dubiũ inquireret, & maxime si idem superius ostendisset efficacibus rationibus, vt arbitratur se ostendisse.

Potest etiam ad idem argui, ex opinionibus ad vtramque partem, quas recitat philosophus: quia ille de motu absolute loquuntur, non autem de primo motu.

Quarto. Si philosophus demonstraret æternitatem motus primi: non vteretur ea conclusione demonstrata, ad probandum sempiternitatem primi motus, alioquin assumeret quod haberet probare, sed vtitur ipsa conclusione demonstrata tamquam principio: ergo &c.

Respondetur ꝙ Arist. non vtitur ad probandum perpetuitatem primi motus, conclusione demõstrata, sed vtitur alijs ibidem, ad probandum sempiternitatem motus declaratis.

Sed cõtra quia philosophus ad probãdum immobilitatem primi motoris, vtitur perpetuitate motus superius demonstrata; ad probandum autem perpetuitatem primi motus, vtitur immobilitate primi motoris; ergo conclusione probata in principio Octaui, ad probandum perpetuitatem primi motus tanquam principio vtitur.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum quidem respondẽt quidam, ꝙ æternitas licet primo motui per se conueniat; tamen per se etiã conuenit motui in cõmuni, & per prius naturaliter.

Quorũdam falsa responsio. Sed ista responsio non videtur vera; quod enim conuenit vniuersali per se, & per prius quam inferiori, conuenit omnibus inferioribus, ut patet per diffinitionem eius quod est primo alicui conuenire. 1. Posterio. Cap. 5.

Ideo videtur mihi aliter dicendum.

Dicitur enim primo ꝙ argumentũ non est ad propositum, non enim dicimus ꝙ philosophus probet æternitatẽ motus, de aliquo motu particulari, alio a motu primo, vt ratio concludit: sed illud probat de motu in communi, non autem de primo motu.

Aliquid ꝙ bari de aliquo cõmuni cõtingit dupliciter. Dicitur secundo ꝙ aliquid probari de aliquo communi, contingit dupliciter. Vno modo: quia probatur sibi primo, & adequate conuenire. Alio modo quia probatur conuenire communi ratione inferius contentorum, non descendendo tamen, ad hoc vel ad illud particulare; sicut si de animali probaretur risibile, non descendendo ad hoc vel illud animal. Primo modo, nõ probat motum in communi, esse æternum, sed secundo modo.

Dicitur tertio quod maior est falsa. Potest enim probari de animali risibilitas; licet animali in communi & abstractæ, non conueniat essentialiter.

Motus dicitur vita per similitudinem. Ad secundum dicitur similiter, ꝙ non est ad propositum. Dicitur secũdo ꝙ motui in vniuersali sumpto conuenit esse vitam subsistentibus, tũ quia quod conuenit inferiori conuenit & superiori; tum quia non dicitur motus vita, nisi per similitudinem, sicut enim animalia tamdiu viuunt, quamdiu in eis aliquis motus apparet, sic & totũ vniuersum (quod quidam dixerunt esse quoddam animal magnum) quãdiu motus est aliquo modo viuit, cessante autem motu non esset, quoniam secundum Simplicium, illa viuere dicuntur, quæ in se principium motus habent; ꝙ cum naturalia omnia sint huiusmodi, ipsa aptitudo ad motum vita dicitur, aut etiam vt Alexandro placet; quia sicut animata sine vita esse nõ possunt, ita nec naturalia sine motu, saltem in aptitudine.

Ad tertium dicitur, ꝙ philosophus de nullo mobili determinato arguit, sed de mobili in communi. Sicut, & ratio motus inquantum huiusmodi, ad nullũ particulare mobile determinat.

Ad quartum negatur minor. Ille enim rationes ab Aristo. inducte sunt cõtra æternitatem motus in communi, non autem contra primi motus æternitatem.

ADDI.

Nota ꝙ disputatio hæc de subiecto huius quæsiti, an principalis intentio Ar. sit de motu cæli, uel de motu in communi est antiquissima inter Arabes Philosophos, & Græcos, & latinos, & quia vnus quisq; in suo sensu abundat.

Aliqui sequuntur opinionem asserentem Ar. intellexisse de motu cæli principaliter.

Aliqui vero defendunt ꝙ Ar. primaria intentione intellexit de motu in communi, secundaria vero de motu cæli, & hæc est sententia D. Tho. inter latinos Simplicij, & Io. Gram inter Græcos, Auic. Alphar. & Auemp. inter Arabes, & est rationabilior, & conformis magis dictis Philosophi, quia de illo motu disputat principaliter hic Ar. de quo intendebant Antiqui contra quos instituitur hęc disputatio, sed Antiqui intelligebant de motu in communi, aut Anax. qui dicebat omnia existere, & quiescere, & deinde intellectus incipiebat mouere, motu segregationis. Emp. quoq; qui dicebat entia in parte moueri & interum quiescere cum amicitia, & discordia, igitur intentio quoque principalis Philosophi, est de motu in communi, & non de motu cæli vt asserunt aduersarij. 8. Phys. Tex. 2.

Pulcra dub. Sed occurrit hic grauior difficultas, quia videtur, ꝙ disputatio proposita de ęternitate motus, sit impossibilis cũ nullus sit motus ęternus, quia nullus effectus est ęternus, sed motus est effectus: motus igitur non est ęternus.

Præterea nullum corruptibile de se est æternum, sed quilibet motus est corruptibilis de se, quia ipse habet contrarium, cum ei priuatiue opponatur quies, probatur maior,

quia si sic natura contingentis mutaretur in necessariam, & ista probatione utitur Auer. cont. Auice. & Alex. ad probandum ꝙ cælum non est corruptibile de se, & æternum ab alio.

Item omne habens finem est corruptibile, sed omnis motus habet finem: igitur omnis motus est &c. Minor probatur, quia finis motus aut inducetur, aut non, si inducetur ergo aliquando finietur motus, si non inducetur: ergo motus est ociosus patet hoc ex Auer. 1. cæli dicente quod infinito tempore mouet, ad nullum finem mouet, & quod ad nullum finem mouet ocioſe mouet.

Comm. 65.

Verum quia Ar. ex natura instantis, & ex natura motus probat æternitatem motus propterea dicendum est secundum sententiam eius motum esse æternum, licet non secundum ueritatem, quę clamat in principio creauit Deus cælum, & terram, sed in doctrina Ar. probatur, primo est natura instantis, quod est continuatiuum temporis, immo instans est continuatio eius scribitur 4. Phys. instans enim præsens exigit tempus præteritum, & futurum: igitur tempus numq̃ incepit: ergo cum tempus existat tempus est æternum: ergo cum non sit tempus sine motu, etiam motus est æternus: hac ratione utitur Ar. in hoc 8. Phys. & 4. cæli: utitur etiam Auer. lib. Dest. Dest. disp. 1. dub. 15.

Gen. c. 1. Tex. 121.

Tex. 11. Tex. 15.

Verum hęc ratio patitur instantiam, quia punctum est duplex scilicet in actu, & in potentia punctum in potentia est partium lineæ continuatiuum, sed punctum in actu non quia punctum in actu est extremum lineæ, ideo terminat eam, & non continuat proportionabiliter tamen in tempore duplicia sunt instantia, unum est instans in potentia & istud est partium temporis continuatiuum, aliud est instans in actu, & illud est terminatiuum temporis & non continuatiuum, quemadmodum datur terminatiuum aut iniciatiuum diei, quod non continuat partes diei, ita dari potest totius temporis terminatiuum, aut initiatiuum instans, quod non est continuatiuum temporis.

1. Meteororum versus finé. Tex. 15.

Sed contra istam responsionem arguunt nonnulli primo quia Ar. ait tempus non habet finem, & 3. cæli quoq; imp. est tempus non esse.

Præterea ex ista resp. sequitur tempus incepisse, quia in instanti temporis initiatiuo fuisset uerum dicere tempus non est, & immediate post instans quod est præsens erit tempus cuius oppositum probatur, quia tunc non esse temporis præcessisset esse, & sic ante tempus fecisset non esse temporis quod est inconueniens, patet consequentia, quia est differentia sine illo cuius est differentia, sed ante est differentia temporis, & sic ante tempus fuisset tempus vt inferam sicuti philosophus, & Auer. inferunt 3. cæli, sequitur fuisse tempus in quo non fuit tempus.

Tex. com. 15.

1. cæli Tex. 69.

Sed ad huc patitur instantiam ratio ista, quoniam extra est differentia loci, neq; valet consequentia extra mundum non est locus ergo extra mundum est locus, similiter non valet ante tempus non est tempus: ergo tempus est ante tempus.

Sed dicitur ad hoc ꝙ est differentia hic, & ibi quia extra mundum non est aliquid, sed si mundus incepisset tunc ante mundum fuisset aliquid, puta Deus, & non solum ante secundum naturam: sed ante denotans successionem, & non æternitatem, quæ est tota simul & indiuisibiliter.

Præterea tempus subcessiuum est ergo alicui subcedit, aut ergo tempori, aut non tempori, si tempori habetur intentum si non tempori tunc nulli subcederet, aut si alicui tunc tempus haberet oppositum contrarium, aut priuatiuum, quia oportet dare subiectum in quo recipiatur tempus, quæ omnia sunt impossibilia, motus enim subcedit quieti existenti in tempore in quo motus esse poterat & tunc oporteret, ꝙ quemadmodum mutatio qua incipit motus, est instantanea ita mutatio, qua incipit tempus esset instantanea.

Secundo potest æternitas ipsius motus probari ex ratione primitatis in motu quia si ipse non esse æternus ipsum præcessisset alius motus probatur consequentia quia si incepisset motus, ipse prius fuisset in potentia, deinde in actu: ergo fuisset subiectum potens recipere motum, & fuisset motor potens mouere: ergo oporteret motorem, aut

aut mobile mutari, aut impediens remoueri, ad hoc vt motus nouus esset. & sic motum cæli præcessisset alius motus.

Tertio potest argui ratione continuitatis in motu & regularitatis eius, quia motus cæli est continuus, & regularis: ergo indiget motore intransmutabili: ergo motor continuauit & continuabit motum.

Quarto arguitur ex æternitate motoris, quã non probo ex motus æternitate quia hoc esset petere principium, sed ex hoc ꝙ motor est prædicatum respectiuum, quod non potest incipere verificari de aliquo, nisi per mutationem in altero extremo relatiuorum, sed mutatio hæc non est in alio a Deo, non etiam in Deo. ergo non incipit verificari motorem esse de Deo, si in alio a Deo esset mutatio, & tunc ante primum motum esset alius motus, & sic potest reuerti Ar. 8. Phys. ab æternitate motoris super motus æternitatem, quamuis probatum fuerit prius, motorẽ esse æternum ex motus æternitate, ex his patet in doctrina Ar. quid tenendum est de æternitate motus.

Tex. 50.

2. Metaph. Comm. 41.

Et argumenta soluuntur de facili, & primum soluit Auer. excipiendo a maiore motum cæli, in substantia enim effecta est materia respiciens genus formarum, ad quas est in potentia, & hanc potentiam frustrari est imp. (vt dixi super 1. Phys.) sed motus cæli quia priuatiue oppositũ habet, non de natura sua æternitatẽ habet, sed quia subiectum respicit priuationem puram, quam nulla forma commitatur, non autem datur agens intendens priuare solum: ideo non est agens quietatiuum cæli, sed agens motum est inuariabile, ideo continuat ipsum, de possibilibus in natura solus motus est æternus, propositio est famosa.

2. Metaph. Tex. 31.

Ex quo soluitur etiam secundum dubium; cum igitur motus sit subcessiuus licet perpetuetur, non sequitur ipsum fieri necessarium, quia illius partes continuc desinunt esse, quod repugnat enti necessario, verum motus ad hũc sensum, quia non potest esse quin cælum moueatur: esse igitur motus quia dependet ex subiecto, & efficiente, quorum vtrumq; est æternum & naturaliter alteri applicatur, perpetuari potest, & sic currit argumentum Auer. contra Auic. & Alex.

Ad vltimum dicitur ꝙ finis principalis motus æterni est intelligentia quæ est perpetua finis secundarius motus cælestis, est eductio formarum generabilium de potentia materiæ, sed non propter hoc cessat motus, quia ille finis primarius durat, & est causa æternitatis in motu, Ideo non oportet ꝙ inducto fine secundario, cessat motus & operatio Artificis, sed secundarius finis acquiritur in potentia materię quo acquisito cessat mutatio vt ait Auer.

Primo de gener. 65. 55.

Quæstio secunda. Vtrum necesse sit mouens & mobile esse prius motu.

Quare prius oportet esse combustibile quam comburatur, & combustiuum quam comburere &c. Tex. III.



QVAERITVR Secundo. Vtrum necesse sit, mouens & mobile esse prius motu, & videtur ꝙ non. Subiectum & passio simul sint, sed motus est passio mobilis: ergo mobile, & motus sunt simul, consequentia nota cum maiori. Probatur minor: quia mobile ponitur in diffinitione motus est enim motus actus mobilis, vt superius in. 3. diffiniuit philosophus, & hic: ergo &c. Tex. 4.

Ad huius difficultatis euidentiam, consiederandum est, ꝙ cum duplex sit prioritas scilicet prioritas naturæ, &

Mobile præcedere motũ alio modo interpretatur S. Th.

alio modo Auer. prioritas temporis hoc Aristo. dictum tex. 4. ℘ inquam oportet prius esse combustibile quam comburatur, & combustiuum antequam comburat. S. Tho. de prioritate duntaxat naturæ interpretatur. Aueroes vero & Simplicius nõ tantũ de prioritate naturæ, sed etiam de prioritate temporis intelligunt. Et si, quidem S. Tho. expositionem sequamur, nulla apparet difficultas. Nam certum est, cum subiectum naturaliter sit prius eo, quod est in subiecto, & mobile sit subiectum motus, ℘ mobile natura & præsuppositione, præcedit motum. Similiter cum quodlibet agens, naturaliter sit prius sua actione, & motiuum sit agens motum, ℘ & motiuum, motũ naturaliter præcedit. Si vero Auerois & Simplicij sententiam defendere voluerimus, multe videtur difficultates insurgere, ex quibus apparet non esse vniuersaliter verum, ℘ mobile sit prius motu secundum tempus & similiter motiũ. Nam vt arguit Ioann. Grammaticus apud Simplicium. Cum illud deducat philosophus ex hac motus diffinitione, motus est actus mobilis, & illa diffinitio tam motui sempiterno, quam motui habenti principium sit communis, illud Aristo. dictum, non solum in motu habente principium; sed etiam in motu sempiterno intelligendum erit. Constat autem in motu sempiterno, non esse verum ℘ mobile precedat motum tempore: ergo non potest vere de prioritate temporis intelligi. Præterea cũ primum, genitus est ignis ex ligno, statim ascẽdit & statim calefacit, si adsit calefactibile. Similiter aqua ex nubibus genita, statim descendit: ergo nõ est vniuersaliter verum, mouentia & mobilia, motum duratione præcedere.

Lect. 2.

Comm. 4.

Sustinendo autem hanc Auerois interpretationem Aduertendum ℘ dupliciter possumus intelligere mobile et motiuum durationem, & tempore motũ præcedere. Vno modo ℘ totum motum præcedant, ita scilicet ℘ illa sint antequam motus incipiat. Alio modo, ℘ terminum motus duratione præcedãt. Et si quidem secundo modo intelligeretur: clarum esset, ℘ duratione præcederent. Nam cum motus quilibet in tempore fiat; & illud præcedat instãs in quo terminatur motus, necesse est vt mouens & mobile quę semper sunt, quamdiu motus est ipso termino, motus sint duratione priora. Sed istum sensum non esse adtentem Aristo. satis ex eius processu constare potest, ideo oportet vt in primo sensu intelligatur.

Tex.com. 4. Mobile & motiuum, tẽpore præcedere motum dupliciter intelligitur.

Aduertendum quoque ℘ mobile & motiuum præcedere motum duratione, dupliciter potest intelligi. Vno modo secundum substantiam suam in actu, ita videlicet ℘ sit substantia ignis in actu antequam calefaciat, & substãtia aquæ sit in actu antequã calefiat. Alio modo communiter, secundum suam substantiam, siue in actu, siue in potentia existentem, puta ℘ ante calefactionem aquæ ab igne, necesse est præcedere ignem & aquam, aut in actu, aut in potentia.

Mobile & motiũ præcedere motũ duratiõe dupliciter pt intelligi.

Considerandum tertio, ℘ possibile moueri dici potest, & quod actu mouetur (non enim moueretur, nisi haberet potentiã vt moueatur) & quod nondum mouetur, sed moueri potest, & sic cum mobile idem sit ℘ possibile moueri, tam id quod actu mouetur, quam id ℘ nondum mouetur, mobile dici potest. Tam enim aqua quæ calefit, quam aqua quæ nondum calefit potest calefactibile quoddam dici.

Dicit

Resp. Simplicij. Dicit ergo Simplicius, ℘ mobile præcedere motum duratione, est verũ tam in motu sempiterno, quam in motu habente principium, sed diuersimode. Nam in motu principium habente, sic mobile & similiter motiuum præcedũt motum: ℘ ipsa sunt non existentem motu, in motu vero sempiterno; non sic ℘ illa sint non existente motu; sed quia mobile dum est sub vna parte motus, est in potentia ad aliam motus partẽ, & illam duratione præcedit. Dũ enim sol per Arietem mouetur, est in potentia ad motum per Taurum, & illum motum per Taurum tempore precedit, ratio autem huius est, quia motus non habet esse totũ simul, sed in fieri eius esse consistit.

Potentia ℘cedit actum tempore in vno & eodẽ.

Sed licet vera sint quæ Simplicius dicit, non videtur tamen mens Arist. esse loqui de prioritate eius, quod sempiterno motu mouetur, cum ex illo fundamento, ex prioritate scilicet mobilis ad motum probare intendat motum incipere non posse, sed esse perpetuum. Et ideo sustinendo, ℘ de prioritate temporis apud Aristo. sit sermo, videtur mihi ad mentem Auerois dicendum primo, ℘ loquitur philosophus, de eo ℘ incipit de nouo moueri, cum prius nõ

Comm. 4. moueretur. Vnde inquit Cõmen. Omne ℘ mouetur, postquam non mouebatur, necesse est vt ante esset possibile vt moueretur. Dicendum secundo ℘ tale mobile necesse est vt talem motum præcedat, non quidem semper secundum suã substantiam in actu, sed aut secundum substantiam suam in actu, aut secundũ substantiam in potentia. Semper enim oportet vt motum de nouo incipientem præcedat aliquid possibile moueri. Vt

Tex.Cõ. 13. enim dicitur 9. Metha. in vno & eodẽ de potentia ad actum procedente, potentia actum tempore præcedit. Aut ergo mobile æternũ est, & motus eius incipit de nouo, & sic mobile secundũ suam substantiam, in actu præcedit motum. Aut mobile de nouo producitur, & sic cũ nihil moueatur motu suæ substantiæ existenti in actu cõuenienti, nisi dum de potentia est eductum in actum. Sicut prius erat in potentia ad suum esse in actu, ita & ad suum motum erat in potentia; licet remota & imperfecta. Et sic in eo possibile moueri, motũ duratione præcedit potentia inquam remota & imperfecta. Sicut enim nubes erat in potentia vt fieret aqua, ita in potentia erat, vt calefieret, & vt moueretur deorsum.

Opinio Simplicij.

Ad primam autem instantiam dicitur primo, ℘ non deducit philosophus ex diffinitione motus, oportere vt possibile moueri, præcedat tempore motum; licet illud videatur Simplicius admittere. Sed tantum ℘ necesse est existere res possibiles moueri, secundũ vnumquemque motum, & etiam ℘ mobile natura præcedit motum. Quod autem infertur, (Quare prius oportet esse combustibilem) non est accipiendũ tamquam ex prius dictis, dumtaxat sequens, sed comtellecta hac propositione in omni eo quod procedit de potentia ad actum, potentia tempore actum præcedit. Si ergo in omni motu necesse est esse aliquid possibile moueri, necesse est si de potentia ad actum procedat ℘ ipsum motum mobile, siue possibile moueri tempore præcedat.

Dicitur secundo, ℘ vtique secundũ Auerois expositionẽ, propositio Arist. non est in motu sempiterno intelligẽda, quamuis Simplicius eã ad motum etiã sempiternum, extendat.

Ad secundam instantiam patet ex dictis

dictis: ꝙ licet res naturales suos naturales motus secundum suam substantiam in actu, non præcedant necessario, illos tamen motus præcedunt, secundū ꝙ sunt in potentia. Potentia enim ad esse ignis, est potentia remota & imperfecta ad motum sursum & ad cale faciendum. Et hoc ad intentionē Arist. sufficit, ꝙ tāquam motu de nouo incipiē te, precedat possibile moueri illo motu, aut potentia propinqua & perfecta, aut potentia remota & imperfecta.

Duplex potentia remota & propinqua.

Licet autem prædicta Auerois interpretatio saluari possit, puto tamen interpretationem. S. Tho. magis ad mentem Aristo. esse. Non enim indigebat Aristo. ad suam rationem hac propositione. Mobilia & mouentia, motū duratione præcedunt. Sed bene hac. Mobilia & mouentia natura præcedunt motum, cum enim motus sit actus mobilis a mouente (vt ex diffinitione motus apparet) & actus presupponat id cuius est actus, necesse est vt motus, & mobile, & motiuum presupponat. Ex hoc autem fundamento Aristo. ad probandum motum esse ęternum procedit.

Opinio S. Tho. est germana ipsius Ar.

Ad rationem principalem in oppositum respondetur. Et dicitur primo, ꝙ si aliquid probat; probat mobile nō esse prius motu duratione, ꝙ concedit. S. Tho. non autem ꝙ non sit prius natura. Dicitur secūdo ad mentem Auerois ꝙ mobile in diffinitione motus positum, non dicit tantum substantiam eius ꝙ mouetur, cum potentia admoueri; sed dicit ipsam substantiam mobilis, sub actu motus existentem, & potentiam habentem ad terminum motus tendentem, siue etiam ad vlteriorem partem motus, & sic verum est ꝙ motus est passio mobilis, & ꝙ mobile nō precedit motum duratione. Cum hoc autem stat, ꝙ vnum quemque motum de nouo incipientem precedit duratione possibile moueri, aut potentia propinqua, aut potentia remota.

ADDI.

Diligenter notanda est propositio ista, mobilia & mouentia natura præcedunt motum, quia ex hac habemus in via Ar. quam vera sit doctrina D. Thom. pluribus in locis apud ipsum, & precipue in hoc 8. Phys. vbi ponit quomodo ęterna habent causam, & quia datur mobile ęternum & motiuum ęternum, & motus ęternus, & si mobile & motiuum sunt priora ipso motu æterno, necesse est vt ipse motus sit causatus, a motiuo & a mobili, & sic ęternum habebit causam, & etiam corpora cęlestia & substātię separate, licet sint ęternę, non est tñ inconueniens, ea habere causam sui esse.

Comm. 15.

Ex quo patet ꝙ quamuis Ar. poneret mundum ęternum non tamen credidit ꝙ Deus non sit causa mundi secundum suam substantiam, quia secundum omnem rectā philosophiam videmus ꝙ si in aliquo inuenitur aliquid secundum participationem, necesse est ꝙ causetur in ipso ab eo cui essentialiter conuenit, sicut ferrum fit ignitum ab igne.

Posito quoq; alio fundamento in via Ar. ꝙ primum principium est ipsum esse per se subsistens, & quod non potest esse nisi vnum, sicut si albedo esset subsistens, non posset esse nisi vna, cum albedines multiplicentur secundum recipientia, & sic cum omnia alia a primo principio non sint suum esse, sed participant esse: necesse est igitur ꝙ omnia quę diuersificantur secundum diuersam participationem essendi vt sint perfectius, vel minus perfecte, causari ab vno primo ente quod perfectissime est: vnde & Plato dixit ꝙ necesse est ante omnem multitudinem ponere vnitatem, & Ar. dicit secundo de diuina philosophia, quod id quod est maxime ens, & maxime verum, est causa

Tex. 4.

causa omnis entis, & omnis veri, sicut id quod est maxime calidum est causa omnis caliditatis.

Com. 104. Quod etiam Auer. dixit secundo cęli & in secundo cap. de substantia orbis ꝙ prioritas secundum naturam, eodem modo reperitur in rebus ęternis, sicut & in generabilibus, pręter quam ꝙ in generabilibus, quæ sunt priora naturaliter, vltra in eis reperitur prioritas temporis.

Opin. Auer. de causalitate Dei. Com. 105. Hęc sententia est expresse contra negantes Deum esse causam in triplici genere causę, vnde primo cęli quoq; ait Auer. causata eodem modo necessitatis sequuntur suas causas in rebus generabilibus, & in rebus ęternis, pręterquam ꝙ in rebus ęternis ista necessitas semper fuit, & semper erit: sed in generabilibus illa necessitas est ligata cū tempore essentię causę tantum, scilicet cum causa fuerit vt sit causatum, & hoc ligamentum, quod est inter causas & causata est manifestius in generabilibus apud nos quam in rebus ęternis, & ideo forte vtitur in ęternis ad inducendum certitudinem necessitatis, quę est inter causas & causata scilicet ponendo eas generatas, cum hęc necessitas sit manifestior inter causas & causata in generabilibus, taceant igitur Iohannes Bacconus & Greg. Arim. docentes Ar. & Auer. non vidisse alium modū productionis in genere causę efficientis, nisi illum qui fit in tempore: patet enim quod ista auctoritas non recipit glosam, quia Auer. defendit Ar. ab argumento Themistij in hoc casu.

Reprehenditur Bac. & Greg. Ar. 2. sent. dist. 1. q. 1.

Vnde in cōmento ad confusionem huius opinionis, Clarius subduntur hęc verba, videlicet generatum & non generatum non differunt in necessitate, quę est inter causam & causatum, verbi gratia ꝙ si domus esset æterna, necessario causę eius essent ęternę, videlicet lapides, & lateres; Manifestum est autem ꝙ si causę materiales domus essent ęternæ multo magis causę efficientes, quia non potest intellectus immaginari domum esse ab ęterno lateribus existentibus ab ęterno, & causa efficiens domus non esse ab ęterno, quia vt ait Ar. 12. primę Philosoph. non enim materia seipsam mouebit sed tertonica & in 2. Phys. materia non coincidit cum alijs causis.

Tex. 30. Tex. 70.

Tex. 14. Adde adhuc ꝙ habetur pri. de gen. & corr. quia causę generationis precipue sunt materia & motor, si igitur generatio domus ab æterno presupponeret materiam ęternam: igitur & agens ęternum, immo magis agens, qnia 3. de anima scribitur ꝙ vbi est dare passum ibi est dare agens, etiam hoc manifestatur ex 9. Metaph. vbi potentia actiua diffinitur per passiuam & e contra, vnde commen. contra Auic. & Alexan. 8. phys. habet ꝙ nihil est possibile ex parte passi, quin sit possibile ex parte Agentis, & e contra, immo magis videtur generatio domus dependere a causa efficiente, q̄ a causa materiali, quia 3. de anima scribit Ar. ꝙ semper honorabilius est agens patiente, & principium materia, vbi principium supponit pro causa efficiente in propria significatione, vt glosat Alex. pri. Phys. sic igitur habemus locum clarum in doctrina Auer. ꝙ ęterna sine implicatione contradictionis possunt habere causam efficientem ab ęterno, cuius oppositū isti tenent contra Auer. & Ar. qui in hoc 8. Phys. reprehendūt Emp. & democritum qui putabant nulli rei sempiternę assignandam esse causam, sed tantum his, quę de nouo incipiunt esse; & 5. Metaph. ait horum quidē itaq; altera causa essendi necessaria, horum autem nulla, sed propter hęc alia ex necessitate, & 2. Metaph. ait vnumquodq; vero maxime ipsum aliorum dicitur secundum, ꝙ in alijs est vniuocatio, puta ignis est calidissimus, &c. & pri. cęli a primo ente deriuatum est esse, his clarius, his obscurius & 12. Metaph, Deus est a quo cęlum & natura pendet.

Tex. 17. Tex. 2. Comm. 79. Tex. 19. Tex. 1. Tex. 15. Cap. de necessario. Tex. 4. Tex. 100. Tex. 36.

Vide D. Tho. q. 44. & Cai. q. 9. p. p.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quæstio tertia. Vtrũ positio philosophi de æternitate mundi, sit possibilis.

Impossibile enim est tempus factum esse, Plato autem tempus generat solus, simul enim cum cælo factum esse, cælum autem factum esse dicit.

Tex. X.

Tex. 4. usq; ad 13.



Væritur Tertio. Vtrũ positio Philosophi de æternitate mundi sit possibilis, & videtur q̃ non.

Primo. Si mundus est productus, aut est productus in instanti, aut in tempore, si instanti: ergo in illo incipit esse; & per consequens non erit æternus. Si in tempore, aut in tempore finito, aut infinito; si finito: ergo non est æternus, illud enim cuius productio tempore finito mensuratur, habet initium sui esse. Si in tempore infinito: ergo aut terminata est productio a parte post, & sic mundus accipit initium sui esse, aut non est terminata, & tunc mundus nunquam erit productus.

Confirmatur. Aut motũ produxit Deus, totum simul, aut aliquod indiuisibile eius. Primum non potest dari: quia motui, sicut & cuilibet alteri successiuo repugnat esse simul, si igitur secundum detur, motus non erit æternus: quia habet aliquod principium scilicet illud indiuisibile eius primo productũ.

Secundo. Sequeretur q̃ aliquod cõtingens posset esse ens necesse esse, consequens implicat contradictionẽ: ergo &c. Probatur consequentia. Ponatur enim q̃ aliqua res cõtingens sit ab æterno. Tunc arguitur sic. Quod infinito tempore est & anihilari a Deo non potest, est ens necesse esse, sed hoc contingens positum esse ab æterno infinito tempore fuit, quo annihilari nõ potuit: ergo &c. consequentia nota cum maiori. Minor probatur: quia si potuit annihilari antequam fuerit tempore infinito: ergo ante instans anihilationis, non fuit nisi tempus finitum: ergo non fuit ab æterno contra suppositum.

Tertio. Causa naturalis, non posset effectum ab æterno producere, si ab æterno esset: ergo neque Deus. Probatur antecedens. Si ignis ab æterno existens produceret splendorem, aut ex nihilo, aut ex materia produceret. Si primum tunc esset Deus, si secundũ sic produxisset per motum, aut mutationem: quia esset eductio entis de potentia in actum, sed quocunque modo producat effectus, non est ab æterno, quia ipsum præcedit mensura motus aut mutationis: ergo &c.

Quarto. Sequeretur dari infinitatẽ animarum in actu, sed hoc est impossibile secundum philosophum. 3. Phy. Achilles philosophorũ. Comm. 4.

Probatur consequentia: quia si mundus esset æternus præcessissent infiniti homines, & per consequens infinitæ animæ, sed anima hominis est immortalis: ergo &c.

Quinto. Si mundus esset æternus, infiniti dies essent accepti, tunc infinito posset

posset additio fieri: quia diebus præteritis, continuæ adduntur dies, in infinitio non esset semper aliud, & aliud accipere: quia iam infiniti dies actu fuissent, & sic extra ipsos qui fuerunt non esset aliquid aliud accipere, hæc

3. Physi. *apud philosophum sunt in conuenientia: ergo &c.*

Comm. 58. *Sexto de ratione infiniti est quod sit actus admixtus potentiæ 3. Physi. sed rationi præteriti repugnat q̃ sit actus admixtus potentiæ (præterito enim nulla inest potentia, cum totum fuerit in actu): ergo &c.*

Septimo. Eo dato pars esset maior toto, sed hoc est contra primum & notissimum principium: ergo &c. Pro-

vide 4. metaph. Tex. 8. *batur consequentia supponendo, q̃ si tempus ex vtraque parte sit infinitũ, præteritum erit futuro æquale. Tunc sit meridies huius diei, a, meridies diei crastine, sit, b, si tempus ex vtraque parte sit infinitum, sicut præteritum ad, a, & futurum est infinitumr ita & præteritum & futurum ad, b, est infinitum. Arguitur itaque sic. Quocunq; tempore præteritum ad, b, est maius, futurum ad, b, est maius, sed futuro ad, a, præteritum ad, b, est maius: ergo futuro ad, a, futurum ad, b, est maius, sed futurum ad, b, est pars futuri ad, a, quia, a, continet ipsum, & tempus ab hodierna meridie, vsque ad meridiem crastinã: ergo pars erit maior toto, consequentia nota cum maior; quia per suppositum præteritum ad, b, & futurum sunt æqualia, minor autẽ probatur. Quodcunque tempus est maius præterito ad, a, est etiam maius futuro ad, a, quia præteritum & futurũ sunt æqualia: sed præteritum ad, b, est maius præterito ad, a, sicut totum sua parte (continet enim totum præteritũ ad, a, & tempus, a, meridie hodierna ad crastinam) ergo præteritum ad, b, est maius futuro ad, a, quod erat probandum.*

Octauo arguitur. Si motus est æternus tam a parte ante quã a parte post nunquam finietur: ergo erit ociosus, patet antecedẽs: quia infinitũ non habet finem, patet etiam consequentia primo auctoritate Cõmen. Quod enim Comm. 45. *inquit infinito tempore mouet, ad nullum finem mouet, & quod ad nullum finem mouet, ocioſe, mouet. Secun-* Tex. 66. 39 *do quia philosophus. 1. Physi. arguit contra Anaxago. Intellectus nititur se gregare, q̃ nunquam complebit: ergo intellectus est ociosus: ergo etiam patet dicta consequentia.*

Respondeo. Primo declarabitur titulus quæstionis. Secundo dicetur ad quæsitum. Tertio de materia quartiargumenti tractabitur.

Quantum ad primum. Sciendũ primo, q̃ nomine mundi, intelligitur in proposito vniuersitas rerum omnium: a primo ente distinctarum, & quæritur de illis. Vtrum æternæ sint omnes res, non quidem quantum ad indiuidua omnium, sed quantum ad species corruptibilium, & quantum ad indiuidua rerum incorrutibpilium.

Aliquid esse æternum dupliciter potest intelligi.

Sciendũ secundo q̃ aliquid esse æternum, dupliciter intelligi potest. Vno modo secundum q̃ æternum significat idem q̃ omni tempore, & sic esse æternum est esse omni tempore, nullamq; temporis differentiam esse, in qua non sit, & hoc modo non quæritur de æterno, constat enim corpora cælestia, & quę ab eorum motu dependent, esse isto modo æterna, cum numquam fuerit tẽpus, nisi existente motu primi mobilis: cuius est passio, vt in quarto huius est

ostensum. Alio modo accipitur æternũ pro eo ꝙ caret principio & fine durationis, & sic quæritur vtrum mundus sit æternus, ideſt vtrũ nõ habuerit principium durationis, nec finem habiturus sit.

Possibile tripliciter potest accipi. Tex. cõ. 17.

Sciendum tertio ꝙ possibile, tripliciter accipi potest, vt dicitur 5. Meth. Vno modo secundum potentiam actiuam, quomodo dicimus calefactionem esse possibilem: quia est aliquid in natura, habens virtutem calefactiuam. Alio modo secundum potentiam passiuam, quomodo dicimus lignum esse combustibile: quia in eo est potentia, qua hoc pati possit. Tertio secundum non repugnantiã terminorum, quomodo dicimus possibile esse sortem esse Imperatorem: quia esse Imperatorem, nullam habet repugnãtiam huic termino Sor. ita scilicet ꝙ sequatur contradictoria esse simul vera.

Impossibile dicitur dupliciter.

Sciendum quarto ꝙ impossibile dicitur dupliciter scilicet, absolute, & ex conditione. Absolute dicitur impossibile, quando non propter suppositionem factam prædicatum repugnat subiecto, sed propter rationes per terminos importatas; sicut hominẽ esse æquũ. Impossibile ex suppositione, quando prædicatum repugnat subiecto, non quidem ex propriis eorum rationibus, sed aliqua suppositione, aut conditione circa subiectum posita, sicut posito ꝙ Sortes ambulet, non est possibile, ꝙ pro eodem tempore sedeat: quia tunc simul ambularet & sederet.

Mundũ esse æternũ quãtum ad res incorruptibiles & quãtum ad species rerũ incorruptibiliũ est possibile.

Quantum ad secundum ponuntur quinque conclusiones. Prima est Mundum esse æternum quantum ad res incorruptibiles, & quantum ad species rerum corruptibilium, est possibile secundum potentiam actiuam. Probatur primo. Habens potentiam infinitam, potest ab æterno effectum producere, quantum est ex ratione potentiæ (potẽtia enim infinita sicut non limitatur magis ad hanc, quam ad illam effectum quantum est ex ipsa: ita non limitatur magis ad hanc, quam ad illam durationem) sed prima causa habet potentiã infinitam, vt inferius probabitur esse de mente Aristo. ergo potens ab æterno, effectum suum producere, sed mundus est eius effectus, vt etiam inferius prababitur: ergo &c. Secundo. Agens cui actio non mensuratur tempore, nec aliquo temporis, potest effectum suum & in tempore, & ab æterno producere, sed actio Dei, neque tempore, neq; aliquo temporis mensuratur: ergo etc. consequentia nota cum minori: quia omnis actio mensurata tempore: aut instanti temporis est corruptibilis, diuina autem operatio est incorruptibilis, vt dicitur. 2. Cæli Maior vero probatur: quia effectus producitur, quando sua actio est, sed actio quæ non mensuratur tempore, neque instanti temporis potest esse æterna; cum nullam dependentiã habeat ad tempus: ergo etc.

bile secũdũ potentiam actiuam.

Tex. cõ. 17.

Mundũ esse æternum est possibile absolute possibilitate importante non repugnantiã terminorũ.

Secunda conclusio est. Mundũ esse æternum est possibile absolute, possibilitate importante non repugnantiã terminorum. Probatur. Si esset repugnantia: aut esset, quia oportet causam durationem præcedere suum effectum, aut quia non esse rei producte de necessitate præcedit esse, sed nullum istorum est necessarium: ergo &c.

Primum probo dupliciter. Primo. nulla causa producens effectum suum subito, necessario ipsum effectum duratione præcedit, sed Deus mundum subito produxit si ab ipso (vt inferius ꝓbabitur) est productus: ergo &c. Maior

ior probatur. In quocunque instanti ponitur res esse, potest poni principiũ actionis eius (in quocunque enim instanti ignis est, incipit eius calefactio) sed in operatione instantanea, idem est principium & finis, sicut in omnibus indiuisibilibus: ergo in quocunque instanti ponitur agens effectum suum subito producens, poni potest finis & terminus actionis eius, sed terminus actionis simul est cum ipso facto: ergo potest factum simul esse cum causa subito agente: ergo non necessario causa talis præcedit effectum suum duratione.

Secundo prima causa non minus potest producẽdo totam substantiam rei, quam producens formam tantũ in producendo formam, sed aliquod producens formã, non de necessitate est prius duratione forma, sed potest agere vt forma sit quandocunque ipsum est, vt patet in solis illuminatione: ergo &c.

Per se esse non ens dupliciter põt intelligi.

Pro probatione secundi notandum, ꝙ omne ab alio productum per se est non ens, ab alio autem habet esse, sed per se esse non ens potest dupliciter intelligi. Vno modo: quia non esse sibi conuenit in primo, aut secũdo modo dicendi per se, & hoc modo nõ intelligo omne productum esse per se non ens, sed sic negationes & priuationes sunt per se non ens. Alio modo quia ipsi solitarie considerato conuenit non esse ideſt remoto omni extrinseco producente non habet esse, & hoc modo intelligitur omne productum ex se esse non ens.

Tunc arguit sic. Si oporteret omne productum habere prius duratione, nõ esse quam esse, non videtur hoc aliam rationem habere, nisi quia non esse cõuenit sibi per se, esse autẽ conuenit sibi per aliud, quod autem per se conuenit alicui prius conuenit sibi eo quod sibi conuenit per aliud: sed hoc non obstat, quia quod aliquid conueniat alicui per se modo superius explanato, nõ arguit nisi prioritatem naturę. Si enim factus fuisset aer a principio lucidus: quãuis sibi relictus tenebrosus esset: nõ tamen esset prius tempore tenebrosus, sed solum prius natura: ergo si mundus acciꝑiat esse ab alio, ex se non habens esse, non oportet vt prius tẽpore sit nõ ens, sed sufficit vt sit prius natura non ens.

Quod conuenit alicui per se ideſt solitarie cõsiderato nõ arguit: nisi naturę prioritatem.

Quod si feratur instantia quoniam id quod prius tantum natura est tale, est simul tempore tale cum altero, si ergo mundus prius tantum natura habet non esse, quã esse, sequetur ꝙ simul tempore sit & non sit.

Dicitur ꝙ aliquid esse tale prius nã altero dupliciter potest intelligi. Vno modo: quia aliquo tempore de necessitate est tale: & sic non dicimus mundum, prius natura esse non ens. Alio modo. quia si sibi relinqueretur esset tale, & hac ratione mundus dicitur prius natura esse non ens, quod enim conuenit alicui per se, & solitarie considerato, dicitur prius natura conuenire, eo ꝙ ab extrinseco rei aduenia.

Dicitur tamen secundo, ꝙ tũc simul tempore res habet esse, & habet aptitudinẽ ad non esse, si sibi relinqueretur.

Si etiam arguatur ꝙ omne productũ transit de non esse ad esse: quia quod est in potentia ad duo contradictoria si vnum acquirit ab altero recedit, & ꝙ consequens non esse præcedit esse duratione.

Dicitur ꝙ assumptum est falsum, nisi sit aliquid de nouo productum, falsum est etiam, quod pro probatione assumitur, non enim quod est in potentia ad cõtradictoria potentia absoluta aut

agentis potentia dum vnum accipit ab altero recedit: nisi nouiter accipiat & per transmutationem, quod æterno non conuenit.

Non est possibile mundū esse æternum possibilitate pōs passiue siue materiæ.

Tertia conclusio est. Non est possibile mūdum esse æternum possibilitate potentię passiue siue materiæ. Probatur. Nulla est materia quæ sit potentia totus mundus: ergo &c. Probatur antecedens supponendo nomine mundi, omnem entitatem a prima causa distinctā intelligi. Si esset aliqua potentia receptiua totius mundi, tunc esset aliqua potentia receptiua omnium formarum, et materiæ primæ, sed hoc est impossibile: quia materia est primum subiectum. 1. Physic.

Circa finē.

Confirmatur: quia si esset aliqua materia, materię receptiua, aut esset a Deo producta, aut non, si producta, aut ex alia materia esset producta: & illa ex alia, & sic esset processus in infinitum, aut esset deuenire ad aliquam non productā, & tunc illa esset Deus: quia nulla res a Deo distincta est improducta, vt inferius probabitur: ergo &c.

Mundū esse æternum est impossibile impossibilitate suppositionis.

Quarta conclusio est. Impossibile ē mundum esse æternum impossibilitate suppositionis. Probatur. Id quod est, necesse est esse, necessitate suppositionis quando est 1. Per iermenias circa finē, sed mundus secundum christianam veriſſimam fidē habuit siue durationis initium: ergo hoc stante necesse est ipsum in tempore incepisse: sed necesse esse, et impossibile non esse equipollent: ergo impossibile est mundum non incepisse.

Confirmatur quia omnis propositio vera de præterito, est necessaria necessitate immutabilis: sed ista est vera mūdus incepit: ergo est necessaria & per consequens oppositа est impossibilis.

Nullum indiuiduū naturæ corruptibilis potest esse æternum secundum mentem Aristo. & Commen. 2. de anima tex. comm. 34. Probatur quia secundum philosophum. 1. Cæli tex. comm. 134. Omne incorruptibile a parte ante, est etiam incorruptibile a parte post. Confirmatur de mente Com. 1. Cęli com. 136. & 3. Cæli com. 53. quod habet naturam siue potentiam vt sit tēpore infinito habet potentiam infinitam: potentia autē infinita nulla est maior, si igitur aliquid potest fuisse tempore infinito: poterit etiam esse tempore infinito, & per cō sequens non erit corruptibile.

Nullum indiuiduū naturæ corruptibilis potest esse æternum.

Infinitum quō secundum se totū ꝓt accipi.

Quantum ad tertium videndum est de materia quarti argumenti vbi tria sunt declaranda. Primum est quomodo infinitum secundum se totum accipi possit. Secundo quomodo infinito possit additio fieri. Tertio quomodo infinitū est actus admixtus potentiæ.

Sciendum itaq; primo, ꝙ aliquid esse totum acceptum intelligi dupliciter potest. Vno modo in esse reali: vt dicatur esse acceptum id, quod secundum se totum habuit esse actu, quod quidem dicitur fuisse acceptum: quia eo existente res aliquę sunt. Alio modo secundum esse in intellectu, & sic dicitur aliquid acceptum quādo ab intellectu secūdum quamlibet partem per modum rei existentis concipitur.

De infinito dupliciter loqui possimus. Vno modo quātum ad vnamquanq; partem eius finitā diuisim. Alio modo quantum ad totam multitudinem partium coniunctim.

De infinito dupliciter sermo haberi potest.

Dicitur ergo primo ꝙ tempus preteritum infinitum est acceptum, & extra intellectum, & in re quātum ad quā libet eius partem finitam diuisim sumptam: quia quælibet fuit certa duratione & finita in actu posita.

Dicitur secundo ꝙ infinitum quantū ad totam multitudinem suarum partiū cōiunctim accipi non potest, neq; sm rē neq; sm intellectū: quia non potuit esse vna certa & finita duratione actu positum. Non sufficit enim ad hoc vt aliquid dicatur secundum se totū acceptū, ꝙ secundum quamlibet partem sit acceptum & in actu diuisim, sed oportet vt omnes partes simul sumpte aliqua finita duratione in actu posite sint, dicitur enim aliquod tempus acceptum: quia ex vtraq; parte captum est: & propterea ex utraq; parte finitum.

Non inconuenit aliq i esse vno mō finitū alio modo infinitum.

Ista videtur esse mens Commen. 3. Comm. 17. Physic. vbi inquit. Apparet vniuersaliter ꝙ illud quod est commune omnibus speciebus infiniti est quādo quis potest accipere ex eo, aliud post aliud in intellectu & indifferenter, siue illud quod immaginatur ex hoc fuerit actio mentis, vt est dispositio in diuisione mē surarum, aut fuerit extra animam, vt est dispositio in motu, et illud quod mēs accipit ex infinito semper est finitum: sed est aliud ab eo quod accipit in præteritum.

Si autem arguatur, quelibet pars infiniti est accepta: ergo totum infinitum est acceptum, negatur consequentia, est enim falatia cōpositionis & diuisionis.

Ex his sequitur ꝙ infinitum tempus secundum se totum pertransiri non potest, licet quælibet eius pars sit pertransita, transitus enim non potest intelligi: nisi inter duos terminos: vnde vana est ratio qua arguitur, ꝙ si tempus fuisset infinitum, infiniti dies essent pertransiti, infinitum autem pertransiri non potest, apparet enim ꝙ infiniti dies sunt ptransiti diuisim: quia quilibet eorum fuit finitus & in actu quomodo non repugnat infinito pertransiri, non sunt autē pertrāsiti in infiniti dies coniunctim.

Sciendum secundo ꝙ additio non potest fieri: nisi ex ea parte qua est finis & terminus, si enim addatur aliquod continuum continuo: ita ꝙ adinuicem cōtinuentur, oportet eorum esse aliquē terminum communem, vt patet ex ratione continui: vnde id cui additio fit oportet aliqua ex parte finitam esse.

Dicitur ergo ꝙ quia infinitum tempus præteritum est finitum a parte post, ad diem enim præsentem terminatur, licet a parte ante sit infinitum: ideo ex parte posteriori sibi additio fieri potest nec illud magis inconueniens est, quam si lineę infinite secūdum longitudinem, finite autem secundum latitudinem fiat ex parte latitudinis additio.

Esse actū ad mixtum potentiæ attribuitur infinito.

Quantum ad tertium sciendum primo ꝙ esse actum admixtum potentiæ attribuitur infinito, ea ratione quia nūquam est secundum se totum in actu: ideo posito aliquo eius in actu, adhuc restat aliquid accipiendum: vnde quod in actu ponitur semper ad alium actum ordinem habet.

Sed aduertendum secundo ꝙ non eo modo dicitur actus permixtus potentiæ & habere ordine ad alium actum in infinito a parte ante, & in infinito a parte post. In infinito enim a parte post: quodlibet in actu positum, est in potentia ad alium actum, qui sibi addi potest, & ita dicitur infinitum esse actus permixtus potētiæ, ꝙ post quemlibet actū sequitur alius actus & alia potentia: sed

sed infinitum a parte ante & in præterito, non dicitur hoc modo actus permixtus potentiæ, datur enim aliquis actus quem non sequitur alius actus, aut alia potẽtia ad ipsum (scilicet) præteritum pertinens: quia versus nos habet finem & terminum: sed dicitur permixtus potentiæ: quia ante quemlibet actum præcessit alius actus, & ante quamlibet potentiam præcessit alia potẽtia, & nunq̃ est deuenire ad aliquẽ actũ, quẽ nõ præcesserit alius actus & alia potentia, nõ enim est ibi primum inuenire, nec vnq̃ incepit tale infinitum exire in actum: sicut infinitum a parte post, nunquã cessabit exire in actum.

Quomodo mundus est creatus.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primũ dicitur primo q̃ creatus esset mundus quantum ad incorruptibilia in instanti.

Dicitur secundo q̃ illud instans non est instans fluens, siue instans temporis: quia res incorruptibiles tali instanti nõ mensurantur, sed esset instans permanens quod est instans eui.

Dicitur tertio q̃ non sequitur mundum incepisse si est productus in tali instanti: quia dicitur aliquid incipere quãdo in aliquo instanti temporis, primo accipit esse, nõ autem quia instanti permanente mensuretur.

Ad confirmationem dicitur q̃ motũ produxisset Deus, non totum simul, nec secundum aliquod indiuisibile eius primo productũ: sed ante quodlibet determinatum, esset aliud prius productum, & sic in infinitum: ideo non sequitur q̃ esset duratione finitum: quia ad hoc vt aliquid successiuum duratione finitũ dicatur, oportet q̃ sit aliquod indiuisibile eius primo productũ: vnde ratio supponit si tempus esset productum, q̃ daretur in eo aliquod primum: hoc autem falsum est ponendo mundum æternum.

Quæ necessitas tollat cõtingentiã.

Ad secundũ dicitur primo q̃ duplex est necessitas scilicet absoluta, sicut hominem esse animal, & conditionata, sicut sortem sedere dum sedet. Prima necessitas tollit contingentiã, non aũt secũda, si ergo accipiatur ens necesse esse absolute: negatur consequentia: si autem ex conditione, negatur falsitas consequentis, non enim implicat aliquid esse cõtingens et ex cõditione necessariũ.

Dicitur secundo q̃ si aliquod contingens ab æterno productum esset, illud esset ens necesse esse ex suppositione, non autem absolute. Vnde necessario Deus illud per infinitum tempus cõseruasset, per nullum tamen tempus finitũ aut instans necessario conseruasset. Data namq; quacunq; parte temporis finita in qua ipsum conseruasset, potuisset milies, antea annihilare.

Dicitur tertio q̃ philosophus non cõcederet aliquid contingens & corruptibile posse esse ab æterno, vt superius est ostensum.

Vide pulcherrimum exemplum.

Ad tertium negatur antecedens dicitur enim q̃ si sol ab æterno fuisset potuisset splendorem ab æterno de diaphano producere.

Dicitur secundo q̃ tunc produxisset splendorem illum in aere, non per motum aut mutationem: sed per quandam simplicem actuationem.

Dicitur tertio q̃ ibi proprie nõ esset reductio potentiæ ad actum: quia non esset potentia ab actu distans quod est de ratione reductionis de potẽtia ad actum: sed esset potius quædam actuatio potentiæ per actum.

Ad quartum licet multi diuersimode respondeant, aut vnicum omniũ horum ponendo intellectum, aut animã cum corpore interire, aut alia ponendo ex qui-

ex quibus deuitant multitudinem animarum infinitam, secundum tamen mẽtem S. Thom. dicitur q̃ non repugnat principijs ab Arist. positis dari infinitum in actu in rebus immaterialibus: ipse enim solum probat infinitum actu non dari in corporibus naturalibus, nõ autem in rebus immaterialibus.

2. Com. ca. 81.

Sed licet philosophi principijs nõ repugnet, videtur tamen veritati repugnare q̃ detur infinitum in actu, vnde.

1. parte q. 7. art. 4.

S. Tho. ex proposito probat impossibile esse dari multitudinem actu infinitã. Aut ergo opportebit dicere non posse mundum esse æternum, aut animam intellectiuam simul cum corpore corrumpi, siue desinere esse.

Posset ad hoc primo dici q̃ non implicat contradictionẽ, multitudinẽ esse actu infinitam, & q̃ S. D. non probat illud esse simpliciter impossibile, sed secundum cursum nunc rebus inditum, & nobis notũ, posse tñ simpliciter fieri a Deo: vt sit multitudo actu infinita.

Posset secundo dici tenendo q̃ simpliciter impossibile sit talem multitudinem dari, q̃ si mundus fuisset ab æterno productus, inuenire potuisset Deus modum, quo generatione hominum in infinitum durante, non esset infinitas animarum, vel scilicet easdem animas finitas existentes reuniendo diuersis corporibus, vel faciendo animas simul cum corporibus per subtractionem sui influxus desinere. Quę quidem licet inconuenientia videantur secundũ cursum nunc in rebus existentem, posset tamen conueniens esse secundum alium cursum, quem rebus Deus imponeret. Neque enim rationabiliter negari potest Deum potuisse rebus alium modũ prẽter eum qui nunc est imponere.

Deus inueniret alium modum ab isto qui nũc est in mundo ne detur infinitas.

Ad quintum dicitur primo q̃ infinitos dies fuisset acceptos, potest intelligi aut coniunctim, & sic negatur prima consequentia, aut diuisim, & sic negatur falsitas consequentis, vt patuit.

Dicitur secundo nõ esse inconueniẽs, infinito fieri additionem ex ea parte, qua finitum est, vt ponit Com. 3. Cæli. Comm. 32.

Dicitur tertio q̃ semper est aliud & aliud accipere ex ea parte qua præteritum est infinitum, quocunq; enim eius accepto, semper restat aliquid accipere quod fuit prius eo, & nunquam est deuenire ad primum diem: vnde negatur tertia consequentia.

Dicitur quarto q̃ non valet ista consequentia, omnes dies actu fuerunt: ergo non est aliud cõtinue accipere: quia in infinito a parte ante non dicitur semper esse aliud & aliud accipere: quia aliqua parte existente in actu semper alia & alia sit futura: sicut accidit in infinito a parte post: sed quia si intellectus noster incipiat a presenti die numerare, ad dies præteritos, nunquã ad aliquem diem deueniet qui sit primus.

Ad sextum dictum est superius q̃ nõ obstante q̃ omnes partes temporis præteriti fuerint in actu, semper tamen est ibi actus admixtus potentiæ, eo modo quo conuenit infinito a parte ante.

Aequale, & maius dicitur dupliciter.

Ad septimum aliorum prætermissa responsione negatur consequentia. Ad probationem dicitur primo q̃ æquale maius, & minus dicuntur per comparationem ad aliquem terminum, dicitur enim vna quãtitas æqualis alteri: quia termini vnius, terminos alterius nõ excedunt: vna vero maior altera quando termini vnius excedunt terminos alterius, ex quo sequitur q̃ si aliquæ quantitates sint infinite ex vna parte, & ex alia finite, ex ea parte qua finite sunt possint habere comparationem secũdũ

æquale

æquale maius, aut minus secundum ꝙ vnius terminus excedet, aut non excedet terminum alterius, ex parte vero qua infinite sunt, non possunt talem comparationem habere, cum ibi nullus terminus sit.

Dicitur secũdo ꝙ in huiusmodi quãtitatibus ex vna parte infinitis, ex altera vero finitis, si debet esse dicta cõparatio oportet, ꝙ accipiantur termini ex eadem parte in vtraque scilicet si accipiatur terminus ex parte vnius tamquam eius principium, similiter accipiatur in altera, & si altera terminus accipiatur tamquam finis, in altera similiter capiatur. Si enim accipiantur duę lineæ, quarum vna ex parte orientali sit finita, & altera vero parte ad medium terræ terminetur, altera autẽ incipiat ab eodem medio terræ, & inuersus occasum in infinitum tendat, istę lineæ æquales nequaquam dici poterũt æquales, nec vna maior altera, cũ terminus vnius sit eius finis, alterius autẽ terminus sit illius principium, sed si duę lineę ex parte orientali infinitę ad medium idem terminentur illę æquales aliquo modo dici poterũt, & si vna ad tale medium terminetur, altera vero vlterius prætendatur, vna maior alia dici poterit.

Ex istis sequitur ꝙ si duo tempora prętĕrita infinita ad idem instans terminarẽtur, illa aliquo modo essent æqualia: quia terminus vnius non excederet terminum alterius & si terminus vnius esset termino alterius vlterior vnum esset altero maius, eodem modo de tẽporibus futuris infinitis ab eodem instanti incipientibus, ꝙ de temporibus quorum principiũ vnius alterius principium antecedit est dicendum.

Quomodo soluitur dubium.

Si cõtra hoc instetur quia tunc dies erunt æquales annis, cum ad instans idem terminentur.

Dupliciter inflãtia de infinitate dictorum.

Dupliciter responderi potest. Primo ꝙ hoc non est inconueniens in tempore infinito, licet inconueniens esset acceptis annis finitis, diebusque finitis in eis existentibus.

Secundo & melius, ꝙ de diebus & annis dupliciter loqui possumus, scilicet per modum vnius continui totum tempus annorũ, tamquam vnum continuũ tempus accipiendo, & similiter totum tempus dierum & per modum discreti, secundum videlicet ꝙ ipsum tẽpus continuũ per plures partes numeratur quę sunt annus, aut dies. Si primo modo accipiamus, sic non est inconueniẽs immo necessarium, ꝙ dies sint æquales anni, cum idem instans sit terminus annorum & dierum. Si autem secundo modo accipiamus, sic dies sunt plures annis, sicut si duæ lineę ex vna parte infinitæ, ex altera vero finitę terminentur ad idem punctũ, erunt equales per modum quantitatis continuę non autẽ per modum quantitatis discrete, si in vna accipiantur partes bicubite, in altera vero partes vnius cubiti, partes enim vnius cubitales sunt plures partibus bicubitalibus & suipsius & alterius lineę nec terminantur, vt sic ad instans sed ad vnitates, numerus enim mensium terminatur ad vnitatem mẽsis vltimi & numerus dierum ad vnitatem diei.

Dicitur ergo primo ad rationem, ꝙ prætĕritum ad b, est maius prætĕrito ad a, quia terminus prætĕriti ad b, tantum excedit terminum prætĕriti ad a, quantum est tempus, quod inter meridiem hodiernam, & meridiem crastinam mediat, & per oppositum futurũ ad a, est maius futuro, ad b, quia principium

cipium futuri ad a, principium futuri, ad b, antecedit.

Aperitur falsitas fundamenti.

Dicitur secundo ꝙ supposituũ assumptum est falsum. In illis enim non accipitur terminus ex eadem parte. in prętĕrito enim accipitur terminus ex parte finis, in futuro autem ex parte principij quomodo diximus non esse comparationem inter infinita secundũ æquale, aut secundum maius & minus.

Dicitur tertio ꝙ ratio nihil concludit: quia fundatur super dicto falso fundamento; vnde maior rationis est falsa, & assumptum ad eam probandã est falsum, scilicet ꝙ prætĕritum ad, b, & futurum ad, b, sint æqualia, eodem modo falsa est alia propositio, ꝙ scilicet quodcũq; tempus est maius prętĕrito ad, a, sit maius futuro ad, a, fundatur enim super eodẽ fundamẽto, scilicet ꝙ futuro ad, a, æquale sit prętĕritũ ad, a, ꝙ falsum est.

Ad octauum negatur consequentia, sit enim motum nunquam terminari termino intrinseco, & tamen non esse ociosum: quia ordinatur ad aliquem extrinsecum finem, quem consequitur.

Sed contra habito fine cessat motus, vt habet Commen. 12. Metha. ergo implicat cõtradictionem motũ nunquã cessare, & tamen finem suum aliquando adipisci. Comm. 36.

Finis motus est duplex.

Respondetur ꝙ duplex est finis motus, quidam scilicet qui sequitur motũ, & quidam, qui eum concomittatur. Propositio Commen. vera est de fine primo, non est autem vera de fine secundo, de quo loquimur cũ dicimus motum infinitum aßequi finem suum hic enim finis est imitatio primæ intelligentiæ, in causando, & hic semper concomittatur motum.

Vide mentẽ Auerr.

Ad primam probationem cõsequentiæ quę ex verbis Commen. assumitur, dicitur ꝙ Commen. loquitur de motu recto, non autem de motu circulari, vt ipsemet declarat.

Contra Anaxag.

Ad secundam dicitur, ꝙ ratio philosophi procedit contra Anaxagoram, quoniam intellectus ille finem intendebat quem nunquam poterat adipisci, extrahere scilicet quodlibet, ex quodlibet, ꝙ erat impossibile si in vnoquoq; erant infinitæ partes minime, sed hoc nihil ad propositum consequentiæ nostræ facit.

ADDI.

Disp. 1. Dub. 1. Nota hic quomodo ex intelligentia harum conclusionum, poteris soluere multa argumenta Auerroistarum de mundi æternitate: arguebat enim Auer. lib. Dest. Dest. ex natura mouentis, si mundus, aut cælum esset factus, aut ab æterno, aut non, si primum aliquid inclinasset Deum ab æterno ad agendum, quod nunc non inclinaret, & sic nouitas esset in Deo, Si secundum, tunc etiam aliquid inclinasset Deum ad agendum, quod ab æterno non inclinasset, neque nunc inclinaret, & sic fuisset Deus aliquando potentia agens, aliquando actu & sic ab alio agente reduceretur in actum.

Cap. 1. Comm. 19. Arguit secundo ex æternitate motoris & motus ex qua necessario infertur æternitas mobilis, vt in lib. de substantia orbis, & 12. metaphi. ait ꝙ si Deus mundum de nouo fecisset, tunc Deus fuisset ante mundum, & sic tempus fuisset ante mundum, patet consequentia, quia ante, est differentia temporis, & consequenter mobile, motus, & motor, præcecissent, & sic mundus fuisset ante mundũ, & similiter deduceretur, ꝙ mundus esset post mundum.

Disp. 1. Dub. 3. Tex. 3. Et Dest. Dest. ait imp. est reperiri causam cum omnibus cum quibus est causa, & non reperiri effectum, quia causatum & causa in actu, sunt simul & non sunt 5. metaph.

sed ab æterno fuit Deus, in quo non est noua voluntas, neque nouiter vult, neque noua proportio ad aliud: ergo non nouiter mundū produxit, si aūt esset Deus causa in potentia, tunc indigeret reducente ipsum ad actū, & sic nō esset Deus cā sufficiēs.

Comm. 46. Arguit quoque 8. physi. si nouus est mundus, aut potuit principium mundi plus, vel minus distare ab instanti præsenti, aut non, si non, prius potuit Deus producere mundum neque post, si sic, quare non prius, neque post produxit.

Hæc omnia & similia soluuntur, quia Deus est agens voluntarium, & quamuis habuit voluntatem ęternam producendi aliquem effectum, non tamen produxit æternum effectum, nec est necesse, ꝙ præsupponatur aliqua mutatio, nec etiam propter imma ginationem temporis, aliter enim est intelligendum de agente particulari, ꝙ præsupponit aliquid, & causat alterum, & aliter de agente vniuersali, quod producit totū, sicut agens particulare producit formam, & præsupponit materiam vnde oportet ꝙ formam indueat secundum proportionem ad debitam materiam, vnde rationabiliter in ipso consideratur ꝙ inducit formam & in talem materiam, & non in aliam ex differentia materię ad materiam, sed hoc non rationabiliter uidetur in Deo, qui simul producit formam & materiam: Sed consideratur rationabiliter in eo, quod ipse producit materiam congruam formę, & fini, agens autem particulare præsupponit tempus, sicut & materiam, vnde rationabiliter consideratur in eo quod agit in tempore posteriori, & non priori secundum immaginationem subcesionis temporis post tēpus, sed in agente vniuersali, quod producit rem, & tempus, non est considerare, quod agat nunc, & non prius secundum immaginationem temporis post tēpus, qua si tempus præsupponatur eius actioni: sed considerandum est, ꝙ dedit effectui suo tē pus quantum voluit, & secundum ꝙ conueniens fuit ad suā potentiā demonstrandā.

Manifestius enim mundus ducit in cognitionem diuinę potentiæ creantis, si mundus non semper fuit, q̄ si semper fuisset, omne enim quod non semper fuit, manifestū est habere causam, sed non ita patet de eo, quod semper fuit, vide D. Th. 2. sent. vbi con-

Dist. 1. q. 1. ar. 5. & dist. 2. q. 1. ar. 3. cludit Deū ab æterno voluisse producere mundū pro illo tūc, quando produxit ipsum.

Et siquis argueret adhuc ex natura modi producendi, quia si Deus produxit mundum, aut cælum, aut naturaliter, & sic ab æterno, pater consequentia, quia potens indutia ri, contingenter, & non naturaliter agit, consequens est falsum: si autem uoluntarie tunc voluntas circa contraria, contradictoria, priuatiua, ad quorum nullū natura liter determinatur ind ferenter se haberet, & non magis ad unum q̄ ad alterum incli natur: ergo ad hoc vt eligat Deus esse mundi, ip.e indiget determinante, & nullum est nisi ipse: ergo a causa uoluntaria indiferenter se habente potest determinatio effe-

Comm. 48. ctuum prouenire: quod repugnat rationi voluntatis contingentis vtpatet 2. Phys. cū enim voluntas magis eligit unum, q̄ alterum est propter denominationē in vno, quę non est in altero, & si nulla est denominatio in vno, quæ non sit in altero, tunc voluntas ambo æqualiter respicit.

Disp. 1. Hāc ratione vtitur Auer. lib. dest. dest. sed deceptus est Auer. in hac ratione sua non cō siderans Deum esse agens voluntarium, quod ex se habet necesitatem, & determinat seipsum ad hoc, vel illud volitum, ad quod habet habitudinem non necessariā, sed illud agens, quod ex se est contingens, oportet ꝙ determinetur ab aliquo exterio ri ad effectū: vnde est valde reprehensibilis hic Auer. sicut reprehēdit ipsum D. Aug. in lib. de ciuitate Dei, vbi narrat qualiter Philosophorum ponentium mundi ęterni tatem, fuit duplex opinio, Quidam posuerunt ꝙ substantia mūdi non sit a Deo. Qui dā autē dixerunt esse a Deo. Sicuti si pes semper fuisset in puluere semper subesset ei vestigium, quod a calcante factum nemo dubitaret, sic & mundus semper fuit semper existente, eo qui feci■

p. p. q. 19. de voluntate Dei. 11. de ciuitate Dei c. 14.

q. 1. art. 17. quolib. 3. An opinio Ar. reducetur ad primam, vel ad secundam, vide D. Tho. de potentia Dei, & in quolib. sed prima opinio cum sit irrationabilis, & intollerabilem contineat errorem, non potest Ar. attribui, qui nihil sine ratione dixit. vide in secundo lib. cont. gentiles c. 34. & 37. & in lib. 3. c. 68.

Quæstio

Quæstio quarta. Vtrum necesse sit mundum esse æternum.

Si igitur hoc impossibile est manifestum est: quod perpetuus est motus &c. Tex. XIII.

Tex. 17. Quæritur Quarto. Vtrum necesse sit mūdum esse æternum. Videtur ꝙ sic.

Primo. Quandocunque est actio indiuisibilis productiua alicuius effectꝰ: ille effectus est: quia ibi fieri, non precedit factum esse, sed productio vniuersi, est actio indiuisibilis & est ęterna: quia est idem ꝙ diuina substantia 2. Cæli: ergo mundus est ęternus.

Tex. 3. & 2. phy. tex. 17. & 2. poste. tex. 13. Secundo. Posita causa sufficienti in actu, oportet effectum poni: quia causa in actu & effectus in actu sunt simul 5. Metha. Physi. & 2. Poste. sed Deus ab ęterno est causa sufficiētissima ad mundi productionem: ergo &c.

Si dicatur ꝙ Deus est causa agens per voluntatem, maior autem non est vera de tali causa, sed tantū de causa naturali.

Contra arguitur. Agens per voluntatem non retardat exequi propositū, nisi propter aliquod futurum expectatum, vel quia scilicet expectatur perfectio virtutis ad agendum, vel cuiuscunque impedimenti remotio: vel saltem præsentia temporis, ꝙ si nullum horum adsit, et effectus non sequatur, non erit voluntas perfecta, sed quicquid Deus vult vt sit ab æterno voluit vt esset, cum nouus motus voluntatis aduenire illi non possit, nec aliquid cū expectare oportuit: quia potentia sua complectissima est a nullo quoque eius voluntas impediri potest, tempus vero est ab ipso productum: ergo &c.

Tertio. Si mundus incipit esse de nouo: ergo prius duratione habuit nō eße quam esse: ergo aut illud erat non esse simpliciter, aut non esse in materia. Si primo modo sic nunquā incepisset: quia ex nihilo simpliciter nihil fit secundū omnium communem opinionem, & habetur a philosopho. 1. Physi. tum etiā quia sequeretur vnū oppositorum mutari in alterum secundum Commen. 1. Physi. & 3. Cæli 2. de generatione Si erat, non esse in materia: ergo materia mutabilis præerat ante mundum & tempus, sed omne tale aut tempore mensuratur, aut tempori coexistit: ergo ante tempus erat tempus ꝙ est inconueniens.

Ex nihilo nihil fit. Tex. 75. 1. Physi cō. 15. & 3 Cęli. comm. 15. & 2. de ge. cō. 6. Et 4. met. comm. 27.

Quarto arguitur de necessitate non cessabit mundus. Motus cæli nunquam cesßabit: ergo neque corpora cęlestia. Antecedens probatur tripliciter. Primo si motus cessaret, hoc non posset esse, nisi propter aliquam lassitudinem, aut violētiam in moto, sed cęlum in suo motu non fatigatur, vt dicitur. 2. Cęli. neque violentus vllo modo est. 2. Cęli Tex. 3. ergo &c. Secundo frustra est potentia quę non reducitur ad actū, sed in quocunque situ ponatur sol est in potentia ad alium situm: ergo si nō reduceretur in actum esset frustra, sed si cessaret motus non reduceretur ad actum: ergo esset frustra, natura autem nihil facit frustra. 1. Cæli ergo &c. Tertio non

1. Cęli Tex. 32. & 2. Cęli. Tex. 59.

est maior ratio quare sol quiescat in Oriente, quam in Occidente, aut in quo cumque alio situ orbis, neque in omnibus simul potest quiescere: ergo nullibi poterit quiescere, & per consequens semper necessario mouebitur. Antecedens patet quia indifferēs est sol ad hoc vt sit in Oriente, aut in Occidente, cum idem punctum sit principium & finis
Tex. 100. & similiter mutatum esse. 1. Cæli alio quin ad locum in quo naturalius esset velocius moueretur.

Quinto principaliter. Si mundus nō esset æternus, tunc appetitus naturalis corruptibilium esset frustra, appetunt enim vniuersa perpetuitatem, quam cum in indiuiduo consequi nō possint in
Tex. 34. specie appetunt 2. de anima.

Circa istam difficultatem. Primo determinabitur veritas. Secundo videbitur quam necessitatem habeant philosophi rationes. Tertio supposito, ꝙ mundus potuerit esse ab æterno & in tempore, assignabitur ratio probabilis qua re magis sit in tempore productus quā ab æterno.

Multipliciter contigit aliquid fieri. Quantum ad primum. Sciendum primo ꝙ multipliciter aliquid fieri contingit scilicet. Per motum solum: sicut aqua per calefactionem fit calida. Per mutationem sequentem motum de necessitate, sicut forma aeris introducitur in materia aque per generationem, quę alterationem consequitur. Per mutationem sequentem quidem motum: sed non de necessitate, sicut sit lumen in aere per illuminationem, quæ motum localem solis consequitur, sed tamen etiā quiescente sole, præsenteque aeri fieret lumen in aere, per simplicem quandam emanationem.

Fieri & factum esse &c, diuersimode se habet. In eo enim quod fit per motum aut mutationem, quę de necessitate motum consequitur fieri mutatum esse precedit, prius enim aqua calesit, quam sit calefactā, & prius Sor. generatur quam sit genitus, dicitur enim generari quam diu materia ad introductionem formæ substantialis alteratur. In eo autem quod per simplicem emanationem fit, aut per mutationem, quę non de necessitate motum consequitur, simul est fieri & factum esse, simul enim aliquid creatur & creatum est, & illuminatur & illuminatum est.

Sciendum tertio ꝙ simplex emanatio a motu, & ab omni mutatione differt: quia omnis motus & mutatio præsupponit subiectum quod prius sit sub termino a quo q̄ sub termino ad quem, vt habetur a Commen. 1. Physi. Simplex autem emanatio nullum subiectū de necessitate præsupponit. Creatio enim est productio totius esse rei idest cuiuscunque concurrentis ad esse rei.

Sciendum quarto, ꝙ cum dicimus mundum esse ab æterno productum, dupliciter potest intelligi. Vno modo vt ly ab æterno negatiue accipiatur per negationem inceptionis essendi per motum aut mutationem, quę vere mutatio sit, quod dico propter illuminationem, quæ non est vere mutatio: sed simplex emanatio vt sit sensus, mundus est ab æterno idest non cepit esse per motum, aut mutationem. Alio modo vt ly ab æterno omnem inceptionem essēdi quocunque modo neget.

Respondetur itaque duabus conclusionibus. Prima est. Necesse est mundum ab æterno esse secundum, ꝙ ly ab æterno inceptionem essendi per motum aut mutationē negat, quamuis iste modus loquendi sit improprius.

Pro-

uersis modis pōt considerari.

Simplex emanatio a motu & mutatione differt.

Mundū ab æterno esse necesse est: quō intelligatur.

1. Phy. tex. 64 & 5. Phy sic. tex. 17. Probatur. Omne quod incipit esse per motum aut mutationem presupponit aliquod subiectum, quod de non esse ad esse transmutetur, mutatio enim omnis est inter duos terminos, sed mundus ad sui productionē nullum subiectū præsupponit, nomine. n. mundi intelligimus omnē rem a Deo productā, & per cōsequens nihil illi ꝓductū presupponi pōt.

Secundo. Omne quod per motum, aut mutationem producitur, prius fit quam factum sit: quia omne mutatum
Tex com. 52. & 54. esse præcedit mutari 6. Physi. sed mūdi non potest esse prius fieri quam factum esse: quia non est ibi aliquod subiectum factionis præcedens factum esse, quod dicatur aliter se habere nunc, quā prius: ergo &c.

Si dicatur ꝙ prius producta est materia & postmodum alie res.

Contra. Aut materia in illo priori erat sine omni forma, & hoc est impossibile, aut erat informata forma, & ꝙ consequens aliqua natura: ergo impossibile est in productione, qua tota substantia vniuersi producitur fieri precedere factum esse.

Non est necesse mundum per negationem inceptionis essendi quocū que modo ab æterno esse. Secunda conclusio, quę est secundū fidē christianā est. Non est necesse mūdum per negationem inceptionis essendi quocunq; modo ab æterno esse.

Probatur primo: quia fides christiana ponit ipsum incepisse per simplicem emanationem, quæ nihil aliud importat quam acceptionem esse ab alio, eße dico ab essentia, & ab esse producentis distincti, quod dico propter productionem filij in diuinis.

Cap. 31. Probatur secundo ratione S. D. secundo contra gentiles. Si necesse est mundum esse ab æterno, aut istam necessitatem habet mundus a se, aut ab alio, sed neutro modo conuenit mundo: ergo &c. Probatur minor primo quo ad primam partem. Quod habet esse ab alia, non habet necessitatem essendi a se, sed mundus habet esse ab alio, vt supponitur: ergo &c. Probatur maior quia ex opposito prædicati infertur oppositum subiecti, sequitur non hoc habet ex se necessitatem essendi: ergo impossibile absolute & simpliciter est ipsum non esse: ergo est de se ens: ergo non habet esse ab alio: ergo a primo ad vltimum habet necessitatem essendi a se: ergo non habet esse ab alio. Quo ad secundam vero partem probatur. Si habet istam necessitatem ab alio, aut sicut a causa efficiente, aut sicut a causa finali. Si primum. Contra necesse est effectum causæ efficientis esse: quia necesse est agentem agere, sed non est necesse Deum producere creaturas, immo ex voluntate agit non solū secundū Theologos, sed etiam secundum mētem Philosophi, vt inferius probabitur: ergo &c. Si secundum. Contra ordinatum ad finem necessitatem nō habet ex fine, nisi aut quia finis sine ipso esse non pōt: aut non ita bene, sed neutro modo se habet res creata ad diuinam bonitatē, quę est finis: quia & est per se necesse esse, & secundum se perfectum nulla indigens creatura: ergo &c.

Necesse est motū & mūdum semp durare ipsa natura rei cōsiderata. Tertia conclusio est. Necesse est motum & mūdum semper durare ipsa rei natura considerata, licet aliter per diuinam potentiam esse possit.

Secūdo pars ab omnibus Theologis concedutur: quia quod accipit initiū durationis potest etiam desinere esse saltem per potentiā facientis, mundus aūt sm̄ fidem accipit initiū suæ durationis.

Prima vero pars ꝓ rationes in principio questionis adductas ꝓbatur, & ꝓ rōnem phis. hic de qua inferius uidebit.

Quantum

Quam efficaciam habeant rationes Aristo. probantes mundi æternitatem.

Quantum ad secundum scilicet de rationibus philosophi. Arguit primo philosophus tex. 4. supposito ꝙ ad hoc vt sit motus requiratur mobile & mouens. Si motus non semper fuit sed habuit initium sue durationis: necesse est aut mouentia, & mota facta esse, cum prius non fuerint, aut esse perpetua. sed vtroq; modo sequitur ante primam mutationem esse aliam mutationem quod contradictionem implicat: ergo &c.

Quod ex prima parte illud sequatur probatur sic. Si factus est motus nullo modo prius existens, oportet mobile esse: quia motus presupponit mobile: sed per te mobile est factum: ergo ante primam mutationem, quam ponis, necesse est aliam mutationem esse, illam scilicet qua mobile producitur, & sic in infinitum arguendo de subiecto mutationis qua fit mobile.

Quod etiam ex secunda parte idem sequatur quãuis irrationale videatur, ꝙ positis mouentibus & mobilibus naturalibus non sit motus. Probatur. Si mouente existente, & moto, incipit omnino motus, prius non existens: ergo in mouente, aut mobili facta est aliqua mutatio, sed illa erit prior mutatione, quam ponis primam: ergo &c. Proba

Priuatio cui ineſt.

tur consequentia. Priuatio non ineſt susceptiuo habitus: nisi propter aliquam causam: sed mobile per te prius quiescebat: ergo erat aliqua causa quietis, vel ex parte motiui vel ex parte mobilis. Tunc vltra. Si aliquid ex causa aliqua, quiescẽs debeat incipere moueri, oportet causam quietis remoueri, manente enim causa quietis maneret quies sed talis causa remoueri non potest: nisi per motum, aut mutationem: ergo ante primam mutationem esset alia mutatio hanc rationem assumit Commen.

Cap. 4.

de subiecta orbis.

Ista ratio philosophi concluderet cõtra fidem de inceptione mũdi, si dicere mus mundum per mutationem, aut motum incepisse, hoc autem nõ dicit fides, sed per simplicem emanationẽ incepit.

Dicitur ergo primo ꝙ primum mouens fuit ab æterno, mobilia autem omnia inceperunt esse per creationem.

Dicitur secundo, ꝙ nõ sequitur ante primam mutationem esse aliam mutationem, mobilia enim per mutationem non sunt producta, sed per simplicem emanationem, quæ nullum subiectum præsupponit.

Si Deus esset agens pcs naturam quid sequeretur.

Dicitur tertio, ꝙ si Deus esset agẽs per naturam non posset incipere de nouo mouere nisi per aliquam nouam dispositionem superuenientem, præsertim ipsum mobile de nouo producẽdo, sed quia per voluntatẽ agit a qua existente æterna potest prouenire effectus non æternus, ideo ad productionem noui effectus, non oportet nouam dispositionem superuenire.

Sed contra istam responsionem arguitur. Primo subiectum in potentia essentiali præcessit subiectũ in potẽtia accidentali: ergo subiectum ad formã cæli, aut cuiuscunque alterius mobilis præcessit subiectum motus: ergo non est productum mobile per creationem.

Secũdo ex nõ ente nõ fit aliquid, nisi per accidens, priuatio enim est principium per accidens: ergo oportet præsupponi subiectum ex quo aliquid fiat per se: ergo non fit mobile per simplicem emanationem.

Tertio. Nulla relatio aduenit alicui sine mutatione sui: sed quantumcunque agens sit voluntarium si de nouo incipit mouere, oportet esse nouam relationem, mouentis enim ad motum

est

est relatio & e conuerso: ergo non potest agens voluntarium aliquid de nouo agere sine mutatione.

Ad primum negatur antecedens si vniuersaliter summatur, nõ enim oportet omne ꝙ de nouo producitur prius esse in potentia essentiali, nisi per mutationem producatur.

Ly ex, aliquãdo causalitatem, aliquãdo ordinem dicit.

Ad secundum dicitur primo, ꝙ si ly ex, dicat causalitatem non fit aliquid ex non ente nisi per accidens: quia scilicet materiæ accidit quę est per se causa. Si autem dicat ordinem tunc fit aliquid ex non ente per se, ideſt post non ens, aut posterioritatem temporis aut naturæ.

Mutatio dupliciter accipitur.

Dicitur secundo, ꝙ cum aliquid creatur fit ex non ente non primo modo sed secundo, ideo non oportet ibi poni aliquod subiectum ex quo per se fiat.

Ad tertium dicitur primo ꝙ mutatio dupliciter potest accipi. Vno modo proprię, quando scilicet aliquod est subiectum quod prius est sub termino a quo, quam sub termino ad quem, secundo magis extendendo nomen mutationis scilicet pro omni processu de non esse ad esse siue præsupponatur subiectũ siue non. Nulla ergo relatio aduenit sine mutatione primo aut secundo modo.

Dicitur secundo, ꝙ nõ oportet utrũque extremum mutari, sed sufficit ꝙ alterum extremum mutetur, & sic in nouа relatione mouẽtis ad mobile ꝙ creatur, quę tamen ex parte Dei est rõnis, licet ex parte creaturæ sit realis ipsum mobile mutatur secundo modo accipiẽdo mutationem: quia scilicet prius non habeat esse, & tunc accipit esse: vnde non sequitur, ꝙ ante motum præcesserit alia mutatio, quæ est productio ex materia præsupposita.

Tex. 10. & 11

Secunda ratio philosophi. Duo præsupponit, quorum primum est, ꝙ prius & posterius non possunt sine tempore esse. Secundum est, ꝙ tempus non potest esse sine motu.

Tunc arguit sic. Si tempus semper est, necesse est motum esse perpetuum, sed tempus semper est: ergo &c. antecedens probat, tum ex opinionibus philosophorum, tum quia impossibile est quod tempus sit sine nunc, sicut & linea sine puncto: sed quolibet nunc est principium & finis: ergo ante quodlibet nunc & post nunc quodlibet, est tẽpus: ergo tempus est infinitum. Hac ratione vtitur Commen. 3.

Ter. Physi. comm. 31. & 4. Cęli. cõ. 25. & in destru. disput. 1. dub. 15.

Sed posset aliquis dicere ꝙ philosophus supponit, quod habet probare non enim quodlibet nunc, est principium & finis: nisi supposita æternitate temporis, posito enim tempore finito, aliquod nunc ita erit principium ꝙ non finis & aliquod ita finis ꝙ non principium.

Ad hoc videtur dicere Comm. commen. 11. ꝙ hoc videtur esse: quia tempus est fluens & non stans sicut linea.

Tempus est fluens.

Sed responsio hæc non videtur instãtiam tollere. Ex hoc enim, ꝙ tempus ẽ fluens, sequitur ꝙ idem nunc non potest bis summi, sicut sumitur punctum: sed nihil facit ad hoc: ꝙ quolibet nunc est principium & finis.

Confirmatur quia si fluxus faceret hoc, tunc quilibet motus esset vnus numero existens infinitus, ratione enim fluxus haberet, ꝙ vnumquodq; eius indiuisibile, esset principium & finis.

Simplicius vero respondet, in hac ratione nullo modo petitionem principij esse: quia non assumitur neq; præsupponitur quod est probãdum scilicet motum esse æternum. Sed assumitur aliquid ad quod illud de necessitate sequi-

tur

tur scilicet nunc esse medium quoddã in tempore quæ est ipsius nunc descriptio.

Sed nec ista responsio satisfacit. Nõ enim verum est de ratione nunc esse q̃ sit medium, nisi temporis æternitate præsupposita, illa enim non posita aliquod nunc est ponere, q̃ est primum tãtum, non autem medium.

Nũc est principium & finis in tempore.

Ideo aliter secundum. S. Doct. respondetur, q̃ philosophus vult habere quodlibet nunc esse principium & finem, ex primo suppositio scilicet, q̃ prius & posterius non est sine tempore. Si enim detur aliquod nunc, q̃ sit tãtum principium, sequitur, q̃ ante ipsum nihil erit temporis: ergo erit accipere aliquod ante, & prius ad ipsum nunc q̃ principiũ ponebatur, sed prius non est sine tempore: ergo ante illud nunc est tempus: ergo est finis, & sic in infinitum.

Conantur autem quidam responsionem Commen. saluare dicentes. Certũ est, q̃ instans non potest esse sine motu: ergo ante ipsum, & post ipsum erit motus, & per consequens tempus, & sic quodlibet instans erit principium & finis, Probatur consequentia, instans est fluens, siue nõ potest esse sine motu: ergo in quocunque subiecto est instans illud mouetur, sed omne, q̃ mouetur prius mouebatur. 6. Physi. ergo &c.

Tex. cõ. 53. & 54.

Sed ista declaratio responsionẽ Cõ. minime saluat. Diceret enim qui ponet motum incipisse, non omne nunc esse cum motu, sed quoddam esse cum indiuisibili, a quo primo incipit motus, et in illo instanti mobile non mouetur, sed incipit moueri. Nec tamen sequitur si instans nõ sit in motu, q̃ sit aliquid permanens, licet enim non sit in motu, nõ tamen bis demonstrari poterit, cum tamen indiuisibiliter duret.

Ratio Ar. nõ est alicuius momẽti cõtra fidem.

Hæc secunda philosophi ratio nihil contra fidem efficacie habett. Dcicitur enim primo, q̃ non quodlibet nunc est principium & finis, sed aliquod nunc est tantummodo principium. Dicitur secundo ad probationem, q̃ sicut cum dicimus extra cælum nihil est, ly extra non importat aliquem locum realẽ sed imaginarium, ita cum dicimus q̃ ante principium temporis nihil est eius, ly ante non importat tempus reale sed tantum tempus imaginatum, & ideo non omne prius est cum tempore reali. Dicitur tertio, q̃ cum dicitur principium temporis est ante, q̃ nihil est eius: ly ante non accipitur affirmatiue sed negatiue idest principio temporis nihil est ante, q̃ scilicet sit eiusdem rationis cum tempore, q̃ dico propter æternitatem.

Contra primum dictum potest instari: quia nunc in tempore assimilatur puncto in linea circulari, sed in linea circulari quodlibet punctum est principium & finis: ergo &c. maior est Commen. 4. Physi. Probatur etiam Comm. 85. ratione: quia tempus consequitur motum cæli qui est circularis, motus autẽ circularis sequitur lineam circularem, ergo tempus sequitur lineã circularẽ, & ex consequenti instans esse in tempore, sicut punctũ in linea circulari.

Confirmatur: quia sicut se habet mutatum esse in motu circulari, ita nũc in tempore, sed quolibet mutatum esse in motu circulari est principium & finis: ergo &c.

Contra secundum dictum arguitur primo. Illa conclusio est falsa, ad cuius intellectum necesse est intelligi falsum impossibile, sed per te tempus esse de nouo productum non potest intelligi nisi

nisi per imaginationem & intellectionem, q̃ tempus sit ante primum tẽpus: q̃ est falsum & impossibile: ergo &c.

Similitudo de loco & tẽpore non tenet.

Secundo, q̃ similitudo de loco & tempore non tenet, tum quia ad intelligendum magnitudinem mundi esse finitam, non est necessarium intelligere aliquam differentiam loci extra cælũ, non est enim sensus cum dicitur extra cælum nihil est, q̃ non esse alicuius sit extra cælum, sed q̃ nullum ens est, q̃ nõ includatur in cælo, sed intelligendum autem tempus esse factum, necesse est imaginari ante primũ tẽpus esse aliud tempus. Tum quia extra mundum nõ est aliquid, ideo non oportet ponere extra mundum aliquem locum, sed si mundus incepit ante mundum fuit aliquid scilicet Deus, ideo oportet ponere aliquod tempus ante primum.

Ad primum horum negatur maior. Ad probationem, dicitur, q̃ licet motus sit circularis, non tamen quodlibet indiuisibile motus est principium, & finis: quia quando mobile incipit moueri motu circulari vtitur vno puncto in actu, & tamquam principio solũ, vnde principium vnius circulationis non est idem cum eius termino, cum vnum alteri succedat, licet idem punctum sit a quo incipit & ad q̃ terminatur.

Non omne indiuisibile motus, est mutatũ esse.

Ad confirmationem dicitur primo q̃ supponit falsum scilicet q̃ omne indiuisibile motus sit mutatũ esse, est enim indiuisibile initians motum, q̃ non est mutatum esse, cum præcedat moueri quodlibet.

Dicitur secũdo, q̃ si accipiatur vna sola circulatio, non quodlibet mutatũ esse finis est & principium, sed quoddã ita est finis q̃ non principium, licet in motu cæli sit verum propter continuationem vnius circulationis cum alia.

Ad secundum dicitur primo, q̃ si affirmatiue accipiatur ly ante non dicimus q̃ oporteat ante primum tempus imaginari & intelligere esse aliquod tempus reale, sed esse tempus imaginatum, ante autem primum tẽpus reale esse aliud tempus imaginatum non est impossibile.

Dicitur secundo, q̃ non oportet ad hoc vt tempus incipiat, imaginari ante ipsum aliud tempus, sed dicimus, q̃ ad veritatem istius propositionis, ante principium tempus nihil est temporis: ly ante si affirmatiue sumatur non põt aliud tempus importare, quam tempus imaginatum.

Ad tertium dicitur primo, q̃ sicut ad veritatem istius ante principium tẽporis nihil est tempore, ly ante affirmatiue sumptum non potest importare nisi tempus imaginatum, ita cũ dico extra cælum nihil est si ly extra affirmatiue sumatur: quia dicit differentiam loci, vt habet Commen. 1. cæli non potest Comm. 69. nisi locum imaginarium importare.

Dicitur secundo q̃ sicut extra mundum non est aliquid excepto Deo, ita ante principium temporis nulla duratio est præter æternitatem, quæ indiuisibilis est nullam successionem habens.

Tex. 15. & 18.

Tertia ratio philosophi probans scilicet æternitatem mundi a parte post est talis. Si motus aliquando cessaret, ita q̃ nullus esset motus, sequitur q̃ post vltimum motũ, esset alius motus, sed hoc est impossibile: ergo &c. Probatur consequentia. Aut mobilia & mouentia remanerent post motum, aut corrumperentur, vel ambo, vel alterũ. Si remanebunt, & nõ poterit amplius esse motus oportebit fieri aliquam dispositionem motum impedientem, non enim impediuntur mouentia & mobi-

lia a motu: nisi propter aliquã causam aduenientem, sed illa dispositio nõ potest esse, nisi motus, aut terminus motus si de nouo adueniat: ergo post omnem motum erit alius motus. Si mouentia & mobilia corrumpentur supponitur, q non simul deficit motus in actu & ipsum mobile, immo sicut prior est generatio mobilis, quam motus eius, ita posterior est corruptio mobilis cessatio ne motus sicut remanet combustibile postquam desiit comburi. Tunc sic post cessationem omnis motus mobile corrumpetur, se corruptio omnis est mutatio: ergo post omnem mutationem erit alia mutatio. Eodem modo aurgue retur motiuo.

Mobilia & mouẽtia nõ impediuntur a motu nisi pp aliquam causam aduenientem.

Isti rationi multipliciter obuiari possit. Primo dicendo, q mouentia & mobilia remanebunt: & motus nunquã amplius erit, & q erit aliqua causa impediens, sed illa introducetur non post, sed in ipso instanti, in quo primo quiescit mobile tanquam terminus alterius mutationis, quæ simul cessat cum motu mobilis.

Secundo dicendo, q mobile cessat a motu non per nouam dispositionẽ post motum aduenientem, per alium motum sed quia mobile peruenit ad terminum in quo naturaliter quiescit, sicut cum lapis fuerit in centro terrę ibi per naturam quiescit.

Tertio dicendo, q in secunda parte rationis supponitur falsum scilicet, q necesse sit mobile posterius ipso motu desinere, hoc autẽ non est verum. põt enim simul desinere motus combustionis, & combustibile, immo sunt aliqua quæ simul de necessitate cessante motu corrumpuntur, eo q eorum salus & perfectio in motu cõsistat, sicut est cor, pulmo, & huiusmodi.

Pro prima instantia notandum, q Commen. & Alber. sic rationem philosophi interpretantur, vt velit arguere, q necesse erit post quietem introduci aliquam dispositionem a motu impedientẽ, vnde Commen. cõmen. 12. dicit. Si primus motus quiescit quietæ in qua impossibile erit vt illud q mouebatur, moueatur post, necesse est vt quietẽ moti fiat in eo aliqua dispositio quæ faciat ipsum non moueri post, & si dicetur, q non poterit poni, quod illa dispositio sit introducta in instanti quietis. Commen. comm. 12. & Alber. tract. 1. cap. 7.

Sed tunc remanet idem dubium, nõ enim apparet ratio quare oporteat magis illam dispensationem post quietem quam in instanti quietis introduci.

Albertus 8. tra. 1. ca. 7.

Sed dicitur ad mentem Alber. q nõ est necessarium mobile simul a motu cessare, & ab aptitudine ad motum. Si ergo manentibus motiuo & mobili cesset motus poterit mobilitas, & aptitudo ad motum remanere post quietẽ. Si igitur debeat post quietẽ tolli etiam aptitudo ad motum, cum non possit illud esse nisi per mutationem, aut terminum mutationis, erit post omnẽ mutationem mutatio.

Sed nec hoc modo videtur posse ratio philosophi saluari. Non est enim necessarium ut aptitudo remaneat post motum, licet hoc sit possibile, simul enim potest motus cessare & aptitudo mobilis ad motum, si in instanti quietis impedimentum ponatur, cum ergo intendat philosophus probare necessario motum non cessare, necessarium autem non demonstraretur ex cõtingentibus, non poterit per hoc ratio philosophi saluari.

Quomodo Arist. ratio

Potest autem dici, q in demonstratione ducente ad impossibile potest ex contingentibus necessarium demonstrari. Vult enim sic arguere philosophus. Non est necesse motũ semper durare, ponatur ergo, q possibile sit ipsum cessare. Tunc contra sic. ex hoc, q ponitur motum cessare, cum alio possibili posito scilicet, q mobile in aptitudine ad motum post motum remaneat, sequitur vnũ impossibile, scilicet, q post vltimã mutationem erit alia mutatio: ergo illud non fuit possibile: quia possibili posito inesse, nullum sequitur inconueniens primo Priorum necessariũ ergo est motum semper durare, patet cõsequentia ex secundo Periermenias.

Ca. 11. & 13.

Cap. 2. lect. 7.

Secunda quoque instantia nulla est: quia cum cælum multis reuolutionibus sit motum, & sepe ad idem punctum peruenerit ab eodemque recesserit saltem primum mobile apparet nõ magis sibi naturale esse ad aliquod punctum accedere quam recedere ab eo, & consequens in nullo naturaliter quiescit.

Tertia similiter nẽ tollit rationem, non enim dicit philosophus, q necesse sit mobile si sit corruptibile posterius desinere esse, quam a motu cessare, sed q non est necesse mobile simul a motu cessare, & desinere esse, ex quo per rationem ad impossibile ducentem ad suam conclusionem argumentatur, vt ostensum est ad primam instantiam respondendo.

Responsio Simplicii.

Vel etiam dicendum secundum Simplicium, q quamuis aliquod mobile, puta cor simul desinat moueri, & desinat esse, non tamen desinens esse desinit habere aptitudinem ad aliquem motum, licet non ad illum quem prius habebat, remanent enim illa in quæ resoluitur, putá elementa, quæ cõstat esse mobilia quædam, & sic post eam, quæ ponebatur vltima alia mutatio succedat.

Hæc ratio licet forte efficax sed ad ostendendum, q motus non naturaliter cessabit, contra tamen fidem quæ ponit, q motus cæli quandoque desinet licet ponat nunquam ex toto cessaturũ motum, cum saltem remansuri homines sint qui localiter moueri poterunt efficaciam non habet. Dicitur enim, q motus cessabit, non per nouam dispositionem in mobili, aut mouente introductam, sed per æternam voluntatem mouentis, qua voluit motum cæli tantum durare, & non amplius.

Motus cæli quandoque cessabit ex dicta fidei.

Quantum ad tertium quare scilicet cũ potuerit Deus ab æterno producere vniuersum nõ æternaliter produxit sed in tempore.

Quare cum potuerit Deus ab æterno producere vniuersum: nõ æternaliter produxerit, sed in tpe.

Sciendum primo, q finis productionis creaturę nullus alius esse potest prę ter diuinam bonitatem, cum propter nullum finem a se distinctum rerum omnium creator oportet. Sed diuina bonitas non sic potest esse finis, vt propter eam producendam Deus aliquid operetur, cum sit æterna, & per se necesse esse. Non etiam propter eius meliorationem aliquid produci potest, cum summa bonitas sit. Nec denique vt eã sibi Deus acquirat quemadmodum rex ciuitatem, cum Deus ipsa sua bonitas sit. Erit ergo finis inquantum ad eius similitudinẽ & participationem creauit vniuersum.

Similitudo diuina in creatura secundum æqualitatem non potest representari.

Sciendum secundo, q similitudo diuina in creatura secundum æqualitatem representari non potest: cum nunquam creatura tantum possit extolli vt Deus sit, sed sicut excedens causa ab eo, q excedituꝛ representari potest.

Dicitur ergo quantum humana ratione, diuina inuestigare possumus, q conuenientius est mundum non semper fuisse quam ab æterno esse productum:

quia per hoc magis excessus diuinæ bonitatis supra creaturam manifestatur, sic enim manifestius apparet, ꝙ rerum omnium auctor sit, quodque eius virtus ad huiusmodi effectus producẽdos non obligetur, & ex consequenti, ꝙ agens per voluntatem sit, & non per naturam quam si ponatur mundus eternus, plerique enim eorum qui illud posuerunt dixerũt Deum naturaliter agere, aut etiam rerum omnium non esse causam effectiuam.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum negatur maior de actione agentis per ipsum intellectum quæ non est media inter volitionem & effectum, sed est ipsum velle & intelligere agentis, quod efficax est per se, cuiusmodi est actio diuina, non enim oportet esse effectum quandocunque talis actio est, sed quandocunque per intellectum & voluntatem est, vt sit.

Actio Dei ꝙ est creatio quo est ab æterno, & tamen creatura non sit ab æterno.

Sed contra istam nesponsionem arguit. Implicat contradictionem, quod creatio sit, & tamen non sit id quod creatur saltem in fieri, sicut, ꝙ calefactio sit, & non sit ꝙ calefit, sed ex illa responsione ab æterno est creatio, & tamen mũdus non est eternus quia creatio est actio diuina: ergo ista responsio contradictionem implicat.

Confirmatur. Impossibile est formã esse actu in subiecto, quin subiectũ per ipsam sit formaliter tale: sed per te actio & creatio diuina est eterna: ergo ab æterno Deus est agens & creans: sed impossibile est aliquam causam esse creantem quin creatura sit: ergo &c.

Secundo. Aut illud velle est aliquid ex natura sua ad talem mũdi productionem determinatum, aut ab alio determinatur, si primum: ergo creatura nõ libere sed ex necessitate naturæ a Deo procederet, si secundũ quero an in Deo possit esse oppositiũ velle, an non: si nõ: ergo iam ex natura determinatus erat ad velle: si sic, cum omne quod potest esse in Deo, sit in eo, simul erit in eo velle & nolle respectu eiusdem.

Tertio executio actiua nõ relinquit effectum in potentia: sed ponit ipsum in actu: sed diuina actio est ipsamet executio: ergo si ab æterno ponitur diuina actio: quantumcunq; sit idem quod velle ponetur effectus ab ęterno.

Creatio vnũ in recto & aliud I obliquo importat.

Ad primũ dicitur primo, ꝙ creatio in sui ratione duo importat. Vnum in recto scilicet entitatem diuinæ actionis, quę est diuina essentia. Aliud vero in obliquo scilicet habitudinem ad creaturam, quantum ad primũ est æterna quãtum ad secũdum de nouo aduenit. Nec tamen ponit in Deo aliquam mutationem, cum ex parte Dei sit relatio rationis, licet ex parte creaturę sit realis.

Qũo creatio nõ implicat cõtradictionem.

Dicitur secundo ꝙ implicat contradictionem esse creationem quantum ad vtrumq;, & tamen non esse quod creatur, non tamen implicat contradictionẽ esse creationem quãtum ad absolutum solum, sicut est ab æterno & tamen nõ ponitur effectum.

Dicitur tertio ꝙ cõmittitur fallatia figuræ dictionis: sic arguendo diuinum velle est æternum, creatio est diuinum velle: ergo creatio est æterna, mutatur enim absolutum in respectiuum.

Dicitur quarto logicę loquendo ꝙ potest concedi creationem esse ab æterno: quia illa entitas, quæ est creatio est ab æterno scilicet absoluta, non autem concedi debet ab æterno esse creationẽ: quia cum prædicatum formaliter teneatur: oportet & absolutum & respectiuum eius ab æterno esse.

Ad confirmationem dicitur, ꝙ licet concedatur ꝙ ab æterno Deus est agẽs, scilicet actione immanente, non tamen conceditur, ꝙ ab ęterno sit creans: quia creatio significatur per modum actionis transeuntis. Dicitur secũdo ꝙ creatio ab æterno non est in Deo quantũ ad absolutum et respectiuum, quod importat, quod requiritur ad hoc vt actio denominet subiectum esse agens, nõ enim denominat subiectũ esse agens, nisi dum denominatur effectus esse actus, aut agi.

Ad secundum dicitur primo, ꝙ diuinum uelle non est a natura magis determinatum ad esse qñ non esse creaturę.

Dicitur secundo, ꝙ Deus ab æterno sapientia sui intellectus seipsum determinauit ad esse creaturę.

Velle ẽt absolute accipi & respectiue similiter & nolle.

Dicitur tertio, ꝙ sicut velle potest dupliciter accipi absolute, scilicet pro illa entitate, quæ est velle, & respectiue scilicet in ordine ad id, quod est uolitum ita & nolle, & sicut velle quantum ad absolutum non potuit ab æterno non esse: sed quantum ad respectiuum potuit esse & non esse, ita & nolle. Cum enim nolle non dicat in Deo alium actum ab ipso velle realiter distinctũ, cum actio diuina sit sua essentia, sed distinguantur respectu obiectorum: quia scilicet velle dicit respectũ ad esse rei, nolle autem ad non esse, & Deus non magis determinetur ad esse, quam ad non esse rei ideo absolute loquendo, sicut Deus voluit ab æterno mũdum esse, ita potuit ab æterno non velle, nihil enim aliud per hoc intelligitur, quam ꝙ neq; esse, neq; non esse creaturæ habet necessarium ordinem ad diuinam bonitatem, quæ est voluntatis diuinæ obiectum, potest. n. siue creatura sit, siue non sit, diuina bonitas esse, & per consequens potuit ab æterno esse respectus ad esse mundi & non esse.

Dicitur quarto. Si arguatur quicquid ab æterno in Deo potest esse, est in eo: sed nolle mundi potuit ab ęterno oẽ in Deo: ergo &c. ꝙ committitur fallatia figuræ dictionis: quia mutatur quid in ad aliquid.

Ad tertiũ dicitur primo, ꝙ licet in nobis executio distinguatur ab imperio voluntatis: quia voluntas non est efficax per se effectum producere, sed indiget ministerio aliarum virium: tamẽ in Deo executio non differt ab imperio voluntatis: nisi quia supra imperiũ addit respectum ad effectum in actu.

Executio voluntatis diuinæ nõ differt, ab eius imperio.

Dicitur secundo ꝙ executio quantũ ad absolutum & respectiuum accepta non relinquit effectum in potentia, sed posita in actu quantum ad absolutum: non autem quãtum ad respectiuũ, quod eius formalem rationem complet, potest relinquere effectum in potentia. Vnde ad argumentum concessa maiore in sensu declarato negatur argumentũ, committitur enim fallatia accidtis, nõ enim ponere effectum in actu conuenit executioni in quantum est idem quod actio diuina, sed inquantum ab ea formaliter distinguitur, sicut non valet animal est genus, homo est animal: ergo homo est genus, aut homo ē species: animal est homo: ergo animal est spẽs.

A prima intentione ad secuudã nõ ualet consequentia.

Sed contra istas responsiones inquantum dicitur ꝙ posita creatione, quantũ ad absolutum & respectiuum ponitur creatura, non autem ipsa posita quantum ad absolutum tãtum, instari potest. Sequitur enim ex hoc ꝙ esse creaturę a relatione dependeat, hoc autem inconueniens videtur, tum quia sicut ad relationem non est motus, ita neq; relationem est esse principium esse rei, tũ quia relatio actionis diuinæ, est ens rationis, ens autem rationis non est principium

entis

entis realis consequentia patet: quia posita illa relatione, ponitur creatura, illa vero non posita, non ponitur.

Relatio est conditio sine qua creatura nō esset in actu.

Dicitur primo, ꝙ consequētia est falsa. Non enim ideo posita relatione ponitur creatura, & illa non posita, nō ponitur: quia relatio sit ipsa productio: sed quia est conditio sine qua creatura non est in actu. Non enim potest creatura in actu poni; quia habitudinem realem habeat ad suam productionem, & consequenter nisi ipsi producto relationem realem creaturæ terminet, in quo opposita relatio in ipsa productione intelligitur.

Dicitur secūdo, ꝙ sicut creatura ponitur in actu in illa mēsura in qua Deus vult vt ponatur, ita & talis relatio, & ideo tota causa esse creaturæ est ipsum diuinum velle, ipsa autem relatio est aliquid concomitans esse actuale creaturę.

Ad secundum principale dicitur ꝙ respōsio ibi data bona est; effectus enim naturæ ab agente procedit, secundum ꝙ ipsum est: quia a forma naturali per quam agens habet eße, procedit, ideo oportet ꝙ quandocumq; agens est sufficienter in actu, fiat effectus, effectus autem agentis per voluntatem, non procedit ab agente secundum ꝙ est, sed secūdum ꝙ proponit. Vnde non oportet, ꝙ quandocūq; ipsum est, sit eius effectus: sed ꝙ sit secundum ꝙ proposuit.

Ad impugnationem huius respōsionis dicitur primo, ꝙ maior est vera de agente in tempore, quod scilicet agit tē pore præsuppositō, non autem de agente quod ipsum tēpus simul cum alijs rebus producit.

Mensura diuinæ vōluntatis est ęternitas quęst.

Dicitur secundo ꝙ mensura voluntatis diuinæ, non est tempus: sed est æternitas nullam successionem habens: sed indiuisibilis existens: vnde non est imāginandum, ꝙ Deus prius voluerit, post aliquam vero durationem successiuam effectus sit productus, sed solum, ꝙ in sua æternitate voluit mundum & tempus producere, & ꝙ res inciperent esse de nouo, cū non haberent prius esse.

tota simul & perfecta possessio.

Sequitur ex his cum dicimus Deū, aut eius velle, præcedere mundum duratione, non dicimus spatium aliquod magnum, aut paruum alicuius temporis, mundū præcessisse, sed dicimus præcessisse æternitatem quæ est mensura indiuisibilis, ideſt, ꝙ erat ęternitas & nondum erat mundus.

Sequitur secundo, ꝙ ad productionem mundi, nō oportuit Deum mutari per nouam volitionem, ab ęterna enim eius volitione potuit nouus effectus produci absque quacunque eius mutatione.

Ad tertium dicitur primo, ꝙ prius duratione habuit non esse, ꝙ esset, & ꝙ illud erat non esse simpliciter actualis existentiæ, non autem in aliquo subiecto.

Ex nihilo nihil fit p mutationem.

Dicitur secundo, ꝙ ex nihilo nihil fit per mutationem sed bene fit per simplicem emanationem.

Dicitur tertio, ꝙ non sequitur, vnū oppositorum mutari in reliquum, vt arguit Commen. quia in tali simplici productione, intelligitur essentia mundi prius non habere esse actualis existentiæ, post modum habere esse. Vnde nihil abstractius sumptum, non transit in aliquid. sed post nihil existentiæ creatura accipit esse, & ĩcipit esse aliquid.

Si dicatur essentia mundi, prius fuit sub non esse actualis existentiæ, postmodum sub actuali existentia: ergo ibi est aliquod subiectum, ꝙ a termino a quo transit ad terminum ad quem: ergo non

non est factus ex simpliciter non ente.

Dicitur primo, ꝙ argumentum procedit ex falsa imaginatione, imaginatur enim, ꝙ non esse actualis existentiæ prius existat in essentia, postmodū tollatur, quod falsum est, sed dicimus quod nullo modo erat esse mundi neq; actualiter, neq; potentialiter in aliquo præexistente, postmodum mundus in actuali existentia est productus.

Mundus nō erat in aliquo præhabenti.

Dicitur secundo supposito, ꝙ mundus secundum essentiam prius ad bonū intellectum sit sub non esse quam sub esse: quia scilicet nō habebat esse prius, non sequitur quod ibi fuerit aliquod subiectum. Dicitur enim alicui factioni præsupponi subiectum, quando præsupponitur aliquid actualiter existens, in quo est potentialiter res producenda, modo essentia mundi non est aliquid habens esse reale in actuali existētia ante mundi productionem, sed solum habet esse intellectuale, vnde ratio nō sequit.

Mundus nō est cessaturꝰ naturaliter.

Ad quartū, & ad consequentiam simul dicitur, quod concludunt mundū non cessaturum naturaliter quod conceditur. Verumtamen inquantum pñt concludere, quod non potest per diuinā potentiam desinere esse, ad ea rñdetur.

Ad quartū dicitur primo ꝙ cessante motu remanere posśūt corpora celestia, nec tamen erunt frustra: quia ad motum non ordinantur tanquam ad vltimum finem, sed ad alium finem, puta ad hoc vt sint in ministeriū hominis: ꝙ etiam erit post cessationem a motu secūdum mentem Theologorum, vnde negatur consequentia.

Dicitur secundo, quod antecedens est falsum secundum Theologos. Ad cuius primam probatiōnē dicitur quod cessabit non per aliquam lassitudinem, aut violentiam, sed per diuinam dispositionem, quod enim inferioribus conuenit ex actione causæ vniuersalis, non est violentum, sicut est de fluxu, & refluxu maris ex motu lunæ.

Dupliciter aliquod est in potentia ad alterum.

Ad quintum respondetur quod dupliciter dicitur aliquid in potentia ad alterum. Vno modo: quia natum est per illud aliquam perfectionem accipere: & propter illud est factum, & sic ad nullum situm cælum est in pōa, cum per nullum locum aliquid sibi perfectionem acrescat, vnde ad illum sensum negatur minor. Alio modo quia habet potentiam ad hoc vt illud sibi adueniat, non tamen est ad illud ordinatum, sicut domificator habet potentiam ad hoc vt faciat domos diuersimode, & sic negatur maior, non enim dicetur domificator frustra habere potentiam si domum vno modo faciat & non alio.

Ad tertium dicitur quod si consideretur cęlum secundum naturam suam, æqualiter se habet ad omnem situm. sed si consideretur secundū camparationē ad aliquid extrinsecum, ad quod per diuinam potentiam est ordinatum, sic nobilius secundum vnum situm disponitur quam secundum alium. Vnde probabile est apud Theologos, quod in mū di innouatione cælum habiturum sit nobilissimum situm qui possibilis sit in cōparatione ad hominem, qui illud inhabitabit.

Ad vltimum respondetur quod appetitus rerum naturalium ad perpetuitatem est secundum ordinem ad motum cęli, non enim potest esse appetitus in effectu vt vltra suam causam permaneat sine qua scilicet esse non possit, vnde cessante motu cęli si huiusmodi res non permaneant, nō erit appetitus eorum naturalis frustra.

ADDI.

ADDI.

In responsione ad secundum argumentum principale, nota ꝙ interponitur modus agẽ di ipsius Dei, qui est per voluntatem, & intellectum, & non per necessitatem naturę vt quiddam voluerunt & malæ, non intelligentes agens liberum non simpliciter dici sed multis modis etiam secundum Ar.

Agens liberum multipl.

Aliquando agens liberum illud appellamus, quod non coacte, & vi operatur; & ratio est, quia ea agentia libera vocamus, quæ producunt ea, quæ secundum naturam eis producere conuenit: quare libere agere, est non contra naturam propriam, vt ui & coacte, & in hunc modum agens primum libere agere, multi docuerunt, siue ad seipsum referatur, siue ad ea quę ad extra producit: quia Deus non ui, & coacte seipsum apprehendit, atq; expetit intellectio enim iuxta propriam naturam ei conuenit, motum etiam producit & reliqua per motum non ui, & coacte, sed iuxta propriam naturam quia ergo libere seipsum intelligit, & appetit, atq; ea quæ extra facit, libere facit, & ista libertas necessitati, & naturę nõn repugnat.

Secundo dicitur agens liberum, ꝙ ita operatur quod secus operari potest, & in eius potestate situm est agere, & non agere, atq; hoc agens, ita sonat quod agens contingens, quomodo primum mouens liberum agens non potest uocari secundũ philososo hæc enim libertas necessitati repugnat: si ergo primũ mouens necessario agit: ergo non libere.

Dicitur tertio agens liberum, quod sui gratia operatur, & non alterius: & pro inde hominem, qui sui gratia est, liberum vocamus, seruum vero, qui alterius gratia est, secundum hoc significatam Metaphisicam liberam Scientiam Ar. docuit in prologo Metaph. quoniam sui gratia est, & sic primum omnium mouens libere agere dicitur

Tex. 11. vt scribit Ar. 2. cæli, Deum prima intentione agere gratia sui, quia ignobilia ordinatur ad nobilia.

c. vltimo. Dicitur quarto agens liberum vt 6. sue Metaph. docet Auicennas, illud agens quod alicui bonum impartitur, a quo nullum expectat præmium, neq; retributionem, & quia Deus suam bonitatem omnibus rebus impartitur, a quibus nullum expectat præmiũ liberum agens dicitur.

Secundum philosophum Deus dicitur agens liberum primo, tertio, & quarto modo, & cũ his stat ꝙ dicatur etiam agens necessarium, quia ita mouet ꝙ potest non mouere si enim primum mouens posset non mouere, fieret etiam vt quolibet sublunarium quiescat & non fit, & sic mundus posset non esse æternus, quod reputat absurdum

Tex. 8. Ar. 8. Physi. consimiliter nullam haberet efficatiam demonstratio, quam adducit 2.

Tex. 56. de gener. vbi demonstrat generationem esse perpetuam, quoniam Deus sempiterno motu mouet: ergo si Deus potest non mouere, fieri posset, vt generatio non fit. Quare iuxta Ar. sententiam Deus necessario, & libere agere dici valet, libere quia non ui & coacte agit.

1. sent. dist. 2. q. 2. Nec te moueat immaginatio Scoti in hoc, qui voluit Deum agere cõtingenter ad extra quia hoc est falsissimum de mente Ar. quia si Deus ageret contingenter: ergo ita motionem producit, quod potest ipsam non producere: ergo potuit nolle producere: ergo illud nolle in Deo esse potuit: ergo potuit esse Deus, quia quicquid est in Deo, Deus est, sed quod Deus esse potuit, necessario Deus est: ergo Deus habuit, & hodie etiam habet illud nolle, sed hoc est falsum, quia motus est, igitur non potuit illum non efficere: ergo necessario efficit, & non contingenter.

Præterea si Deus contingenter ageret: ergo posset non mouere, igitur non esse actus

Tex. 30. purus, hæc est ratio Ar. 12. Metaph. vbi primum omnium mouens actum purum esse ostendit, quoniam sempiterno motu mouet, etsi semper non moueret, vel posset nõ mouere, actus prorsus non esset.

Tertio omne agens contingens, quod potest in opposita ab eo actio non fluit, nisi noua causa concurrat, quæ hoc agens definit, & determinat ad alterum oppositorum producendum: Deus ergo si agens contingens est: in oppositа igitur potest, & sic ab eo non fluit actio noua, nisi actio noua concurrat, aqua definiatur ad motum potius, quam ad quietem agendum.

Rursus si primum mouens contingenter ageret: ergo potuit quandoq; primum mouere: ergo ante primum motum dabitur mutatio prior, nam si deinde mouet: igitur est orta noua relatio, namq; actu mouens factum est, & quod poterat mouere, actu mobile, atq; noua relatio non acquiritur, nisi motu aliquo pacto, vel in eo quod mouet vel in eo quod mouetur, vel in vtroque: igitur ante mutationem quę dicitur prior

Tex. 8. alia præfuit, hęc est ratio Ar. 8. Physi. quę euertitur si dabitur primum mouens contingenter mouere: ergo opinio Ar. est ꝙ necessario moueat.

Tex. 30. Rueret quoq; ratio Ar. 2. cæli vbi habet si cælo adderetur Astrum aut non moueretur. Aut tardius moueretur, quæ quidem consequentia valida non est, nisi quoniam Deus cælestis motionis causa effectrix quatenus potest mouet: nam si ita non ageret Ar. diceret posset, ꝙ vera esset ratio si Deus moueret necessario, sed quia mouet contingenter propterea non concludit.

Tex. 31. Adde etiam quia in æternis non differt esse & posse vti 3. Physi. constat. igitur si Deus potest non mouere: ergo actu non mouet.

Tex. 35. Ad idem etiam ducit ratio Ar. 12. Metaph. vbi ostendit, primum motorem mouere necessario, quia mouens immobile quod est actus purus aliter se habere nequit, necessario mouet, sed primus motor ita se habet est enim omnis motionis expers, & purus actus: ergo necessario mouet, quod etiam 8. Physi. ostendit vbi probauit virtutẽ

Tex. 79. infinitam in magnitudine finita non existere, etenim si in hac magnitudine virtus infinita foret, motus in non tempore fieret, ratio ideo valet quoniam agens quod ex necessitate naturę agit quatenus potest operatur, quoniam quocunque paruo tempore dato moueret in eodem virtus finita etiam mouere posset, veluti patet per virtutis incrementum, quid tamen tenendum est de hac re secundum veritatem, vide D. Tho. q. 19. art. 3. p. p. & 1. contra Gen. vide quoq; in 1. sent. dist. 43. q. 2. & de ver. q. 23. ar. 4. & cap. 76. de pot. q. 3. art. 5. vide etiam Caiet. in appostillis 14. q. p. p. super ar. 13. vbi soluit 1. sent. dist. rationes Scot. & precipue illam causa mouens inquantum mota, si necessario mouetur, necessario mouet, & alias quas adducit Scotus. 2. q. 2. & distinct. 8.

Quęstio quinta. Vtrum philosophus crediderit se demonstrare mundum esse æternum.

Sed non aliquando quidem erat, aliquando autem nõ, & nanq; assimilatur sic dicere figmento magis.

Tex. XIIII.

Aliquid põt demonstrari dupliciter.

Quęritur Quinto. Vtrũ philosophus credidit se demõstrare mũdum esse æternum.

Pro notitia huius dubij. Attendendũ primo ꝙ potest aliquid demonstrari dupliciter. Vno modo absolute veritatem propositionis ostendendo, & ex propositionibus procedendo inquantum secundum se vere sunt. Alio modo ad hominem scilicet contra aliquem modum ab alijs positum & ex concessis ab eis argumentando.

Philisophi antiqui qui posuerunt mũdum incepisse dixerunt illum

Sciendum secundo ꝙ antiqui philosophi qui posuerunt mundum incepisse, dixerunt illum per motum esse productum non considerantes aliter produ-

Rę ctionem

per motum habuisse finitum.

ctionem vniuersi quam ad modum particularis productionis in qua semper aliquod subiectum presupponi necesse est, non enim intelligebant quomodo ex nihilo aliquid posset fieri: quia videbant vnumquodq; particulare ex aliquo præsuppositio fieri. Nos autem dicimus mundum esse per simplicem emanationem productum, & non per mutationem: cum nomine mundi uultitudinem entium intelligamus.

Philosophꝰ nõ putauit demonstrare æternitatẽ mundi simpliciter: sed ad hominẽ.

Dicitur itaq; primo ꝙ philosophus non putauit se demonstrare æternitatẽ mundi demonstratione simpliciter. Quod patet quia ipse. 1. Topicorum. cap. 9. dicit, quod quædam sunt problemata dialetica de quibus rationes non habemus, vt vtrum mundus sit æternus.

Nec valet si dicatur ꝙ materias illas quas nõdum determinauerat pertractabat tantum vt probabiles si aliquando de eis sermo incidebat, & quia nondum determinauerat mundũ esse æternum, ideo dixit ipsum esse problema. Nulla enim in loco illo necessitas erat faciendi de cælo mentionem, poteratq; alia exempla adducere, quæ uera esse putaret, vnde cum illud adduxerit pro exemplo uidetur illius opinionis fuisse.

Nec etiam obstat, ꝙ in logicalibus sæpe vtitur exemplis secundum aliorũ opiniones, & si enim id quandoque accidat, nõ videtur tamen rationabile, ꝙ vtatur exemplo oppositio veritati quã demonstratiue tenuerit.

Vbicunque etiam de hac materia loquitur inducit antiquorum testimonia, quod videtur esse persuadentis, & nõ demonstrantis. Nec obstat induci opiniones aliorum postquam demonstrauit quia hoc falsum est, apparet enim 8. Physi. quod prius per aliorum opinio-

Tex. 10.

nes ostendit tempus esse æternum quã per rationem.

Dicitur secundo, quod philosophus credidit se demonstrare ad hominem, ꝙ patet ex eo, ꝙ tam in 8. Physi. quam in. 1. Cæli. præmittit opiniones Anaxa. Empe. Plato. & aliorũ contra quos intendebat arguere, in signum ꝙ intendebat monstrare perpetuitatem motus & cæli contra eorum modum quo dicebant mundum per mutationẽ quandam esse productum. Apparet idẽ ex rationibus suis quæ procedere videntur contra productionem vniuersi ex aliqua supposita materia vt maxime apparet. 1. Cæli. 8. Phy. ter. 1. & 2. & 10. & 1. Cæli tex. 102. & infra. Tex. 90.

Confirmatur vtrumq; dictũ hac ratione. Physici est demonstrare per ea quæ phisici sunt, & ex his quæ in phisicis per se nota sunt, sed ex his quę in phisicis sunt nota probari non potest, quod aliquid per creationem non inceperit, sed tantum, quod non inceperit per mutationem, vt patet ergo &c. Hęc duo dicta tenuit Alber. Tenuit etiam hic S. Thomas. Albe. 8. phi. cap. 1. & 14. & S. Tho. 1. parte q. 46. ar. 1.

Dicitur tertio, ꝙ licet philosoph. nõ putauerit se mundi eternitatem demonstrare, illud tamen firmiter tenuisse satis manifestum est, cum totam suam cõsiderationem de prima causa & intelligentiis supra eternitate motus fundauerit, & in 2. de generatione perpetuitatem generationis ex perpetuitate primi motus ostendit. hoc posuit. S. D. 8. Physi. exponendo tex. 13. & 12. Meth. expositione tex. comm. 30. Vnde inquit hoc loco S. Tho philosophum supponere hoc tamquam probatum, intelligendum est de probatione ad hominem, non autem de ratione demonstratiua simpliciter. Tex. 55.

Nec reputandũ hoc inconueniens, multa

multa enim firmiter tenemus, quorum demonstrationes non habemus, sicut istum esse parentẽ nostrũ, & hanc nostrãesse genitricem, & de multis alijs.

ADDI.

Nouitas mũdi est, sicut mysterium Trinitatis.

Circa illam propositionem, quæ habetur in secundo notabili, Philosophus non putauit se demonstrare æternitatem mundi demonstratione simpliciter, ratio istius propositionis est, quia nouitas mundi, se habet in hoc negotio sicut mysterium sanctissimę Trinitatis, sed tale mysterium sola fide tenetur & demonstratiue probari non potest: igitur & nouitas mundi.

Quia medium ad probandum mundum incepisse, aut sumeretur ex parte Dei creantis, aut ex parte creaturæ, non primo quia Deus agit per voluntatem, & diuina voluntas inuestigari per rationem non potest, sed tantum manifestatur nobis per reuellationẽ, cui innititur fides.

Nec secundo esse potest quia creatura quantum est de se & secundum rationem speciei abstrahit ab hic & nunc, propter quod dicitur ꝙ vniuersalia sunt vbiq; & semper: ergo per ipsam creaturam probari non poterit aliquid esse de nouo. Heb. ca. 11.

Præterea articuli fidei demonstrari non possunt, quia fides est argumentum non apparentium, sed mundum incepisse est vnus de articulis fidei, iuxta illud credo in vnum Deum factorem cæli, & c.

Immo incoueniens est adducere aliquas rationes præcipue sophisticas ad probãdum articulos fidei, quia tunc existimarent infideles propter illas rationes nos credere articulis fidei, & sic irriderent nos.

Rursus ex hoc euacuaretur meritum fidei vt habet Greg. inquadam homelia, fides nõ habet meritum vbi humana ratio prębet experimentum.

Adde etiam quia actio agentis est instantanea, & non est necesse Agens esse prius facto, sicut patet in illuminatione medij, sed creatio qua mundus creatur, est instantanea, ergo non potest demonstrari, quod Deus fuit ante mundum.

Et licet inter philosophos, & theologos fuissent variæ opiniones de productione mundi, rei veritas tamen est, ꝙ non potest demonstrari mundum incepisse.

Tex. 4. Licet dicat Auer. in hoc 8. physi. quod repugnat principijs naturę produci de nouo, quia a voluntate noua nihil æternum, igitur ab æterno nihil noui.

Præterea Deus, & natura de possibilibus semper eligunt, ꝙ melius est, sed mundum semper esse est melius, & possbile, quam quandoque esse, veluti esse est melius ipso non esse, igitur æternus est mundus.

Tertio bonum est sui ipsius diffusiuum & communicatiuum: ergo maxime, & infinite bonum, est maxime & infinite, sui ipsius diffusiuum, sed Deus est maxime, & infinitæ bonus: ab æterno igitur ab æterno fuit mundus.

Quarto Deus producit mundũ secundũ suam potentiã, quæ est infinita, & potentia infinita producit effectum infinitum, & infinitæ durationis: igitur Deus produxit mundum ab æterno; sed Auer. in hoc non est sibi constans, sicut, & in multis alijs fecit.

Cõmen. 51. Præcipue, intellectione primi principij, siquidem 12. metha. voluit, primum principiũ non intelligere ea quę sunt hic, quia nullus intellectus in actu intelligit minus nobile: Sed Deus est intellectus in actu &c.

Cõmen. 36. Vnde subiungebat Imp. est Deum intelligere vilius, aut nobilius, & 3. de anima contra Themistium aiebat, qui comprehẽdit minus perfectum ex eis cõprehendentibus quæ nõ sunt admista materiæ, necesse est, vt cõprehendat perfectius, & nõ e contra.

Cõmen. 19. Et eodem libro loquens de intellectu agente dicebat, ꝙ intellectus agens non intelligit aliquid eorum quæ sunt hic.

Et in libro de beatitudine animæ scripsit, ꝙ non est alia natura quæ apprehendat intelligibilia materialia nisi homo, vilesceret igit diuinus intellectus si hęc intelligeret.

Tex. 15. Quod tamen est expresse contra mentem Ar. qui 3. Metaph. arguit contra Emp. ꝙ si Deus non cognosceret quæ sunt hic, sequeretur ꝙ esset insipientissimus, & ꝙ animal mortale sit scientius eo.

C. 10. Et 10. Ethi. ait, ꝙ Deus gaudet de eo qui nititur sibi assimilari, & in libro de bona fortuna concedit ipsum Deum cognoscere futura.

Comm. 37. Et ipsemet Auer. 2. Phy. & 12. Metaph. concedit Deū habere sollicitudinem de indiuiduis, & 2. de anima ait, ꝙ miseretur eis, & 10. Ethi. ca. 10. ait ꝙ dignius est ergo vt beneficiat eis, qui amant ipsum plus, & vt honorificet eos, & uisitet eos sicut dispositio amici cum amico.

Comm. 34.

Quemadmodum ergo non est sibi constans in hac disputatione de intellectione primi principij, ita & in hac de creatione, quia 2. Metaph. ponit creaturam: igitur debet ponere & creatorem cum sint relatiua.

Comm. 1.

C. 2. Et in lib. de substantia orbis ponit, ꝙ cælum indiget virtute non solum dante sibi motum, sed & largiente esse, permanentiam, & 7. Metaph. habet ꝙ id ꝙ mouit Ar. ad ponendum mouens, quod separatum est a materia fuit infactione substantiarum separatarum, siue virtutum intelligibilium, ex quibus verbis sumitur substantias separatas esse factas: ergo ex nihilo productas & sic creatas non ergo faciendum est fundamentum, in verbis Auer. cum non sit sibi constans vt diximus.

Comm. 31.

Solutio rationū Auer. Rationes quoq; suæ de facili soluuntur, & ad primam negamus similitudinem, quia voluntas antiqua est perfectior & ita potest agere quicquid noua aget, sed non econtra.

Ad secundam, dicimus ꝙ antecedens est scitum a nobis pro maiori, sed verum mundū semper esse sit melius, est dubitatum, & in mente Dei reconditum.

Ad tertiam dicimus ꝙ licet Deus sit maxime bonus, & de se maxime communicabilis, sed ꝙ non ab æterno se communicauit ad extra, hoc prouenit ex sui voluntate i & ex parte rerum producibilium, quibus repugnat produci ab æterno, cum enim Deꝰ se communicet per intellectum & voluntatem, diffundit se quamdiu, & quantum vult & intelligit secundum ꝙ congruit fini rerum quibus diffundit suam bonitatem.

De pot. Dei q. 4. art. 2. Et sic dicimus quoq; ad quartam, ꝙ Deus agit secundum suam potentiam moderatam suo intellectu, & voluntate.

Nec terreat te, argumentum illud quod dicunt esse Achillem, si Deus fuit ab æterno & mundum non produxit, quæritur, quid fuerit in causa, quia aut potuit & voluit producere, aut nec potuit nec voluit producere, aut voluit producere, sed non potuit, quia inerat sibi aliquod impedimentum, aut potuit sed non voluit, si detur primum habetur iam intentum, ꝙ mundus fuit ab æterno, si vero alterum, ꝙ nec potuit nec voluit, sequitur ꝙ nec postea vellet, nec posset, & esset imperfectus, & perfectior postea, si tertium, ꝙ volui sed non potuit, pariter esset imperfectionis, quæ repugnat primo principio, si quartum, ꝙ potuit sed non voluit: ergo fuit inuidus cum posset bonum communicare & noluit agere, & inuidia omnis est releganda a Deo: cum ergo nullum horum sit dare sequitur ꝙ mundus sit æternus.

Solutio Achillis philosophorū. Soluitur hoc dicendo ꝙ Deus ab æterno potuit, & voluit producere mundum, sed pro eo tempore quo ipsum produxit Deus habuit hanc voluntatem æternam volo pro, ducere mundum in tali tempore, nec est inuidie asseribendum, sed diuinæ voluntati quæ est ipsamet diuina sapientia: quia non facere bonum quando aliquis potest non est inuidie: Debet enim bonum fieri, cum oportet, & quomodo oportet: ita decuit diuinam voluntatem mundum in tempore facere, quia non oportebat creaturam esse suo creatori coæternam vt ait D. Tho. in hoc 8. Phys.

Last. 2. Et vlterius ita factum est vt nobis ostenderet Deum non eguisse hoc mundo, sed potius mundū indigere Deo, & vt per hoc clarius agnosceretur ipsum esse causam omniū quia omne nouū indiget innouāte, ꝙ nō ita cognosceretur, si mundus esset æternus.

q. 25. Vide D. Th. p. p. q. 19. Et ex hoc etiam cognoscimus ꝙ Deus est infinite virtutis vt ostendit D. Tho. p. p. & etiam agnoscitur ꝙ agit per intellectum & voluntatem producendo mundum quando voluit, hinc etiam oritur, ꝙ creaturæ timent, & vencrentur ipsum, quia vident omnia

omnia ab eius potestate pendere.

C. de relatiuis. Et si dicis exemplum & exemplatum sunt relatiua, & natura relatiuorum est, vt ait Ar. in prēd. ꝙ posito vno ponitur reliquum, & vno remoto remouetur, & reliqum, si igitur Deus, qui est exemplar ipsius mundi est æternus, vnde dicitur mundus Archetipus, quare & exemplatum (quod est hic mundus) non sit æternum.

Ad hoc dicitur ꝙ licet exemplar fuerit æternum, tamen relatio qua exemplar, refertur ad exemplatum non est ęterna, quia sunt relatiua tertij ordinis, vnde relationes temporales non sunt reales in Deo, sed in ipsa creatura, & per easdē denominatur Deus Dominus, creator & gubernator noster, quia nos sumus serui, & creaturæ ipsius, sicut columna dicitur dextera permutationem illius, qui refertur ad ipsam. cum prius non referrebatur vt docet D. Tho. p p. & vtitur exemplo Ar. 5. Metaph. de scibili & scientia, namq; scibile nō refertur ad scientiā, nisi quia scientia refertur ad scibile.

q. 13. ar. 7. C. de relatiuis.

Ex his ergo habes nullam rationem posse cogere nos vt dicamus Ar. demonstrasse ęternitatem mundi demonstratione simpliciter, sed tantum ad homines, contra quos disputabat vt erat Anax. Democritus Emp. Melissus Plato & cum cæteris.

Intimęo. Plato asseruit vna cum tempore fuisse productum mundum & duraturum perpetuo, sicut & nos ponimus, & dicunt nonnulli hoc accepisse a summo scriptore librorum geneſis Moyse.

Anax. Anaxagoras quoq; posuit mundum factum fuisse a diuina mente, & infinito ante tempore mentem antecessisse, & postea mundum fecisse quam mētem Deum benedictum sine dubio intelligere uoluit.

Democritus genuit mundū ex athomis indiuisibilibus casu, & fortuito cōcurrentib⁹.

Empedocles genuit mundum ex odio & ex amore.

Orpheus. Orpheus cuius meminit Ar. 1. Metaph. asserebat res non uere posse dici factas ex nihilo: quoniam factę sunt ex Dei sapientia, in qua prębebant omnia.

Propterea Ar. libro de mundo ad Alex. dicebat, uetus fama est, & quidem hereditaria mortalium omnium uniuersa a Deo; & per Deum nobis esse constituta.

Sed quia isti Antiqui ponebant uarios modos quibus dicebant mundum fuisse genitum, & hos destruit Ar. per rationes suas, ꝙ si mundus incepit, ergo aliqua mutatione incepit, sed omnis mutatio supponit subiectum: ergo antequā mundus esset factus fuit subiectum, & sic mundus erat antequam fuisset factus, quę ratio concludit, mundum non esse factum per motum, & mutationem hæc est illa quę requirit subiectum ut ait Philosophus 1. Phys. ꝙ si fieri debet hoc animal puta uermis, fit ex non hoc animali, sed non fit ex non animali simpliciter, sed si fieri debet animal simpliciter fit ex non animali simpliciter ista mutatio non requirit subiectum, si mutatio dici debet largo uocabulo. quia est productio a non esse simpliciter totius ad esse simpliciter totius, uerius tamen dicitur simplex emanatio, siue creatio, & sic concludit alia ratio de tempore ꝙ si mundus incepit: ergo & incepit & tempus, & sic esset tempus ante tempus cum tempus supponat ante.

Juxta finē.

Empedocl. Conceditur ratio hęc, si mundus incepisset ut dixerunt antiqui præcipue Empe. per litem & amicitiam: sed non concludit contra nos christianos, qui ponimus mundum incepisse per simplicem emanationem, & simul etiam incepit tēpus iuxta illud Gene. primo in principio scilicet temporis, uel in principio ideſt cum tępore, uel ante omnia creauit Deus cælum & terram.

q. 46. art. 2. Vide D. Thom. p. p. ubi exponit istam propositionem tripliciter contra tres errores Antiquorum. ſ. Manichęorum Auicenne, & Ar.

Quæstio

Universidad de Deusto Biblioteca

Quæstio sexta. Vtrum augmentatio sit motus continuus.

Neque enim augeri: neque minui, possibile est continue, sed est & medium, est autem similis ratio, de eo quod est guttam conterere.

Tex. XXIII.



Queritur Sexto. Vtrum augmẽtatio sit motus continuus, & videtur ꝙ sic.

Primo. Idem est dicere motus, & vnus motus sicut homo, & vnus homo. 1. *Elencorum sed augmentatio est motus* 5. *Physi. ergo est vnus motus: sed idẽ est dicere vnus motus, & continuus: ergo &c.*

Tex. 8. Cap. 4.

Secundo. Continum non potest per motum acquiri nisi continuę, vt patet de motu locali, sed per augmentationem acquiritur quantitas continua: ergo &c.

Tertio. De ratione motus est continuitas, vt patet per Comm. 3. *Physi. sed augmentatio est motus: ergo &c.*

Comm. 6.

Quarto. Philosophus. 6. *Physi. ostendit tam in motu augmentationis q̃ in motu locali non dari primam partẽ. ꝙ etiam est de mente. S. D. ibidem, sed hęc est conditio motus continui: ergo &c.*

Tex. 49.

Respondeo. Primo notanda sunt aliqua. Secundo dicetur ad quæstionem.

Quantũ ad primum. Sciendum primo, ꝙ non est idem dicere propriæ loquendo augmentum, & motus augmenti, qñ enim aliquod corpus efficitur maius per additionem quantitatis solam, sicut cum lignũ additur ligno vel linea lineæ est quidem augmentũ sed non est motus augmenti, talis.n. additio fit sine motu eius quod augetur: quando aũt id quod augetur a principio intrinseco per se ad quantitatem maiorem mouetur: ita, ꝙ totum, & quelibet pars augeatur: tunc est propriæ motus augmẽti, & in solis viuentibus reperitur.

Non est idẽ augumentũ & motus augmenti.

Sciendum secundo, ꝙ ad augmentationem viuentium multi motus concurrunt, motus scilicet localis nutrimẽti ad loca digestionis, alteratio nutrimenti, ꝙ a principio dissimile est ei, ꝙ augetur generatio, & corruptio per quæ nutrimentum propriam formam amittit, & accipit formam aucti, nutritio per quam restauratur deperditum, oportet enim prius restaurari deperditum antequã maius aliquid accipiatur, vltimo est incrementum siue auctio ad maiorem quantitatẽ. Aliquando ergo accipitur augumentatio pro omnibus istis motibus simul sumptis, aliquando pro conuersione nutrimenti in corpus animatum in maius quam sit deperditum, aliquando autem pro ipsa sola mutatione corporis animati ad maiorem quantitatem ab anima scilicet facta. Prima acceptio est impropria, augmentationem enim ponit philosophus motum ab alijs distinctum, non autem quandam

Ad augmẽtationem viuentiũ multi motus cõcurrunt.

Augmentatio pluribus modis põt accipi.

quãdam mutationum aggregationem. Secunda itidem acceptio impropria est motus enim, qui est conuersio in substãtiam, licet maiorem primo, & per se est ad substãtiam, secundario autem ad quantitatem, motus autem accipit speciẽ a primo, et per se termino, non autem a secundario, vnde magis dicetur illa conuersio esse quędam partialis generatio quam augmentatio. Tertio autem modo proprie dicitur augmẽtatio, quia primo, & per se est ad quantitatẽ maiorem. Loquimur ergo de augmento viuentiũ proprie, & per se accepto.

De continuitate augmẽti viuentiũ contingit multipliciter loqui.

Sciendum tertio, ꝙ de continuitate augmenti viuentium contingit multipliciter loqui, cum enim ad continuitatem requiratur vnitas mobilis temporis, & formę, primo loqui possimus de perfecta continuitate, hæc tria quæ dicta sunt comprehendente, secundo de continuitate, vt solam vnitatem temporis dicit, seu etiam primi subiecti vnitatem, sed non formę acquisite per motum scilicet, ꝙ aliquid moueatur quidem absque interruptione per tempus determinatum, sed tamen quantitas quam simul acquirit, non sit continuata, sed in plures partes diuisa.

Sciendum quarto, ꝙ de continuitate quantũ ad tempus dupliciter loqui possumus. Vno modo quantum ad totum tempus quo animal in vita sua augetur. Alio modo quantum ad aliquam partem temporis, verbi gratia quantũ ad augmentum factum in mense, aut in die, aut in quacunque alia parte temporis, primum potest dici totale augmentum, secundũ potest dici partiale.

Augmentũ quo totum corpus augetur non põt esse perfecte continuũ.

Quantum ad secundum. Sit hæc prima cõclusio. Augmentũ quo totum corpus augetur non potest esse perfecte cõtinuum, probatur. Ad perfectam continuitatem requiritur vnitas siue continuitas formę secundum quam est motus 5. *Physi. sed quantitas qua totum corpus augetur non est continua, cum augmentum in poris fiat, qui non sunt adinuicem continui: ergo &c.* Tex. cõ. 49.

Aduertendũ autem, ꝙ licet quãtitas totalis non habeat perfecte continuitatem sed colligationẽ quandam, vt etiã patet 5. *Meth. tamen pars quantitatis secundum quam in aliqua porrositate fit augmentum continua est.* Tex. 8.

Augmentatio totalis rei viuẽtis non est continua secundum tẽpus.

Secunda cõclusio est. Augumẽtatio totalis rei viuentis non est continua secundum tempus. Voco motum continuum secundum tempus quando inter partes motus nulla intercidit quies media. Probatur quia ad sensum videmus ꝙ animalia, & plante vno augentur anno: postquam vero ab auctione aliquo tempore quieuerit iterũ augentur, ꝙ contingere potest aut ex defectu alimenti, aut ex debilitate seu infirmitate virtutis. In hac conclusione fere omnes conueniunt.

Motus partialis augmẽti non est cõtinuus sed est ex pluribus motib⁹ & quietibus compositus.

Tertia conclusio est. Motus partialis augumenti non est continuus sed est ex pluribus motibus, & quietibus cõpositus. Probatur. In nullo motu continuo datur prima pars motus sed in augumentatione datur: ergo &c. maior est philosophi 6. *Physi. minor vero est Commen.* 8. *Physi.* Tex. 49. Comm. 23.

Ad istam rationem posset primo dici, ꝙ motus dupliciter accipi potest. Vno modo pro forma fluente. Alio modo pro fluxu. Ad maiorem ergo dicitur, ꝙ licet in motu cõtinuo detur non prima pars motus accipiẽdo motũ pro fluxu, potest tamen dari prima pars motus, motum pro forma fluente accipiendo, potest enim aliqua pars quantitatis in instanti produci, deinde con-

tinue

tinue illa quantitas augeri.

Sed contra istam responsionem arguitur dupliciter.

Primo quia secundum philosophũ in. 6. Physi. tempus mobile, & forma sibi inuicem proportionantur scilicet vt medietati tẽporis correspondeat medietas mobilis, & medietas formę, & sic in infinitum secundũ partes proportionales diuidendo, sed in tempore mensurante motum non est accipere primam partem, vt ibidem probat philosophus ergo neque etiam formę. Tex. 37.

Secundo per rationem Cõm. arguit. Data hac responsione sequitur instãtia adinuicem continuari, sed hoc 6. Phy. improbatur: ergo &c. Probatur consequentia per te ista determinata quantitas in instanti acquiritur: ergo quantitas æqualis illi etiam in instãti acquiretur, cum non sit maior ratio de vna quam de alia, & per te per motum cõtinuum fit quantitatis augmentatio: ergo instantia erunt sibi immediata. Tex. 47. Tex. 1. & 2.

Vide sẽsum verborum Auerr.

Posset secundo ad rationem dici, ꝙ mens Commen. est dari primã partem quantitatis acquisite, potentem scilicet per se existere, non autem primam partem alteri inexistentem, vnde non sequitur, quod detur prima pars motus simpliciter.

Sed contra hoc dupliciter arguitur, primo probando minorẽ. secundo ostendendo responsionem non esse ad intentionem Comm.

Primo igitur arguitur, ꝙ datur simpliciter prima pars quantitatis introductæ, & per consequens prima pars motus, cum motus, secundum mentem Comm. & penes omnes philosophos non distinguatur a termino motus. Si non datur prima pars quantitatis introductæ, sequitur, ꝙ non dabitur eius primum esse, sed hoc est falsum: ergo &c. consequentia nota est, falsitas consequẽtis est de mẽte philosophi inferius, vbi ostendit cuiuslibet rei permanentis dari primum esse. Vide. q. secundam 3. physi.

Secundo ad idem. Si datur primum potens per se existere, non autem primum inexistens, & illud primum per se existens successiue acquiritur sit tẽpus mensurans illam successionem, a, b, & diuidatur in c. tunc mobile quiescat in c. non enim repugnat id, ꝙ per aliquod vnum tempus moueri potest, posse per medietatem tantum illius tẽporis moueri, & in instanti medio quiescere. Tunc sic. Aut in mediate tempus mobile acquisiuit aliquam quantitatem, aut nullam, non nullam: quia non fuisset motus ad quantitatem, non aliquam: quia tunc minor minima potẽte per se esse p se existeret: ergo etc. Rõ pulcra.

Quod non sit ad mentem Commen. arguitur. Primo tu dicis illam primã partem, quę per se existere potest successiue acquiri, sed ipse eam partem quam dicit esse primam, & minimam fieri dicit in instanti, & esse indiuisibilem in factione: ergo absolute loquitur de prima parte per motum facta.

Secundo quia ipsemet hanc responsionem destruit dum inquit ibidem. Et etiam non possumus diuidere istas partes secundum numerum partium temporis sensibilium, ita, ꝙ generatio istarum partium continuetur per continuationem partium temporis in quo dicimus rem augeri aliter scilicet vt sint non distincte abinuicem, non enim potest aliquis fingere hic esse partes quę fiunt in actu non distincte abinuicem &c. Vide ioné canonicum in libro de gener. q. 13. vbi latius ꝓ tractat hæc disputatio.

Si dicatur, ꝙ Commen. in eodem commento dicit idem de motu locali, ꝙ scilicet

scilicet prima pars eius fit subito, vbi tamen constat ꝙ prima pars magnitudinis pertransire nõ datur simpliciter.

Dicitur ꝙ instantia non est ad propositum. Ibi enim loquitur de parte improprie dicta, prout scilicet primum indiuisibile a quo incipit motus dicitur ĩproprie prima pars, quod patet ex solutione quam ipsemet ponit dicens. Cũ igitur considerauit illic de motu secundum ꝙ est continuus, dixit ꝙ non habet primam partem, & cum considerauit hoc secundum ꝙ est generatus postquã non fuit & generatum est determinate quantitatis dixit ꝙ habet primum. Inferius autem id quod adduximus intelligit de prima & minima parte quantitatis quæ acquiritur simul dum viuens augetur, licet illa diuisibilis sit.

Secundo arguitur ad conclusionem auctoritate philosophi dicentis augmẽtum non esse continuum. hic Tex. 33.

Respõdetur ꝙ philosophus ibi nihil aliud intendit quam ꝙ motus augmenti non est continuus ad modum Heracliti qui ponebat omnia semper moueri, licet aliqui motus laterent, non autem quin aliqua augmentatio partialis sit motus continuus.

Sed ꝙ hęc expositio ad mentem philosophi non sit, ostenditur. Licet enim principaliter intẽdat opinionẽ Heracliti destruere, tamen ad eius destructionem vtitur hoc medio, ꝙ augmentum partiale non est continuum, ex quo sequitur ꝙ augmentabilia in cõtinuo motu augmenti non sunt.

Quod autem hæc sit eius intentio, apparet per exempla quibus positionẽ suam declarat. Primum est de guttis lapidem concauantibus, vbi licet pars lapidis primo remota in plura diuidatur, nulla tamen pars seorsum per partem guttarũ ammota est: sed simul oẽs. Secundum est de multis trahẽtibus nauem: quia non oportet ꝙ pars trahentium per partem spatij proportionabiliter trahãt nauim, si omnes per tale spatium simul trahant, ex quorum similitudine relinquit ꝙ simul in augmentatione introducitur aliqua pars quantitatis, licet habeat partes & non oportet secundum diuisionem temporis proportionabiliter partes quãtitatis introducere, similiter in diminutione simul aliqua determinata quãtitas abijcitur. Cutte lapidis concauãtes quid agunt. Trahentes quoque naue ũde ad ꝙ ducunt.

Tertio probatur auctoritate Com. 3. enim Physi. dat differentiam inter motum augmenti & motum localem: quia motus augmẽti de initio ad finem componitur pluribus motibus & pluribus quietibus. In vno autẽ motu translati qui est de principio ad finem non interponitur quies. Comm. 6.

Si dicatur ꝙ loquitur de totali augmento.

Contra: tum quia sic non differret motus augmenti a motu locali: tũ quia subiungit ꝙ uidemus aliqua augeri per annum vno digito & remotum est, vt ille digitus diuidatur per omnes partes temporis illius, quoniam minus tempus sensibile non habet ex eo partem sensibilem.

Si dicatur ꝙ licet minimum tempus sensibile sensibilem partem nõ habeat: tamen insensibilem.

Contra hoc arguit ipsemet Com. 8. Physi. quia terminus entis in actu est vt sit tangibilis, cum sit impossibile inuenire corpus non tangibile, & omne tangibile compræhenditur per sensum tactus. Quæ verba introducit ad probandum, ꝙ in augmentatione non sunt partes, quæ non cõpræhendatur a sensu. Item ait ꝙ non est hic motus continuus Comm. 25. Ibidem.

tinuus in rei veritate, nisi motꝰ localis.

Si dicatur ꝙ accipit continuum pro perpetuo.

Contra. Nam rationem huius assignat: quia quælibet minima pars magnitudinis fit in instanti: & quia non possunt iste partes adinuicem continuari, nisi continuentur instantia. Vbi patet ꝙ non de perpetuitate: sed de vera
Comm. 56. continuitate loquitur. Item 8. Physi. ait ꝙ nullus motus est continuus in rei veritate, nisi motus localis, & cum ita sit, necesse est ꝙ motus localis sit etiam primus in tempore.

21.q.24.ar.6. Quarto arguitur auctoritate. S. D. vbi ait ꝙ augmentū corporale in aialibus et plantis,
22.q.52.ar.3. nō est motus cōtinuus.

Dicitur ergo ꝙ quando viuens augetur, nulla quantitas ibi continue fit: sed disposita materia ad minimam quātitatem, quę in illa materia possibilis est illa in instanti introducitur, tunc vlterius disponitur materia ꝑ alterationē, aut motum localem, quia disposita introducitur in instanti alia quantitas, ita ꝙ inter primam et secundā cadit quies media: quia scilicet inter introductionem primæ & secundæ quantitatis, nulla quantitas introducitur: ideo in illo tēpore intermedio viuens nō augetur.

Motus augmenti est secundū quid continuus. Quarta conclusio est. Motus augmēti est secundum quid continuus. Hanc conclusionem ponit S. D. 6. Phys vbi supra, vbi ait, ꝙ demonstrationes in 6. Physi. positæ pertinent quidem ad motum localem perfectę: ad alios autem motus non totaliter: sed secundum ꝙ aliquid continuitatis & regularitatis participant. Eandem conclusionem vi
Comm. 6. detur ponere Comm. 3. Physi. vbi inquit, ꝙ ex ratione motus apparet continuatio motus, & inferius subiungit ꝙ continuatio in motu locali, est manifestior quam in augmento, ex quibus relinquit ꝙ augmentatio aliquo modo est continua.

De ratione continuitatis motus duo sunt. Pro cuius declaratione aduertendū est, ꝙ de ratione cōtinuitatis motus simpliciter, duo sunt, successio scilicet partium eius: quia inquam vna pars alteri succedit: & vnio illarum partiū ad vnum terminum communem, quorum vtrumq; inuenitur in motu locali, mobile enim prius vnam partem magnitudinis transit, quam aliā, & partes motus sicut partes magnitudinis inuicem continuantur. Augmentum autem nō habet vnionem & coniunctionem partium motus, cum quælibet eius pars sit instanti mensurata: sed bene habet successionem, non enim introducitur simul tota quantitas eius, quod augetur: sed vnum minimum post aliud minimū succesiue, & hoc modo augmentum aliquid de continuitate motus participat: quia successionem in suis partibus habet per quod differt a generatione quę simul tota est.

Si autem instetur contra hoc sic arguendo. In augmento in instanti introducitur minima quantitas: sed in instāti non potest esse successio: ergo in augmento non est successio.

Dicitur ꝙ illa instantanea mutatio, quæ est factio minime quantitatis, non vocatur apud S. Tho. & Comm. motus augmenti, cum per minimum quantitatis non appareat viuens maius notabiliter: sed aggregatum ex pluribus hmōi instātaneis mutationibus dicitur motus augmenti, & per hoc ab illuminatione, quæ instātanea est motus augmēti differt, & ideo dixit Cōm. 3. Phys. Comm. 6.
ꝙ motus augmenti cōponitur ex pluribus motibus & pluribus quietibus.

Si iterū instetur ꝙ omnis vnus motus

tus mensuratur, aut vno quoddam tēpore, aut vno instanti.

Istud negandum est de motu qui nō est perfecte vnus, nec perfecte continuus: sed secundum quid, sicut est de motu augmenti, qui non est vnus: nisi quia quātitates in diuersis instantibus factę vniuntur, eas dico quæ in eadem corporis parte fiunt.

Si postremo instetur, ꝙ tunc motus augmenti non dicetur magis vnus, quā duo motus locales duorū mobiliū, quæ super duo spatia continua mouentur, licet etiam inter illos motus, intercidat quies media.

Dicitur ꝙ non est similis ratio, præter continuitatem. n. quantitatū in motu augmenti uidetur esse quasi quędam continuatio, dum alterato nutrimento & in substantiam sm̄ partem conuerso: quędam minima pars quantitatis introducitur, deinde transmutatur alimentū ad hoc vt alia quantitas introducatur. Vnde transmutationes alimenti, uidentur quasi continuare unam instantaneā factionem quantitatis cum alia.

Solutio dubiorum. Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primā dicitur primo ꝙ aliquis motus augmentationis est vnus: sed non simpliciter vnus. Dicitur secundo ꝙ sicuti motus ē vnus, ita est cōtinuus, si est vnus simpliciter, debet esse continuus simpliciter. si est vnus secundum quid, debet esse cōtinuus secūdū quid, & sic concessum est in quæstione ꝙ augmento secundum quid est continua.

Cōtinuum dupliciter potest acquiri. Ad secundā dicitur ꝙ dupliciter potest acquiri cōtinuum. Vno modo per modum continui, quando scilicet acquiritur per partem post partem, loquēdo de partibus proportionabilibus, quando scilicet prius acquiritur medietas q̄ totū, et prius medietas medietatis &c. Et in hoc sensu concessa maiore, negatur minor. Alio modo per modum indiuisibilis: quia scilicet sua factio indiuisibilis est, & tunc negatur maior, pōt enim aliqua quantitas simul per partē augmentationis acquiri, licet per motum localē simul pertransiri nō possit.

Ad tertiam dico, ꝙ de ratione motus est cōtinuitas vel simpliciter dicta vel secundum quid, & ista fuit mens Commen. vnde etiam concessum est ꝙ augmentatio est secundū quid cōtinua.

Ad quartum respondetur vt est de mente S. D. 8. Physi. ꝙ dupliciter de In expo. tex. 23. motu augmenti loqui possumus. Vno modo inquantum absolute motus est. Alio modo inquantum est talis motus huius mobilis. Primo modo omni motui conuenit esse continuum non repugnanter, & non habere primam partem. Secundo autem modo repugnat alicui motui. Sicut cuilibet quantitati conuenit esse in infinitum diuisibilem, considerata communi ratione quantitatis, & non est dare minimam partem, repugnat autem quantitati naturali in quantum naturalis est: quia cuiuslibet rei naturalis datur minimū, vt in primo est ostensum. Dicitur secundo quod Conatꝰ Ar. in 6. Physi. in. étio quo que eius in hoc 8. habetur in hac quęst. quia philosophus in sexto determinauit de motu in communi. In octauo autem de motu applicando ad determinata mobilia: ideo ibi dixit non dari primum in motu, hic autem dicit dari primum in augmento, posset enim continuus esse motus augmenti considerata communi ratione motus, cōuenit autē sibi non esse continuū inquantū est talis motus rei naturalis &c.

∴

ADDI.

Circa continuitatem motus augmenti, nota ꝙ motus sequitur dominium agentis supra resistentiam, sic ꝙ si actiui supra passiuum sit æqualitas, aut minoritas, non inde fiet motus: neq; cum illa circunstantia fieri potest.

Si autem sit naturaliter actiuum & dominans passiuo sufficienter applicatum sine impedimento fit actio, impedimentum, quod remouetur hic non intelligitur resistentia mobilis ad motorem, neq; reactio, sed intelligitur illud, quod si adesset adiuuando mobile, non superaret agens resistentiam mobilis.

Cum enim omnis motus de quo sermo est sit temporalis, oportet, mobile resistere mouenti: est enim resistentia causa subcessionis operis: quemadmodum dominium agentis est causa operis successiui, hęc dico ad excludendos motus intentionales, quales sunt sensatio, intellectio, uolitio qui fiunt in instanti vt ait Auer. 2. de anima. Similiter si agens fuerit uoluntarium determinatum per appetitum, etiam sit actio suppositio, ꝙ aliunde non ueniat defectus, puta si in agendo requiratur instrumentū non deficiat ex eo, ut nauta intendente regere nauem fracto temone, aut remo &c. tunc quantitati dominij correspondet quantitas uelocitatis: sic ꝙ si magnum est dominium, magna est uelocitas, si paruum, parua: si mediocre mediocris, & si nullum, nulla, & si infinitum, infinita, & si infinitæ paruum esset dominium, infinitæ parua esset uelocitas; nisi forte natura rei prohiberet, etsi unum dominium est duplum, uel triplum, uel in alia proportione se habens ad alterum dominium; etiam uelocitas una est dupla, tripla uel in alia proportione se habens proueniens ab altero agente, alterum dominium habente, etsi æqualia sunt dominia, æquales sunt uelocitates, intelligo ꝙ actus actui comparetur, & potentia potentiæ sic, ꝙ si agens agit, uelocius est, si potest agens agere, potest uelocius esse, hanc sententiam ponit Auer. causa diuersitatis & æqualitatis motuum est diuersitas, & æqualitas proportionis motoris ad rem motam, intelligo diuersitatem in æqualitatem 7. Phy. dixit quoq; Auer. ꝙ uelocitas & tarditas motus quam habebat, totum motum ad totum motorem, est secū dum proportionem excessus potentiæ motoris ad potentiam moti, intelligo proportionem excessus. potentiæ motoris proportionem: potentiæ motoris excedentis rem motam, vnde dixit Auer. 8. Phy. quanto maior fuerit motor, tanto motio eius erit uelocior, intellige cęteris paribus.

Com m. 125. qui motus fiunt in instanti.

4. Physi. comm. 71. Comm. 36.

Comm. 79.

Et sic sequitur, ꝙ si æquales resistentię æque uelociter mouentur, ille ab æqualibus poté tijs mouentur, etsi æquales resistentię inæqualiter mouentur, ab inæqualibus potentijs mouentur, & resistentia duarum æqualium uelocius mota a maiore potentia mouetur, & tardius mota resistentia a minori potentia mouetur, Ar. autē, & Auer. dixerūt agentia æqualia in patientibus æqualibus agunt in omnibus partibus temporis, in tēpore æquali & in proportione æqua, maius autem agens in patientia æqualia, in eodē tempore magis agit quam minus agens, patiens autem maius ab æqualibus agentibus minus patitur, & passum minus, magis patitur, ab agentibus autem diuersis in diuersa passa, si proportio agentium ad agentia sit, sicut proportio patientim ad patientia æque velox actio peruenit, conuersa autem est si actio æqualis est, & inæqualia agentia & passa illa proportionalia sunt scilicet magnum agens, & magnum passum paruum agens, & paruum passum. vbi autem agentia sunt diuersa, & in idem passum agunt eadem actione: ergo in temporibus diuersis, & ut sit proportio agentis ad agens, sicut proportio temporis ad tempus, & reperitur, hęc propositio apud Auer.

1. Cæli tex. comm. 64.

1. Cæli comm. 66.

Sciendum quoq; potentiam respectu resistentię tripliciter se habere posse, scilicet superando, æquando, & deficiendo, tunc si potentia æquatur resistentiæ, non curo æquationem in quantitate, aut gradibus, sed in uirtute actiua, & resistitiua computatis omnibus adiuuantibus cum potentia, & omnibus resistentibus cum resistentia quantum adiuuant, & quantum resistunt, tunc non sequitur uelocitas, neq; motus, & a fortiori si potentia sit debilior quam resistentia: & hoc est quia potentia est totaliter impedita

dita ut in statera superpositis hinc inde paribus ponderibus equaliter eleuata, ꝙ si fieret motus non esset potētia totaliter impedita, ut in statera si inequaliter eleuetur

Comm. 41. hanc sententiā uoluit Auer. 12. Metaph. motor non mouet nisi quia potentia eius est maior potentia moti, & quanto fuerit maior potentia tanto erit maior motus, & cū

Comm. 71. potentia nō superabundauerit mouebit tardius, intellige usque quo natura tolleret paruitatem, & 4. Phy. per hanc regulam motor non mouet, nisi quia potentia eius

Comm. 32. excedit potentiam rei mote, & 1. Cęli uelocitas motus est ex augmento potentiæ mo-

Comm. ult. toris supra potentiam moti, & 4. Cæli, si uirtus grauitatis excedit resistentiam medij transibit deorsum uelocius, si autem debilior sit supernatabit, & Auer. 8. Phys. potentiam motoris est superare potentiam mobilis in quam est, & Auer. 2. Cæli scribit de

Comm. 78. cęusa corda, aut filo æqualiter undiq; distracta, & uniformi, quoniam cum uirtus di-

Comm. 93. strahentis erit fortior uirtute continente continuitatē fiet solutio, quando nō, non. Neque sequitur dum rumpitur, ꝙ ad indiuisibilia rumpatur, sed in medio, quia alibi a medio partes sese consequuntur, & in medio sine consequtione distrahuntur. Idem est argumentum de sphæra adamantea trahente ferrum in medio sui continente. 2.

Comm. 9. Cæli & de igne posito incentro eodem libro quo supra, ꝙ si dixeris ignem rarefieri,

Comm. 94. deinde ascendere ut philos. ibi tunc ponatur minimum ignis rarissimum, & tunc sequitur ꝙ conrrupetur incontinens, ponere autem ipsi igni circūstare uacuum, est impossibile naturale, eandem sententiam habet Auer. 4. Meteo. si potentię essent æqua-

Comm. 10. les non operaretur una in aliam sibi comparem, propter hoc Auer. 2. de ortu & inte-

Comm. 48. ritu loquens de æquali elementorum concursu ad generationem, dixit si æquales fuerint potentię non fiet altera forma, hanc conclusionem supponit Ar. 2. de anima loquens de obiecto corruptiue agente in sensum, dicens si fortior sensituo est motus,

Tex. 123. soluitur ratio. 1. proportio, uel mensura, & 1. Cęli si infinitum esset elementum, infinita utique & uelocitas, si autem uelocitas, supple esset infinita & grauitas & leuitas

Tex. 88. esset infinita, & Auer. ibi monstrauit secundum hunc sermonem causam propter q̄ uelocitas fuerit infinita, ꝙ grauitas sit infinita, & est quia si causā rerum diuersitatis in uelocitate eorum indeclinatione, ideſt in grauitate & leuitate sequitur, ꝙ quanto magis fuerit graue, aut leue tanto magis erit uelox, & manifestum est, ꝙ hoc conuertitur scilicet, ꝙ quanto magis fuerit uelox, tanto magis erit graue, & leue, & cum ita sit, si fuerit uelocitas infinita, necessario erit grauitas infinita, ex his ergo apparet manifeste unde sumēda est continuitas motus, de qua Auctor agit in presenti quęst.

Quæstio septima. Vtrum alteratio sit motus continuus.

Similiter autem, & in alteratione qualibet: non enim si partibile in infinitum est, quod alteratur, propter hoc & alteratio, sed uelox fit multotiens sicut congelatio. Tex. XXIII.

Tex. 5. *Qveritur septimo. Vtrū alteratio sit motus cōtinuus. Et videtur ꝙ sic.*

Primo quia philosophus 5. Physi. ponit alterationem speciem motus a mutatione distinctam. Motus autem a mutatione simplici non distinguitur, nisi quia mutatio non est continua sed instantanea, motus autem est continuus & tempore mensuratur: ergo &c.

Secundo. Philosophus in 6. Physi. Tex. 32. *ait ꝙ omne quod mouetur partim est in termino a quo & partim in termino ad quem, & datur exemplum de albo & fusco:*

fusco, sed omne tale continue mouetur: quia si in aliquo instanti quiesceret, iã esset in termino ad quem secundum se totum, & non partim in termino a quo & partim in termino ad quẽ: ergo etc.

Primo sententiarum dist. 9. q. 1.

Tertio arguitur ratione Gregorij Ariminensis. Corpore luminoso noto in aliquo tempore versus aliquam partẽ medij summe dispositi ad susceptionem luminis, illa pars signata in quolibet istanti illius temporis est magis lucida, quam fuerit in aliquo instanti precedente: ergo intensio luminis in illa parte est continua, patet consequentia quia si nõ esset continua nõ in quolibet instanti esset magis lucida, antecedens probatur. Quandocunque corpus lucidum est magis propinquum illi parti, illa est magis lucida, vt ad sensum patet, sed in quolibet instanti illius temporis est magis propinquum: ergo &c.

Quarto. Si non est cõtinua sequitur ꝙ agens naturale potens agere in aliquod passum per aliquod tempus esset approximatum passo conuenienti in omni dispositione necessaria ad agendum, & tamen non ageret: sed hoc est impossibile: ergo &c. probatur consequentia. Ponatur calefactiuum approximatũ calefactibili &c. Aut hoc calefactiuum in qualibet parte temporis suæ potentiæ aget in partem calefactibilis sibi propinquam, aut non. Si aget ergo alteratio erit continua. Si non aget sequitur consequens deductũ.

1. de generatione tex. 83. 9. met. tex. 10.

Pro declaratione huius dubij notandum primo, ꝙ qualitas secundum quam attenditur alteratio, sicut, & quelibet alia forma per se considerata & per remotionem a subiecto intrinsece indiuisibilis est, diuisibilis autem sit, & quanta per accidens quando in quanto recipitur.

Qualitas habet duplicẽ quantitatẽ.

Sciendum secũdo, ꝙ qualitas eo modo quo per accidens diuisibilis est, duplicem habet quantitatem, extensiuam scilicet, & intensiuam. Extensiua est secundum quam ad diuisionem subiecti in quo est diuiditur. Cuilibet enim parti subiecti (verbi gratia) alibi correspõdet pars qualitatis. Quantitatis intensiua est, qua qualitas diuiditur in diuersos gradus qbus a subiecto participat.

1. distin. 17. q. 2. art. 2.

Sciendum tertio, ꝙ huiusmodi diuersi gradus formæ non sunt diuersæ eius partes: quia vt arguit. S. D. duo accidentia solo numero distincta (quomodo distinguerentur diuersæ partes eiusdem formæ) non possunt simul esse in eodem subiecto secundum eandem partem, sed cum forma accidentalis, diuersimode suum subiectum informet dum videlicet prius ipsum subiectum minus subsistat formæ, posterius vero perfectius, & vna actuatio subiecti ꝙ formam sit alia perfectior, inquantum subiectum magis, & recedit a potentia, & magis ac magis actuatur, nunquam autem simul in eodem subiecto, duę sint huiusmodi actuationes ipsa forma vno modo actuãs dicitur vnus gradus, alio vero modo actuans dicitur alius gradus.

Alteratio nõ est motꝰ cõtinuus inquantum per ipsam introducitur qualitas secundum extensionẽ subiecti extensionẽ capiẽs.

Sit itaque prima cõclusio. Alteratio non est motus continuus inquantũ per ipsam introducitur qualitas secundum extensionẽ subiecti extensionẽ capiẽs.

Probatur. Tunc motus hoc modo sumptus esset continuus, quãdo partes mobilis successiue formam acquirerẽt, ita, ꝙ neque esset prima pars alterata neque plures simul alterarentur, sed in acceptione qualitatis corporalis est aliquod primum alteratum, & plures partes simul alteratę: ergo alteratio non est motus continuus, consequentia nota

nota cum minori. Minor est philosophi 8. huius dicentis. Non enim si partibile in infinitum est quod alteratur, propter hoc, & alteratio, sed velox fit multotiens, sicut congelatio, vbi litera commenti habet. Sed multotiens erit subito, sicut est congelatio.

Tex. 23.

Si dicatur, ꝙ mens philosophi est dicere contra Heracli. ponentem oĩa continue moueri, & sic non videtur velle aliud philosophus q̃ ꝙ alteratio nõ semper est, Vnde idem dicit de motu locali ꝙ de alteratione: cum tamen constet motum localem esse continuum,

Hoc non obstat. Primo quia ex verbis philosophi apparet, ꝙ loquitur de continuitate qua idẽ mobile successiue, & continue eandẽ formã secundũ diuisionẽ suarũ partiũ recipit: vñ ait. Nõ enim partiale est in infinitũ &c. Dicit ẽt ꝙ multotiens velox aut subito fit alteratio, quorũ nullũ videtur illũ sensũ habere, posset.n. dicere Heracli, ꝙ non ponit oĩa semp alterari: quia per partẽ post partẽ alterantur, sed quia tm̃ simul semper alteratur. Vnde ẽt philosophus ait. Contingit.n. simul & nõ dimidiũ alterari veluti aquã totã simul cõgelari.

Libro de sensu & sensili. Lect. 16.

Secundo, ꝙ licet intẽdat arguere cõtra Heracli, tã de motu locali q̃ de motu alterationis: tñ alio & alio medio ꝙcedit, arguit.n. de alteratione ex hoc: quia cũ alteratio nõ sit motus cõtinuus non põt dici oĩa eße semp in motu, quia alterãtur, De motu aũt locali: quia corpus naturale, cum in proprium locum descenderit ibi quiescit.

Arguit̃ fortius ad conclusionem.

Secundo arguitur ad conclusionem supponendo, ꝙ sicut cuiuslibet substantiæ datur minima quãtitatas, ita, ꝙ sub minori non posset esse, ita ẽt qualitas sensibilis datur minima quãtitatas, ita ꝙ sub minori nõ posset saluari, cũ sit forma naturalis. Hoc est de mente Cõm. Tũc sic. Illa pars quãti simul alteratur sub cuius minori nõ põt forma sẽsibilis saluari si.n. non simul alteratur, tũc in medietate tpis esset in medietate illius ptis, & ꝙ conñs daret minus minimo ĩ quo eẽ p̃t: sed dat̃ ĩ quolibet alterabili illa pars minima ut supponit: ergo etc.

6. Physi. Comm. 6.

Secunda cõclusio est. Alteratio (quę est introductio quãtitatis intensiue formę: siue introductio graduũ eiusdẽ formę: siue introductio graduũ eiusdẽ formę in subiecto (nõ est motus cõtinuus. Probatur sicut probatũ est superius de augmento. Confirmatur ẽt auctoritate S. D. 1. sen. ad tertium & 2. contra dicẽtis ꝙ nullus alius motus est simpliciter continuus nisi motus localis. Sũt etiã auctoritates in pñti quęstione adductę de mente Comment.

Alteratio ꝙ est introductio formæ siue introductio graduum eiusdem formę in subiecto non est motus continuus. Dist. 8. q. 3. a. 89.

Prętera supponitur ꝙ quilibet gradus formę sit indiuisibilis, nullus.n. hoc negare videtur. Tunc arguitur sic. Si alteratio est motus continuus: sequitur ꝙ instantia erũt sibi ĩmediata, ꝙ a philosopho reprobatur 6. Phy. Probatur cõsequentia. Quodlibet gradus formę est indiuisibilis: ergo in instãti acquiritur: ergo si nõ interuenit quies media: instans erit immediatum instanti.

Tex. 1.

Aduertendũ aũt secundũ doctrinã. S. D. ꝙ qualitates quę suscipiunt magis, & minus non hñt (vt quidã putãt) latitudinem, & gradus infinitos: ita, ꝙ quacunque qualitate remissa data, possit dari remissior in eadẽ spẽ, sed sunt in ea determinati gradus & datur minimũ eius: puta caliditas ita remissa, ꝙ remissior in natura esse nõ põt, & illa in instanti introducitur, sub qua p aliq; tps mobili quiescente, ad perfectionem disponitur: quecũq; dispõ sit illa, & in vltimo instanti illius tpis eadẽ numero

caliditas

caliditas quę imperfecta erat efficitur perfecta in ordine ad suum subiectum: vtpote ipsum perfectius actuans perfectiusq; ad se trahens, & sic successiue fit alteratio, licet ibi non sit simpliciter continuitas.

Sed tunc duplex occurrit dubium.

6. Physicorũ Tex. 49. Primum est quia S. D. inquit ꝙ subiectum potest infinitis modis variari secundum magis album, & minus albũ, & sic motus alterationis potest esse continuus.

Lect. 3. Aliud est quia in 5. Physi. dans S. Tho. differentiam inter formam substantialem, & formas de tertia specie qualitatis inquit, ꝙ ab vna forma substantiali ad aliam non peruenitur per motum continuum: sed a qualitate in qualitatem est motus continuus.

Vide in quę stion. præce denti. Ad primum dicitur sicut supra de augmento dictum est secundum mentẽ eiusdem S. D. ꝙ hoc est intelligendum considerata communi ratione motus, non autem propria ratione huius motus, qui est alteratio considerata, inquã tum enim est talis motus sibi repugnat ꝙ infinitis modis subiectum varietur, & ꝙ ibi non sit primum. Vnde non dicit, ꝙ mobile infinitis modis varietur, aut ꝙ motus sit continuus: sed ꝙ potest mobile infinitis modis variari, idest sibi non repugnat inquantum mobile est. Similiter intelligitur ꝙ motus ille potest esse continuus idest sibi non repugnat continuitas inquantum absolute motus est, licet repugnet sibi inquantum est hic motus.

Ad secundum dicitur ꝙ accipit continuitatem nomine continuitatis ad successionem extenso, forma enim substantialis simul tota introducitur secũdum omnem eius perfectionem, formæ autẽ accidentalis de imperfecto ad perfectũ procedit vsque ad aliquẽ certũ gradũ.

Quæ acquisitio formæ secundum ꝙ fectũ & imperfectũ dicatur intensio. Aduertendum tamen ꝙ non omnis successiua acquisitio formę secundum imperfectum, & perfectum apud S. D. dicitur intensio: sed solum quando aliqua sensibilis mutatio secundum qualitatem fit a parua qualitate ad magnã, a principio enim caliditas in aliquo paruo tempore de non esse procedit ad aliquod esse, etiam vltra minimum eius: sed illa successio non percipitur, sicut is qui de non calido fit calidus, recipit successiue diuersos quosdam gradus caliditatis: sed illam successionem & reductionem de imperfecto ad aliquem gradum aliquo modo perfectionem nõ percipitur: vnde illa potest dici alteratio, quando autem ab aliquo gradu ad alium perceptibiliter aliquod calefactibile mouetur, tunc proprie intensio nũcupatur. Vnde S. Tho. sic ait. Quædam formæ sunt quę recipiunt magis et minus secundum elongationem a contrario, & secundum accessum ad causam propriam sicut albedo, & ideo talis forma successiue recipitur in subiecto, & postquam recepta est intenditur & remittitur. 4. sent. dist. 17. q. 1. art. 5. q. 3.

Alteratio cõsiderari põt & per comparationem ad mobile & ad tẽpus. Sciendum autem ꝙ dupliciter alteratio considerari potest. Vno modo per comparationem ad mobile, secundum scilicet ꝙ ad diuisionem mobilis diuidi tur. Alio modo per comparationem ad tempus, secundum scilicet ꝙ ad diuisionem temporis diuidi posset. Cum dicimus alterationẽ non esse continuã, non intelligimus primo modo, licet. n. aliqua mutatio fit instantanea, si tamẽ mobile sit continuum, ipsa etiam hoc modo est continua & diuisibilis in infinitum: sed intelligimus secundo modo: quia scilicet si in vna hora introducta est caliditas vt quatuor, non oportet calefactionem diuidi, & cõtinuari proportionabiliter ad partes tẽporis, sed in quatuor instantibus illi quatuor gradus simt introducti, in quorũ tẽpore medio formaliter aliqd calefactionis nõ erat.

Alteratio est motus cõtinuus secundum quid. Tertia conclusio est. Alteratio est motus continuus secundum quid, eo scilicet modo, quo de augmentatione dictum est. Hanc conclusionem ponit. S.

Tex. 2. D. precipue. 6. Physic. exponendo vbi videtur velle, ꝙ alteratio aliquid continuitatis habeat: quia scilicet secundum quandam successionem mobile recipit passionem secundum ordinẽ partium, ꝙ intelligendum est de partibus eiusdem quantitatis.

Nomen alterationis dupliciter cõsiderari potest ꝙ omni productione qualitatis ī subiectõ, & pro introductione qualitatis secundum diuersos gradus. Aduertendum autem, ꝙ nomen alterationis dupliciter accipi potest. Vno modo pro omni productione qualitatis in subiecto, & sic non omnis alteratio est secundum quid continua, aliqua. n. est qualitatis ẽt de tertia specie subita introductio vt dictum est. Alio modo pro introductione qualitatis secundum diuersos gradus, & hoc modo habet aliquid continuitatis, tum quia successiue introducitur, licet non sit continuatio vnius gradus ad alterum in factione, tum etiam propter vnitatem formę, diuersi enim gradus non sunt nisi diuersi modi essendi eiusdem numero formę in subiecto.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ instantaneã introductionem minimi gradus qualitatis non vocat philosophus motum, sed introductionem qualitatis secundum plures eius gradus.

Dicitur secundo, ꝙ motus non differt a mutatione vniuersaliter loquendo: quia motus sit simpliciter continuus: mutatio autem simplex non, sed quia mutatio quæ est generatio, & corruptio in vno tantum instanti sit, cum forma substantialis diuersitate nullam partium aut graduũ habeat, quos oporteat successiue fieri, motus autem non in vno tantum instanti sit, sed aut tpe mensuratur sicut motus localis aut diuersis instantibus sibi succedentibus sicut in augmentatione, & alteratione, non enim tota quantitas aucti, neque omnes gradus albedinis simul introducuntur, sed secundum quandam successionem, id, ꝙ improprie, & secundum quid continuitas dici potest.

Ad secundum dicitur, ꝙ illa propositio philosophi habet simpliciter ueritatem in motu locali vt ibidẽ inquit. S. Tho. non autem habet veritatem in alteratione, nisi forte secundum quid, inquantum scilicet vna pars alterabilis prius alteratur quã alia, aut pars propinqua prius recipit formam secundũ esse perfectum q̃ alia, & sic vna pars prius peruenit ad terminũ ad quem q̃ alia in quo videtur esse quędam similitudo motus localis, & continuitatis.

Ad tertium negatur accidens. Ad probationem negatur maior, neque. n. vera est neque ad sensum apparet. Dicitur enim, ꝙ licet per aliquam approximationem illa pars sit lucidior: non tamen per omnem approximationem, antequam enim intendat lumen in instãti causatum, oportet vt per certum spatium approximetur & in vltimo instãti illius approximationis intendet lumen, datur enim minimus gradus lumi nis, & cuiuscũq; alterius qualitatis. Quo modo datur minimus lumi nis.

Ad quartũ põt primo dic, ꝙ agens in qualibet parte tpis aget sed negatur consequẽtia: ergo alteratio est cõtinua, agit enim non aliquid de nouo producendo, sed gradum introductum per aliquod tempus conseruando.

Potest secundo dici, ꝙ non aget in qualibet parte temporis: quia subiectum non erit dispositum ad susceptionem alterius gradus, statim post primum gradum, & hoc est ex conditione formę, cuius datur minima pars intensiua, & per cõsequẽs inter vnũ gradũ ĩtroductũ & aliũ oportet tps mediare.

ADDI.

Circa id ꝙ notat Auctor de mente S. Tho. ꝙ informis, quæ suscipiunt magis, & minus non datur latitudo graduum infinitorum: sed est dare maximus, & minimus gradus ita ꝙ datur caliditas ita remissa, ꝙ ea remissior in natura dari non potest.

Dubitaret aliquis, quia si daretur minimum informis susciꝑientibus magis, & minus, tunc illud esset omnino indiuisibile intensiue, quod est falsum, tum quia sicut indiuisibile secundum extensionem additum alteri, non facit maius: sic nec indiuisibile secundum intesionem additum alteri, non facit intensius, & per consequens forma nõ intenderetur ex additione talium modorum, & cum tota forma sit resolubilis in talia minima, si ponantur sequeretur, ꝙ nulla forma esset intensior alia tum quia quolibet talium acquireretur subito, & in instanti, & per consequens, vel nulla intensio esset continua: ꝙ est falsum, vel aliquis motus continuus, esset compositus ex mutationibus, vel mutatis esse præcise, quod est contra Ar. 6. Phys.

Tex. 5.

Pro solutione huius dubietatis est sciendum vt notaui in additionibus super primum Phys. ꝙ dupliciter potest intelligi minimum, vno modo quod detur minimum non per se existens, sed necessario coniunctum alteri sicut dicimus, ꝙ in quantitate continua non datur hoc modo minimum, quia quantitas est diuisibilis in infinitum: unde quacunq; quantitate pauca data, est dare minorem, & sic dicunt aliqui, ꝙ similiter forma intensibilis in infinitum secundum latitudinem intensiuam est diuisibilis, & cõsequenter, ꝙ quacunq; forma remissa data est dare aliam remissionem eiusdem spẽi.

Quomodo datur maximum & minimum.

Alio modo potest intelligi, ꝙ detur minimum potens per se existere, ita ꝙ licet ipsum non sit simpliciter minimum tamen si fieret vlterior remissio necesse est ipsum corrumpi, & sic etiam dicunt ꝙ non datur minimum quia quacunque forma remissa data ipsa potest fieri remissior & manere sic remissa in rerum natura.

Doctrina thomistica vero substinet ꝙ datur minimum intensiue siue remississima forma, ita ꝙ si fiat vlterior remissio: necesse est ipsam corrumpi, & huiusmodi minimũ acquiritur in instanti, exempli gratia ignis calefaciens aquam in primo instanti expulsionis frigiditatis idest in primo instanti non esse frigiditatis introducit in aquam remissimum calorem, & postea subcessiue ipsum intendit: ita ꝙ quilibet ignis hoc facit, licet quanto fuerit fortior, tanto citius abiciat frigiditatem, & intendat caloré: semper tamen primum, quod causabitur in subiecto de calore erit remississimus calor, & idem dico de forma, quæ abicitur est enim deuenire ad remissimum frigus aquæ, quod statim in instanti ignis corrumpet, licet subcessiue abiecerit frigiditatem præhesistentem, donec deuentum sit subcessiue ad hanc minimam frigiditatẽ, & hoc est vniuersaliter verum in omnibus formis habentibus contrarium, in his vero quæ non habent contrarium sicut est lux causatur remississima forma secundum maximã, vel minimam distantiam ad diaphanum, quod autem sit dare hoc modo minimũ formę, quæ intenditur, & remittitur probatur primo sic.

Forma non habens contrarium.

Si non est dare minimum, sequitur ꝙ non est dare primum esse rei permanentis, consequens est falsum: ergo antecedens consequentia probatur, sit a, primus calor causatus in aquam, aut iste calor est remississimus, aut non, si primo habetur propositum, si non: ergo si abicitur ab aqua, oportet ꝙ hoc fiat successiue, & per motum continuum, vt dicunt aduersarij, sed omnis forma quæ successiue deperditur, est etiam successiue acquisita, & continua: ergo ille calor est per continuum motum acquisitus, sed quicquid continuo motu acquiritur, prius acquirebatur, quia omne quod transmutatur, prius transmutabatur: ergo non datur primum instans esse caloris.

Præterea suppono ꝙ in qualibet forma intensa, sint infinite partes æquales, vt dicunt aduersarij: quo stante arguitur sic, si non est dare calorem remississimum sequitur ꝙ possibile est ipsum remitti in infinitum, consequens est contra Ar. 6. Phys. vbi habet solum motum circularem posse durare in infinitum, consequentia probatur: Agens remouens hunc calorem, qui non est remississimus continue remouet ab eo partem, post parrem per ipsos aduersarios, aut ergo ista abiectio fit secundum partes proportionales, aut secundum partes eiusdem quantitatis, si primum habetur intentum; quia ille sunt infinite, si secundum est idem inditium, quia etiam ipse sunt infinite vt patet ex supposito.

Tex. 54.

Intensio dupliciter sumi potest.

Sciendum quoq; ꝙ intensio accipitur dupliciter, vno modo pro actione qua forma accidentalis, vel potius subiectum secundum eam alteratur, & sic calefactio & dealbatio dicuntur esse quædam intensiones, alio modo accipitur intensio pro ipsa forma intensa, & sic dicimus albedinem perfectam esse intensiorem albedine imperfecta, vnde significatum istius vocabuli intendere nihil aliud significat, nisi tendere in aliud, vnde formam intendere, est tendere ad gradum summum, & per oppositum remittere est retromittere, id ergo a quo recedit est penes quod attenditur remissio: vnde formam remittere, est recedere a summo gradu.

Latitudo duplex est.

Sciendum tertio ꝙ latitudo est duplex extensiua, & intensiua, latitudo extensiua est dimensio, siue quantitas contiuua permanens, quæ est superficies, attenditur autem excessus in huiusmodi latitudine penes maiorem distantiam extremorum, quanto enim extrema vnius superficiei magis distant, tanto ipsa est magis extensa & occupans maiorem situm, latitudo intensiua, non attenditur penes maiorem, aut minorem situm, sed solum penes maiorem distantiam in perfectione, nam albedo, quæ est in pedali niuis est præcise tante extensionis, quante est albedo in pedali parietis, & tamẽt est maioris intensionis, quia est ea perfectior nix enim est albior pariete, & quia sũt multi gradus in isto excessu perfectionali, exempli gratia, A, habet perfectionem albedinem, quam B, & B, quam C, & C, quam D, ideo ab A, vsque ad D, est quædam latitudo intensiua.

Quibus iactis dicitur ad argumentum ꝙ illud quod ipsi arbitrantur falsum; nos habemus pro verissimo: vnde negatur fallitas consequentis, & ad probationem primam respondetur, quia procedit ex falso fundamento scilicet ꝙ intensio fiat per additionem, Ad secundam dicitur ꝙ intensio non est motus continuus: patet igitur quid sentiendum est de ipsis qualitatibus quæ suscipiunt magis & minus, quomodo in eis datus minimus gradus, & suppremus, vt dari maior non possit. Vide D. Thom. p. 2. q. 52. per totam, & 22. q. 24. art. 4.

Vide S. Tho. & Caie quo que ibi.

Quæstio octaua. Vtrum possit teneri oppositum de mente Comment. 2, S. Tho. scilicet ꝙ alteratio sit motus continuus.

Quare dicere continua alterari, & multi in manifestis est ambigere, in contrarium enim alteratio est lapisq; neque durior, fit neque mollior.

Tex. XXIII.

Iandunus q. 15. de sensu. & sensibili.

QVæritur Octauo. Vtrum possit teneri oppositum de mente Commen. & S. Tho. scilicet, ꝙ alteratio sit motus continuus. Et videtur, ꝙ non. Primo per auctoritates eorum in superioribus adductas.

Secundo arguitur supponendo, ꝙ cuiuslibet rei permanentis detur primũ esse de mente philosophi inferius. Si alteratio eßet motus continuus sequeretur, ꝙ non daretur primum esse formę introductę per alterationem, sed hoc est contra suppositum: ergo &c. Probatur consequentia. Ex his quæ probat philosophus in 6. ꝙ ante quodlibet mutari est mutatum esse, & ante quodlibet mutatum esse est mutari.

Tex. 69.

Tex. 58.

Tertio sequeretur, ꝙ in instanti terminante alterationem forma esset infinita. sed hoc est impossibile: ergo &c. Probatur consequentia. Primo quia in quocunque instanti dato tantum introduceretur de forma sicut in alio instanti, sed quando motus est continuus in tempore mensurante motum sunt infinita instantia: ergo &c. Secundo in infinitum minor albedo aut gradus albedinis quam est totalis albedo acquisita est in tempore mensurante alterationẽ si est continua: ergo tota albedo acquisita erit infinita patet cõsequentia quia nulla quantitas finita est in infinitum minor quantitate finita.

Pulcrum argumentum.

Respondeo: quia diuersa, & varia sunt dicta Commen. & S. D. propter, ꝙ difficile est videre ad quam partem determinate inclinentur, ideo posset vtraque pars defendi, & dicta eorum quę vniuersaliter opponit a glosari vt repugnantiam nullam habeant.

In hoc 8.

Ad saluandam itaque alterationem esse motum continuum. Notandum primum, quod non oportet ponere formam habere partes infinitas, hoc enim est omnino impossibile; non enim effugere quis potest quin forma esset infinite perfectionis. Quælibet enim pars addita aliquam diceret perfectionem.

Ad saluandam alterationem esse motum continuum nõ oportet ponere formã habentẽ partes infinitas.

Notandum secundo, ꝙ sicut forma in actu non differt a forma in potentia secundum rem, sed vna & eadem numero primo potẽtialiter est in materia, deinde reducitur in actum, ita forma sub vno gradu in potentia ad perfectionem gradum non differt realiter a perfecto gradu, sed eadem numero forma quæ prius imperfecto modo actuans suum subiectum erat in potẽtia ad hoc vt perfectius aduceretur in actum, & suum subiectum perfectius actuaret, postea educitur in actum, & suum subiectum perfectius actuat. Et hoc apparet, quod latitudo non est in forma, nisi secundum, ꝙ a subiecto participatur, & ideo ipsam in subiecto perfici, & magis subiectum actuare subiectũque magis participare formã idẽ sunt.

Notandum tertio, quod sicut a principio alterationis vsque ad finem eadẽ est forma numero, ita est idem eße. Si enim essent successiue plura esse aut omnia remanerent, & sic idem numero simul haberet diuersa esse, quod est impossibile, aut adueniente secũdo esse tolleretur primum, & sic in vna alteratione essent plures corruptiones, & generationes accidentales, generatio enim est ad esse, & corruptio ad non eße. Quemadmodum ergo forma vna numero prius est imperfecta postmodũ perfecta ita idẽ esse prius est imperfectum postmodum est perfectum: quia per ipsum subiectum imperfectæ aut perfectę actuatur.

In alteratione semper est idẽ esse.

Notandum quarto, ꝙ sicut magnitudinis finitę dãtur duo termini in actu inter quos sunt infinita puncta in potentia, ita formę secundum quam fit alteratio si sit cõtinua oportebit dare duo indiuisibilia in actu extrema inter quę erunt infiniti modi participationis formæ sed potẽtiales id quod intellexisse.

S. Tho.

In expo. tex. 49.

S. Tho. dicimus dum dixit. 6. Physi. quod subiectum potest infinitis modis variari secundum magis album, & minus album, huic etiã fauere videtur

2a. q. 24 ar. 7.

dictum. S. Tho. sicut patet in pallore, cuius terminos per continuam alterationem aliquis transit vsque ad albedinem vel nigredinem perueniens.

Quomodo saluabitur alterationẽ esse motum cõtinuum.

Dicetur ergo ponendo alterationem esse motum continuum, ꝙ in primo instanti in quo incipit alteratio introducitur forma, & postea successiue, & continue sine aliqua scilicet interpositione quietis mobile peruenit ad aliquẽ determinatum gradum in actu, & non est dare post primam introductionem formę gradus potentialem illi immediatum sed ante quemlibet præcedit alius in infinitum. Vnde non est dare primum ad quem terminari possit alteratio, sed ante quemlibet datum præcedunt infiniti. Sicut non datur primũ punctum, ꝙ immediate sequatur principium lineæ sed ante quodlibet aliud præcedit in infinitum.

Solutio rationum adductarũ.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam potest primo dici, ꝙ mens Commen. & S. D. est alterationem non esse motum cõtinuum scilicet primo, & per se quantum est ex conditione formæ secundum se considerate sicut accidit in motu locali. Magnitudo enim secundum quam fit motus localis est per se diuisibilis in infinitum, & continua ex quo habet, ꝙ successiue, & per motum continuum transeat, forma autem secundum quam fit alteratio secundum se indiuisibilis est sed diuisibilitatem graduum habet secundum, ꝙ in subiecto recipitur ideo secundum se in instanti produci habet, quod autem per motum continuum fiat hoc sibi per aliud conuenit scilicet ratione subiecti, vnde dixit philosophus. 6. Physi. ꝙ in sola mutatione quæ est secundũ qualitatẽ contingit indiuisibile per se esse.

Tex. 49.

Potest secundo dici, ꝙ vbi Comm. dicit aut etiam. S. Tho. si alicubi illud inueniatur motum alterationis esse cõpositum ex pluribus motibus, & in ipso quietem incurrere intelligendum est de alteratione qua aliquid ad summum gradum formę mouetur non enim necesse est vt illud fiat per motum continuum, sed potest terminari vna alteratio ad aliquem gradum remissum, & interposita quiete ab eodem gradu alterari ad summum, per hoc autem non tollitur quin vna alteratio ad aliquem inferiorum graduũ possit esse cõtinua.

Interpretatio verborũ S. Tho.

Si dicatur, quod idem quod de alteratione dixit, affirmauit etiam de augmentatione quam constat secundum mẽtem eius non esse continuam.

Dicitur, ꝙ hoc quidem illis commune est, ꝙ totalis alteratio, & totalis siue notabilis augmentatio non est continua, sed aliqua ratio particularis est. vt supra dictum est de augmentatione, ꝙ non possit esse continua est particulariter sumpta quam Commen. de alteratione non affert.

Potest tertio dici, ꝙ pro tanto dicunt alterationem non eße motum continuum, sed bene localem motum: quia non omnis alteratio est continua, sed aliqua est instantanea sicut aliqua congelatio omnis autem motus localis de necessitate est continuus.

Melior responsio.

Item põt dici, ꝙ Cõm. loquitur contra Heraclitum qui volebat motum cõtinuari ita, ꝙ in æqualibus partibus tpis introducerẽtur æquales partes magnitudinis. Et arguit quia si diuidatur magnitudo in partes minimas, & in æquali mensura fiant ille partes cum primum

Comm. 25.

primum minimum introducatur in instanti erunt instantia continuata.

Ad secundum dicitur primo, quod licet forma sit secundum se cõsiderata, res permanens, secundum tamen, quod in subiecto secundum diuersos gradus recipitur, habet modum entis successiui, inquantum illi gradus non simul sed successiue fiunt.

Dicitur secundo, ꝙ ipsius datur primum esse eo modo quo, & ipsi finito primum esse tribuitur, datur enim primum indiuisibile a quo incipit, sed nõ datur prima pars proportionalis illorum graduum, sicut nec prima pars proportionalis temporis quomodo intellexit philosophus non dari primam partem motus nec primum mutatum esse, illud enim primum non habet proprie rationem mutati esse, cum ipsum aliquod mutari non præcedat.

Ad tertium negatur consequentia. Ad probationẽ dicitur, ꝙ supponit falsum scilicet, ꝙ alteratio siue intensio fiat per additionẽ partis forme ad partem, ꝙ diximus esse falsum.

Si dicatur mobile infinitis modis potest variari secundum illam formam, & licet maneat eadem forma, & idẽ esse, vnus tamen illorum modorum est perfectior alio: ergo in fine alterationis forma, & esse erunt infinite perfectionis quãuis pars non addatur parti.

Vide fallaciam consequentis.

Dicitur, ꝙ sicut non valet ista consequentia hoc continuum habet infinitas partes in potentia quarum quelibet est quanta: ergo hoc quantum est infinitum in actu: quia illæ partes sunt potentiales, ita non valet hæc forma, siue hoc esse infinitis modis variari potest &c. ergo erunt infinita in actu, illi enim infiniti modi sunt tantum in põa.

Ad secundam probationem eiusdẽ consequentiæ dicitur primo, quod non est eadem veritas istarum duarum propositionum. In infinitum minor pars albedinis quam sit tota, est acquisita post, a, instans, & aliqua pars albedinis in infinitum minor, quam tota albedo acquisita est post, a, prima enim vera est, & ly minor pars supponit cõfusæ tantum: quia sequitur terminum confundentem, & est sensus, quod in duplo minor, & in triplo minor, & sic in infinitum est acquisita. Secunda aũt falsa est. Supponit enim ly pars albedinis determinatæ, & est sensus, quod demonstrata aliqua parte quæ minor est in infinitum quam tota albedo, illa fuit acquisita &c. in qua supponitur esse aliquam talem partem in infinitũ minorem, quod est falsum.

Dicitur secundo, ꝙ prima consequẽtia est falsa, ad probationem dicitur, ꝙ ratio procedit sumendo accidens in secundo sensu in quo non conceditur, cõcessum est. n. in primo tm, vnde suppositio confusa in determinatam mutatur.

ADDI.

Pro maiori intelligentia huius quæsiti nota ꝙ tripliciter potest intelligi aliquem motũ esse continuum, primo dicitur aliquis motus continuus, quia ipse semper est in rerũ natura, eo modo quo ponebat Eraclitus omnia semper moueri, & nunq; quiescere licet aliquando lateat nos vtrum moueantur, vel non: quia motus eorum est imperceptibilis, sicut narrat Philosophus 8. Phy. vbi deridet prædictam opinionem.

Tex. 25. Alio modo dicitur motus continuus, ex parte mobilis, & hoc est quando forma ad q̃ est motus successiue acquiritur in partibus mobilis, sine interruptione: sicut si successiue

calefactum est aliquod corpus, si successiue calefiat aliqua pars, post partem, quod potest esse dupliciter, vno modo sine corruptione formę, vel partis formæ in aliqua parte subiecti, sicut est in casu posito de calore, puta dum ignis successiue calefacit aliquem tetum acrem, sed per prius partes sibi propinquas q̃ remotas, alio modo contingit hoc per continuam acquisitionem formæ in aliqua parte subiecti, & deperditionem eius in aliqua alia parte, sicut apparet in illuminatione aeris a sole, qui ex motu suo, sicut continue illuminat aliquam partem, quam antea non illuminabat, ita continue desinit aliquam partem illuminare, quam ante illuminabat.

Tertio dicitur motus esse continuus ex parte formæ, quæ acquiritur, & hoc est quando in eadem parte subiecti forma continue magis, & magis perficitur, ita ꝙ non sit assignare aliquod tempus, in quo mobile eodem modo se habeat, & hoc est intensionem formæ esse simpliciter continuam.

Sciendum etiam est ꝙ formæ quæ intenduntur sunt intriplici differentia, nam aliquæ sunt in subiecto simplici, & non quanto: cuiusmodi sunt omnes habitus, & operationes intellectus, quædam sunt in subiecto materiali sed non habent contrarium, cuiusmodi est lumen in diaphano & visio in organo visus, siue habeant esse extensum, sine non, quędam vero habent esse in subiecto materiali & habent contrarium, vt calor & frigus & reliqua huiusmodi qualitates materiales, tam primæ quam secundæ speciei in quibus omnibus diuersimode fit intensio.

Sciendum adhuc est ꝙ qualitates primi ordinis hoc modo intenduntur, nam phantasma & intellectus agens causant speciem intelligibilem in intellectu, & quanto phãtasma est nobilius tanto causat nobiliorem speciem, intellectus autem vtens specie prædicta, & ea mediante eliciens actum intendit speciem, siue habitum elicitiuum actus, & quia actus intellectus fit in instanti, ideo in primo instanti sui esse ipse actus intendit habitum tantum quantum potest, quia agit ex necessitate naturæ, sed licet actus sit productus in instanti, potest tamen in intellectu conseruari per tempus, ita ꝙ sicut erat productus ab intellectu, & a specie conseruatur etiam ab vtroq; potest autem esse ꝙ in isto tempore in quo conseruatur, actus ipse quoque intendatur, si enim conseruetur per valde modicum tempus, potest manere vt prius, & non intẽsius, si autem conseruetur longo tempore, hoc non potest esse nisi quia voluntas imperat intellectui, vt per speciem iam factam intensionem diligentius consideret obiectum, & sic actus intendatur, potest etiam intendi habitus ex multis actibus imperfectis quorum nullus per se intendit, sed vltimus in virtute præcedentium: eodẽ modo dicendum est de actu voluntatis, quia ipsa voluntas continuando actum, intendit ipsum, quomodo est possibile dari regressum naturalem in demonstrationibus quia intellectus per effectum demonstratus aliquid de causa habet intensiorem notitiam effectus q̃ sit ista notitia causę quæ per notitiam effectus causatur cum demõstratio sit ex notioribns, intellectus autem potest postea vti notitia causę, non vtendo notitia effectus: & sic negotiando intendit notitiam causę, & tunc per causam demonstrabitur effectus.

Quantum vero ad qualitates secundi ordinis, dico ꝙ corpus luminosum in vltimo instanti temporis mensurantis eius motum localem, per quem accedit ad diaphanum illuminat ipsum, & si postea continue moueatur, sicut est de sole continue moto tũc per aliquod tempus non causat maius lumen, nec extensiue, nec intensiue, & in vltimo instanti illius temporis causat minimum lumen extensiue ideſt illuminat aliquam minimam partem diaphani qua minorem non posset per se illuminare, similiter in eodem instanti intendit lumen in aliqua parte, quæ erat prius illuminata, & licet in quolibet instanti illius temporis fuerit magis approximatus illi parti diaphani, non tamen in quolibet instanti intendebat lumen, cuius ratio est, quia non est diuisibilis in infinitum forma, quæ intenditur, sed est dare minimam eius, & sic causa quare nõ intendebat non est ex defectu virtutis corporis illuminosi, sed est ex natura sui ipsius formæ cui repugnat sic intendi.

Quantum

Quantum vero ad qualitates tertij ordinis dico, ꝙ qualitates secundę intenduntur ex intensione qualitatum primarum, sapor enim intenditur ex intensione caliditatis, & humiditatis, qualitates autem primæ intenduntur non præsuppositа aliqua priori intensione necessario, & licet Aliqui dicant, ꝙ oportet prius disponi subiectum per raritatem & densitatem, puta ꝙ aqua non potest calefieri nisi prius rarefiat secundū partes suas propinquas superficiei, sed hoc non potest esse verum, quia sequeretur ꝙ quanto aliquid magis rarefit, tanto magis calefieret, quia habet maiorem dispositionem ad calorem, & tamē multa minus rara magis calefiunt, vt patet de aqua & ferro. Ideirco dicendum est ꝙ agens naturale manens idem numero, & non variatum, nec mutatum in se, vel in sua virtute, intendit formam: non tamen motu continuo, cuius ratio sumenda non est ex parte agentis: sed ex parte formę quia repugnat ipsi formæ vt continue intendatur, cum non sit diuisibilis in infinitum, stat ergo per aliqd tempus, & in fine ipsius intendit, & postea subiectum quiescit, sub illo gradu, adhuc per tempus, & in fine forma intenditur.

Et siquis diceret quare potius fit intensio in hoc instanti quam in illo', resp. ꝙ hoc est ex eadem causa, qua est, ꝙ iste radius potius nunc sit a sole, quam ille alius, oportet enim omnia ista reducere ad dispositiones præuias, vel ad actionem primi agentis vt aliqui volunt, ex quibus omnibus elicere potest quomodo nedum alteratio non est motus continuus, sed etiam nec ipsa formarum intensio, contra persidiam multorum & quia manifestissimum est apud Ar. & alios doctores grauissimos, nec auctionem, nec alterationem esse motum continuum, de qua, re vide D. Thom. p. 2. q. 52. per totam, & 22. vbi supra. vide ad huc romanum Egidium, & Suessanum in loco correspondenti hic, vide Themistium vbi assimilat augeri, & decrescere ascensui, & descensui qui non possunt esse absque media quiete.

Cōmen. 23.

Quæstio nona. Vtrum grauia & leuia a seipsis moueantur.

Et namq; dicere hęc à seipsis moueri impossibile est: uitale enim est illud, & animantium proprium.

Tex. XXIX.



Vide 2. phy. ad principium.

Vęritur Nono. Vtrū grauia, & leuia a se ipsis moueantur. Et videtur, ꝙ sic. Primo omne, ꝙ habet in seipso principiū actiuū sui motus, mouet a seipso vt de viuentibus patet, sed grauia, & leuia habent in seipsis grauitatem, & leuitatem, quæ sunt principia actiua motus, vt in plerisque locis inquit. S. D. ergo &c. Confirmatur quia Comm. 4. *Cæli commen.* 25. *ait, ꝙ motus ad superius est causatus a leuitate.*

12. q. 16. ar. 1. 3. contra gē. ca. 23. & alibi,

Secundo si non mouentur a seipsis non videtur a quo moueantur: nisi dicatur, ꝙ mouentur a generante ea, sed hoc est falsum: ergo probatur falsitas ex Cōmen. ait enim, ꝙ motus non existunt a generante nisi mediante generato, ex quibus patet, ꝙ generans non est proximum mouēs de quo quęrimus. 3. Cæli comment. 28.

Confirmatur per Comm. 8. Physi. dicentem, ꝙ huiusmodi non indigent motore extrinseco essentialiter ad hoc vt exeant in actum. Comm. 38.

Tertio philosophus 8. Physi. comparat corpus habens actu leuitatem habenti actu scientiam, & non considerāti, sed habens scientiā non indiget aliquo Tex. 38.

aliquo extrinseco ad considerandū sed per seipsum considerare pōt: ergo etc.

Quarto effectus in actu exigit causam in actu. 2. Physi. Si ergo graue moueatur deorsum, aut a se mouetur, aut a remouente prohibens, aut a tentro attrahente, aut a generante. Non a remouente prohibens: quia illud mouet tantum per accidens. Non a cētro quia supposito per impossibile in cētro esse vacuū, adhuc ad illud moueretur graue. Non a generante: quia continget generans non esse, & graue moueri: ergo a seipso mouetur.

2. physi tex. 37. & 3. meth. Tex. 3.

Cōment. 22.

Quinto Commen. 4. Cæli ait, ꝙ lapis mouet se inquantum est grauis in actu, & mouetur inquantum est in potentia inferius.

Motus versus finē quo modo iudicabitur.

Sexto si moueretur ab extrinseco, puta a generante motus eorum esset remissior versus finem. sed ad hūc sensum apparet esse falsum. Videmus enim, ꝙ quāto graue magis appropinquat ad centrum, tanto velocius mouetur, probatur consequentia: quia quāto magis, inflat mobile a mouente, tanto mouēs minus potest super illud cæteris paribus, & per consequens tanto illud tardius mouetur ergo &c.

Tex. 36,

Septimo philosophus. 4. Physi. loquens de contrarietate grauis, & leuis dicit, ꝙ secundum hanc contrarietatem erunt actiua motus secundum autem durum, & molle passiua.

Octauo quando aliquid habet pōam actiuam respectu alicuius formæ potest eam causare in quocunque passō sibi proportionato, & approximato, sed graue habet potentiam actiuam respectu vbi deorsum, sicut respectu eius, ꝙ secum deorsum trahit, & ipsummet quando est extra illum locum est receptiuum illius formę, & est proportionatum, & approximatum sibi: ergo istam formam potest causare in seipso.

Respondeo: quia Commen. videtur variæ de hac materia locutus, ideoq; sectatores eius in varias opiniones sūt diuisi. Primo recitabo eorum opiniones qui a doctrina. S. D. deuiant, & eas improbabo. Secundo opinionem. S. D. cum opportunis declarationibus explicabo. Respōsio ad disputationem prę-sentem.

Prima opinio est quorumdam dicentium, ꝙ grauia, & leuia per se mouēt medium, ipsa vero ad motū medij per accidens mouentur, quodque nulla alia per se causa illius motus est quærenda. Hanc autem positionem ipsi auctoritatibus quibusdam Auer. muniunt. Prima opinio Auerroi starum.

Primo quia. 3. Cæli videtur velle, ꝙ medium motum sit necessarium ad motum grauium, & leuium, & quemadmodum homo in naui per se mouet nauim, per accidens autem mouetur ad motum navis, ita graue per se mouet medium per accidens autem mouetur ad medij motum. Cōment. 28.

Secundo: quia 4. Cæli idem dicit, & eodem confirmat exemplo. Cōment. 22.

Sed contra istam opinionem arguitur supponendo motum grauium deorsum, & leuium sursum esse motum naturalē, vt patet per philosophum. 1. Cæli. Omnis motus naturalis requirit aliquem motorē per se. Sed motus grauium, & leuium est naturalis: ergo requirit aliquem motorem per se: ergo non sufficit illis assignare motorem per accidens, consequentia nota cum minori, maior vero probatur. Omnis motus naturalis dicitur, aut quia mobile habet potentiam passiuam naturalē ad motum, aut quia in se habet principiū actiuum motus. Si primo modo non potest esse naturalis sine motore per Tex. 14. & 3. tex. 21. & 4. tex. 2. & 8. phys. tex. 31.

se, dicitur enim naturalis quia in mobili est potentia nata ab agente naturali, & proportionato in actum reduci, ꝙ est ab agente, & motore per se fieri. Si secundo modo idem quoq; apparet: quia principium intrinsecum motus naturalis est principium per se: ergo etc.

Corpus non mouet nisi motum.

Secundo nullum corpus mouet nisi motum, si ergo graue mouet medium oportet, ꝙ moueatur, aut ergo est seipsum mouens, & sic habebit motorem per se, aut ab alio mouebitur, & sic etiam oportebit esse aliquod a quo per se moueatur: ergo &c.

Ad rationes eorum dicitur, quod procedunt ex malo intellectu verborũ Commen. Non enim mens eius est, ꝙ non oporteat in huiusmodi dari nisi motorem per accidens. Sed cum putet huiusmodi corpora non posse se mouere per seipsa de potentia accidentali vt inferius probabitur inquirit modũ quo seipsa per accidens mouere possint.

Mens comẽtatoris.

Graue seipsum nõ mouet sed ab alio mouetur.

Pro cuius declaratione sciendum est: quia licet graue non moueat seipsum deorsum sed ab extrinseco moueatur, aliud tamen corpus a se distinctũ potest per se mouere: quia tunc est ens in actu a mobili essentialiter, & secundum esse distinctum, sicut licet ignis se non calefaciat, aerem tamen calefacit.

Id ꝙ alterũ per se mouet non inconuenit p accidens ad motum eius moueri.

Sciendum secundo, ꝙ nullum inconueniens est id, ꝙ alterum mouet per se moueri per accidens ad eius motum, sicut in animalibus principium mouẽs, siue sit anima, siue aliqua pars corporis ad motum alterius partis per accidens mouetur, similiter nauta mouetur per accidens ad motum nauis a se mota, vnde in tali motu idem est mouens per se alterius, & per accidens suiipsius inquantum est in eo, quod mouetur per se.

Voluit ergo Commen. in supradictis locis primo, ꝙ talia corpora moueri nõ possunt sine medio: quia existimauit in vacuo non posse esse motum. Voluit secundo, ꝙ licet ista corpora non sint per se causa sui motus, sunt tamen causa per accidens illius motus, quo per accidens mouentur ad motum medij ab illis moti inquantum scilicet ad motum medij mouetur, vnde ibidem. 3. Cæli. Comm. 18. *ait. Lapis igitur non mouet essentialiter nisi aerem in quo est, & mouet se: qua hoc, ꝙ mouet se sequitur motum aeris. Cum his autem stat, ꝙ indigeant motore per se quo moueantur suo motu naturali inquantum naturalis est.*

Secunda opinio est quorumdam dicentium grauia, & leuia mouere seipsa de potentia accidentali nulloq; motore extrinseco indigere ad motum huiusmodi, ita, ꝙ inquantum sunt in actu mouent inquantum autem sunt in põa ad sua loca mouentur. Item, ꝙ motus horum non est naturalis inquantum habent principium actiuum in se: sed inquantum habent principium passiuum naturaliter inclinans ad motum. Pro Opinio secunda.
qua opinione videtur esse Commen. 3. Comm. 18. *Cæli vbi. ait Lapis autem mouet se inquantum est grauis in actu, & mouetur inquantum est in potentia inferius, & causa in hoc ẽ, ꝙ inuenitur vno modo in actu, & alio modo in põa est, quia componitur ex materia, & forma, forma igitur eius mouetur secundum, ꝙ est forma, & mouetur secundum, ꝙ est materia non enim est in potentia ad inferius, nisi secundum, ꝙ est materia. Item. 4. Cæli. Grauitas inquit in lapide est motor secundum, ꝙ est forma, tantum, & ipsa est mota inquantum est in materia prima. Huic opinioni addũt quidam,*

quidã, ꝙ huiusmodi corpora per se mouent se, sed per accidens mouentur.

Contra primum, ꝙ dicit ista opinio scilicet, ꝙ inquantum sunt in actu mouent: inquantum autẽ sunt in põa mouentur arguitur. Mouens, primo motum oportet esse realiter distinctu sed actu graue existens extra proprium locum inquantũ est actu graue, & actu graue inquantum est in põa ad locum non sunt realiter distincta: ergo idẽ inquantũ est in actu graue non mouet seipsum inquãtũ est in põa deorsum. Ma Cõmẽ. 40. *ior probatur rõne philosophi. 8. huius quia si sic esset, idẽ respectu eiusdẽ esset in actu, & in põa. Quantũcunq; .n. diuersimode graue cõsiderari possit, ꝙ hoc tñ non tollitur quin graue in actu, & graue in põa deorsum sint idẽ realiter, consequens autem habet philosophus pro impossibili: ergo &c.*

Si dicatur, ꝙ idẽ nõ põt esse in actu formali, & in põa formali, sed non est inconueniens, vt idem simul sit in actu virtuali, & in põa formali, & ꝙ grue in actu qñ non mouetur est in actu virtuali: quia põt causare motũ: sicut sol pot calefacere, & est in põa formali: quia non habet actualiter motum, 1. di. 3. q. 7. ad arg. pro secunda opinione. *quæ est responsio Sco. ad argumenta ꝙ secunda opinione.*

Contra arguitur quia philosophus assummit illã propositionẽ ad probandum, ꝙ idẽ non põt seipsum penitus mouere, ita scilicet, ꝙ totũ moueat totũ, sed oportet vt diuidat in duas partes, quarum vna sit mouens, & altera sit Text. 40. *mota, vnde in fine concludit. Hoc igitur mouet, illud autem mouetur eius, ꝙ seipsum mouet. Si autem illa propositio haberet veritatem solum de actu & põa formali, non autẽ de actu virtuali, & põa formali per eã non probaretur propositum. Dic eretur .n. ꝙ mouens seipsũ localiter nõ est in actu formali, sed in actu virtuali, & põa formali: ergo &c. illa expositio non est ad mentem philosophi.*

Si aũt dicatur, ꝙ philosophus dedu cit, ꝙ idem esset calidũ, et non calidum. Similiter autem & aliorum vnũquoq; quorumcunq; mouens necesse est habere vniuocũ. In quibus verbis videtur loqui de agente vniuoco, & per consequens in actu formali existente.

Idem respectu eiusdem non põt esse in actu, & in põa qũo intelligẽdum sit.

Hoc non obstat: quia cum philosophus velit ostendere, ꝙ idem non põt simul esse in actu, & põa respectu eiusdem, deducit ad inconueniẽs nobis manifestius, ꝙ scilicet idẽ esset calidũ, & non calidũ, & sic in alijs vniuocis relinquẽs ẽt manifestum ex his, ꝙ in causis equiuocis in quibus nobiliori modo agens est in actu multomagis idem nõ põt simul esse in actu, & in potentia, & per consequens non potest idem seipsum primo mouere.

Si secundo respondeatur, ꝙ mens philosophi est idẽ secundũ eandem rationem non posse esse in actu, & in potentia respectu eiusdẽ, sed bene secundum diuersas rationes.

Contra quia philosophus per illam propositionem non probaret, ꝙ oẽ mouens seipsum diuiditur in duas partes secundũ rẽ, quarum vna sit mouẽs, & altera sit mota, ex hoc .n. ꝙ aliquid diuiditur in diuersas rationes nõn sequitur illud realiter diuidi.

Si dicaẽ, ꝙ pars mouẽs est grauitas, pars vero mota est mã. Hoc est expres se cõtra Cõm. 8. Phy. arguẽs, ꝙ mate- Comm. 30. *ria prima nõ põt esse pars mota in coporibus simplicibus: quia nõ est exñs i actu, & illud, ꝙ mouetur ex se debet diuidi in mouẽtem, & motum in actu.*

Contra secundum dictum huius opinionis scilicet, ꝙ graue mouet se per se, mouetur autem per accidẽ. Arguitur primo quia implicatur contradictio. Cum enim dico aliquid mouet alterum per se, sequitur ꝙ illud alterum moueatur per se. Nihil enim aliud est mouere per se quam habere causam per se sui motus: ergo cum dicitur ꝙ aliquid mouet se per se, dicitur implicite ꝙ mouetur per se: dicere ergo ꝙ graue mouet se per se, & tamen ꝙ mouetur per accidens, est dicere contradictoria.

Quid est per se moueri.

Secundo motum esse per accidens, aut intelligitur ex parte agentis sicut dicimus edificationem esse ab albo per accidens, aut ex parte motus: quia scilicet coniungitur motui per se. Neutro autem horum modorum graue mouetur per accidens, non quidẽ primo modo: quia dicis ꝙ graue in actu per se mouet se, non etiam secundo modo: quia oportet ipsi graui assignare aliqd aliud mobile per se. Vt enim inquit Comment. Omne quod mouet se accidentaliter necesse ẽ vt moueat se: quia essentialiter mouet aliud motum a se, hoc autem ista opinio non assignat, immo negat ꝙ moueatur graue solum per motum medij: ergo &c.

8. Cœli comẽt. 18.

Tertio. Omne quod naturaliter mouetur per se mouetur: quia a principio intrinseco: sed graue extra proprium existens locũ naturaliter mouetur deorsum, vt patet ex philosopho vbi supra ergo mouetur per se & non per accẽs.

Vbi supra.

Ad auctoritates Comment. dicitur, ꝙ accipit mouere se extenso vocabulo: prout idem est ꝙ habere aliquod principium in se sui motus actiuum quocunque sit actiuum, non autem prout mouere se, est esse principiũ quod & principale sui motus, illud autem non negamus vt inferius patebit.

Declaratur mens cõm.

Potest etiam dici ꝙ Commen. loquitur de illo motu scilicet quo graue per accidẽs mouetur moto aere a graui, & hoc magis cõformæ est literæ cõmenti.

Quantum ad secundum scilicet de opinione. S. D. Primo notanda sunt quædam ad propositum necessaria. Secundo per conclusiones respõdendum.

Sciendum itaq; primo ꝙ duplex est mouens, quoddam quod in mobile nullam imprimit formam, quæ motus principium sit, sicut accidit in mouente per violentiam, & tunc motus vt ab agente procedit dicitur esse totaliter ab extrinseco. Aliud est mouens quod imprimit in mobile formam aliquam inclinãtem ad motum, sicut magnes imprimit qualitatem in ferro per quam ad ipsam inclinatur, & tunc motus non dicitur totaliter esse ab extrinseco tanquam ab agente: quia etiam a forma intrinseca procedit.

Motus est duplex.

Sciendum secundo ꝙ talis forma dupliciter potest considerari. Cum enim sit quoddam medium inter mouens & mobile tanquã ab agente in mobili causata, potest considerari per comparationem ad mouens tanquam ad id quod per ipsam formam mouet, & sic habet rationem principij actiui motus. Potest etiam considerari per comparationem ad mobile, tanquam scilicet mobilis forma, & sic habet rationem principij passiui. Non est enim principium quo mobile se mouet: sed quo mouetur.

Forma impressa Imobili a mouente, dupliciter potest cõsiderari.

Sciendum tertio ꝙ aliquid concurrit ad actionem & motum dupliciter. Vno modo sicut principium quod actionem & motum producit, & hoc oportet esse aliquod subsistens, aut habens modum subsistentis: quia actiones & motus sunt suppositorum agentium.

In prologo Metaph.

Alio

Alio modo sicut quo agens agit, et mouens mouet, & hoc potest esse forma, tam intrinseca, quam extrinseca. Intrinseca, sicut ignis calefacit & calorem in igne calefaciente existentem, extrinseca autem sicut magnes mouet ad se ferrum per qualitatem in ferro impressam.

Sciendum quarto, ꝙ aliqua accidentia ita consequuntur formam necessario ꝙ a nullo impediri possunt, quin posita forma eueniant, sicut risibilitas cõsequitur naturam humanam. Quædam vero consequuntur formam in aliqua dispositione existentem & non impeditam, sicut motus deorsum consequitur formam grauis existentem extra proprium locũ, & a nullo prohibente extrinseco impeditam. Prima accidentia non est dubium produci a producente formam, de secundis autẽ quando propter aliquod impedimentum non ponũtur in eodem instanti in quo ponitur forma potest esse dubium: sed ostendetur ꝙ etiam huiusmodi oportet esse a producente formam quandocunque ponatur in actu.

Graue potest dupliciter dici in potẽtia ad motũ deorsum.

Sciẽdum quinto ꝙ dupliciter potest aliquod graue esse in potentia ad motũ deorsum. Vno modo secundum potentiam essentialem, quando scilicet non habet formam grauitatis: sed est in potentia ad illam. Alio modo secundum potentiam accidentalem, quando scilicet formam habet, quæ est principium motus: sed non mouetur propter aliquod impediens per remotionem tamẽ prohibentis moueri potest, idem de leui est dicendum. Addit autem Cõmen. ꝙ prima potentia est naturalis, secunda autem est violenta. Hoc autem nõ est intelligendum de potentia secundũ se considerata: quia si potentia ad motum esset violenta, tunc motus non esset naturalis: sed intelligendum est de potentia secundũ ꝙ subijcitur priuationi motus et loci naturalis, illa enim priuatio motus & loci est sibi præter naturam, & totaliter ab extrinseco scilicet a prohibente motum. Istis notatis sic hæc.

Prima conclusio. Grauia & leuia non mouent seipsa de potentia essentiali ad actũ. Probatur quamuis sit satis manifesta. Idem non potest esse simul in actu & in potentia respectu eiusdẽ: sed educẽs aliquid de nõ graui ad graue quod est educere ad motũ de potẽtia essentiali est in actu, aut formaliter, aut virtualiter tale, quod autem educitur ad actum vt sic est in potentia: ergo idem non potest se educere de non graui ad graue.

Grauia & leuia non mouent se ipsa de potentia essentiali ad actum.

Confirmatur quia eadẽ ratione quælibet res seipsam de potentia ad actum produceret.

Secunda conclusio est. Grauia & leuia non mouent seipsa per se de potentia accidentali. Dico per se: quia per accidens non inconuenit vt moueant se mouendo scilicet aliud corpus: quemadmodum dictum est superius.

Grauia & leuia non mouent se ipsa per se de potentia accidentali.

Tertia conclusio est. Grauia & leuia mouentur per se a generãte tanquã a mouente principali & mouẽte quod. Probatur primo. Omne quod dat formam dat omnia quę formam consequũtur: sed motus grauis deorsum, & motus leuis sursum consequũtur de necessitate formam grauitatis, & leuitatis ipsis existẽtibus extra propria loca & non impeditis: ergo &c. consequentia nota. maior & minor est Commen. 8. Phys. Cõmẽ. 3.

Grauia & leuia mouentur per se a generãte tãquam a mouente principali & mouente quod.

Dicitur forte ꝙ generans dat motũ, quando educitur mobile de potentia essentia-

essentiali, non autem quando educitur de potentia accidentali.

Sed contra remoto impedimento a corpore actu graui, aut de necessitate sequitur motus deorsum ad grauitatem, aut non. Si non: ergo ad hoc vt moueatur deorsum indiget aliquo extrinseco motore, vt patet ex Comm. 2. sed hoc est falsum secundum Comm. ergo &c. Si de necessitate ad grauitatem sequitur motus: ergo qui dedit formam grauitatis dedit, & motū. Quando enim aliqua se de necessitate secundum esse consequuntur, ita, ꝙ vno posito aliud per quandam resultantiam ponitur, quicunque dat primum, dat & secundum, vt patet in subiecto, & ꝑpria passione.

8. Physi. Cōm. 48. Cōm. 32.

Secundo, aut mouentur per se a forma tanquam a mouente ꝙ, aut a generante vt patet ex opinionibus magis communibus, tum etiam quia exclusimus superius ꝙ non mouētur a medio. Sed non mouentur hoc modo a forma grauitatis: ergo &c. Probatur minor. primo omne, ꝙ agit est suppositum in actu, vt patet, sed neque grauitas neque leuitas sunt suppositа vt ex se satis patet, ergo &c.

3. Metaph. & in prob. 7. tex. 18.

Dicetur forte, ꝙ non oportet ad mē tem philosophi omne mouēs esse per se subsistens, sed sufficit, ꝙ si ens actu vt distinguitur a pura pōa, & hoc modo forma est ēs actu: licet nō sit suppositū.

Sed contra Eodē modo conuenit formæ esse principiū actionis, & motus, quomodo sibi conuenit esse actionis terminum, sed probat philosophus, ꝙ forma non pōt esse primo, & per se terminus actionis, sed tantum compositū: ergo non potest esse primo, & per se principium actionis, & motus, non ergo per ens actu ītelligit philosophus omne ꝙ non est pura potentia sed compositum in rebus materialibus. Illi.n: primo, & per se conuenit esse, & consequenter operari, & agere.

7 Metaph. Cōmen. 32.

Secundo: quia Commen. ait, ꝙ lapis non mouet se essentialiter. 3. Cœli. Cōmen. 18.

Nec valet, ꝙ dicitur, ꝙ intelligit non mouere ipsum graue de pōa essentiali, quia subiungit, ꝙ mouet aerem essentialiter licet non se, constat autem ꝙ ibi accipit mouere essentialiter idest per se nō autem de potentia essentiali.

Tertio arguitur auctoritate philosophi. Aut enim concludendo, ꝙ aut a generante, & faciente graue, & leue, aut ab impedimento remoto mouetur. Superius autem ostendit, ꝙ a remouente prohibens non mouentur nisi per accidens, relinquitur ergo, ꝙ a generante per se mouetur. 8. Cōm. 38. 1 ex. 33.

Si dicatur, ꝙ intelligit ea moueri a generante de potentia essentiali, non autem accidentali.

Contra quia ostendens quemodo remouens prohibens nō mouet per se sed per accidens, dat exemplū de pila quę repercussa non mouetur a pariete per se sed a proiciente. Vbi ait Comm. ꝙ quemadmodum paries non mouet per se pilā illo motu reflexo sed proiciens, ita illud, ꝙ aufert impedimentum mouet lapidem per accidens, & generans mouet ipsum essentialiter. Vbi accipit mouens essentialiter pro mouente per se, alioquin similitudo ad propositum non esset. Sed philosophus loquitur ibi de motu qui conuenit mobili post remotionem impedimenti, sicut, & de motu qui conuenit pilæ post impedimentū parietis, quo motu constat, ꝙ mobile non mouetur de potentia essentiali, sed tantum accidentali: ergo intelligit philosophus generans per se mouere huiusmodi corpora etiā de pōa accītali. Vide quid sentiendum de motu reflexo.

Aduer-

Aduertēdum autem ꝙ cum dicimus generans mouere ꝙ se grauia quę prius impediebantur a motu non sic intelligē dum est, quasi nouum aliquem impulsū agat remoto prohibente. Contingit.n. generans tunc non esse si aliquid aliud præter cęlum eam generet: sed ille motus attribuitur generanti: quia grauitas a qua de necessitate ille motus procedit est a generante. Sicut enim in ꝓiectis dicitur proiciens tamdiu mouere principaliter quamdiu durat grauitas, virtus eius & impulsus in mobili: ita quamdiu durat grauitas in corpore graui per quam mouetur, dicitur generans ea mouere tāquam principale agens, cum in grauitate eius virtus saluetur, sicut virtus principalis agentis saluatur in instrumento.

Grauitas & leuitas mouent corpora quorum sunt formę tanquā agētia quibus generantia ea mouent, & tanquam agentia instrumentalia.

Quarta conclusio est. Grauitas & leuitas mouent corpora quorum sunt formæ tanquam agentia quibus generā tia ea mouent: & tanquam agentia instrumentalia. Probatur primo. Certum est grauitatem concurrere ad motum naturalem deorsum. Aut ergo concurrit omnino passiue. Aut actiue principaliter. Aut actiue instrumentaliter & sicut principium actiuum quo generans mouet. Non primum: quia formę est agere pati vero materiæ: non secundum vt probatum est: ergo tertiū.

Secundo. Sicut se habent alia accidentia consequenti am formam ad ipsā formam: ita & motus: quia motus naturalis est de consequentibus formam, sed alia accidentia non sequuntur formam mere & omnino passiuæ, figura enim non consequitur formam substantialem mere passiuæ, non enim forma est subiectum figurę: ergo & motus non consequitur formam mere passiuę: sed aliquo modo actiuę, non principali ter: ergo instrumētaliter & secūdario.

Ad hunc sensum intelligendę sunt omnes auctoritates Cōmen. 2. S. Tho. dicentes grauitatem & leuitatem esse principia actiua motus, est enim grauitas principium actiuum quo & instrumentale non autem quod. Ad hunc etiā sensum fortasis loquuntur qui dicunt ꝙ huiusmodi corpora mouēt se. Item quia aliquando inquit S. D. ꝙ grauitas est principium passiuum motus intelligendum est ꝙ est instrumentale agens. Instrumentum enim qđ producitur a principali agente habet rationem passiui, maxime si consideretur secūdum ꝙ est aliquid in mobili productum: vt superius annotauimus. Hunc enim sensum explicat ipse S. D. in tra. de natura materię c. 1. Authoritates S. Tho. & Auerrois. 18 Phys. Expo. tex. 2.

Grauia & leuia mouentur per accidens a remouente prohibente.

Quinta conclusio est. Grauia & leuia mouentur per accidens a remouente prohibens. Pro cuius declaratione notandum primo, ꝙ causa per accidens alicuius effectus potest dupliciter intelligi, ex parte scilicet causę & ex parte effectus, ex parte causę, quando aliquid coniungitur causę per se, sicut dicimus ꝙ album ędificat, ex parte effectus quando aliquis effectus coniungitur effectui per se.

Causa per accidens duplex.

Sciendum secundo ꝙ duplex ex parte effectus dicitur causa per accidens. Vno modo quia effectus est prēter intētionem agentis, quemadmodum fortuna causa per accidens est. Alio modo quia licet effectus sit a causa intentus & etiam principaliter, tamen ex actione eius non est natus ille effectus sequi: si talis actio secundum se consideretur; sed solum natus est sequi ex suppositione quod accidentaliter coniungitur actioni: sicut soluens pedes animalis dicitur esse causa motus ꝓgressiui illius.

Non

Non enim ex illa solutione natus est sequi illæ motus, nisi enim animal esset viuum non moueretur motu progressiuo, sed per accidens causa est illius effectus: quia illi pedum solutioni per accidens coniungitur animal esse viuum.

Remouens impedimentũ est causa motus per accidens ex parte effectus.

Remouens igitur impedimentũ motus sicut remouens columnam cui superpositus est lapis, dicitur mouere per accidens lapidem: non secundum ꝙ per accidens se tenet ex parte causæ: quia huiusmodi causa per accidens nihil ad effectum operatur, cum enim dicimus album ædificat, albedo nihil ad ædificationem operatur. Neque etiam est per accidẽs ex parte effectus: quasi illę effectus non intendatur, possibile est enim, ꝙ aliquis diuellat columnam vt lapis cadat. Sed dicitur mouere per accidens: quia motui columnæ per accidens coniungitur esse aliquod corpus graue superpositum, quod natum est illo motu moueri a generante, & sua grauitate, quodque impediebatur a columna ne moueretur. Vnde remouens columnã, operatur quidem aliquo modo ad motum lapidis, non quia illi aliquid imprimat, sed quia remouet id, ꝙ impediebat ne graue deorsũ moueret.

Respõsio ad argumenta. Aduersorium.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum negatur maior de eo, quod habet in se solum principium actiuum quo & instrumentale, quomodo diximus grauitatem, & leuitatem esse principia motus actiua, requiritur enim ad hoc, vt aliquid moueat se, ꝙ in seipso habeat principium quod, & principale motus.

Ad confirmationẽ dicitur, ꝙ motus ad superius est causatus a leuitate sicut a principio quo, & instrumentali, sicut risibilitas ab essẽtia hominis causatur, non autem sicut a mouente principali.

Ad secundum dicitur, ꝙ mouentur principaliter a generante. Ad primam improbationem huius dicitur, ꝙ auctoritas Commen. nihil aliud significat, Ad quid dicat authoritas Auerr. *nisi ꝙ generans est mouẽs quod et principale, forma autem generata est mouens quo & instrumentale. Ad secundam dicitur ꝙ mens Cõmen. est ꝙ quã do graue in actu est, non indiget motore extrinseco educente in actum graue de potentia essentiali, neq; indiget motore extrinseco de nouo aliquid imprimente ad hoc vt moueatur, huic autẽ non repugnat, quod moueatur a generante per formam grauitatis antea ab eo acceptam.*

Ad tertium dicitur secundum mentem philosophi graue in actu assimilatur habenti habitum scientiæ, in hoc, ꝙ sicut habens habitũ statim considerat nisi aliquid impediat, ita habens grauitatem statim mouetur a sua grauitate tãquam a principio quo, nisi sit aliquid impediens, non autem est similitudo, ꝙ sicut intelligens per seipsum intelligit, ita graue per seipsum moueatur. Mens. Ar.

Ad quartum dicitur primo, quod mobile non requirit mouẽs principale esse simul cum eo, nisi in principio motus quando mouens nihil in mobili præter motum imprimit, multo minus hoc requiritur vbi mouens imprimit mobili formam per quam inclinatur ad motũ. Dicitur secundo, ꝙ effectus in actu exigit causam in actu, vel in se vel in instrumentali in quo eius virtus saluatur, modo licet generans non sit in actu in se, remanet tamen virtualiter quam diu remanet grauitas per quam mouetur graue. Mouens, & motũ oportet esse simul, quomodo accipi debeat.

Sed contra istam responsionem arguitur. Nam tunc virtus illa quæ remanent in grauitate a generante erit efficiens Optima.

efficientes motus principale, non autẽ ipsum generans.

Respondetur negando consequentiã. Illa enim virtus non erit nisi efficiens quo, mouens autem quod mouet per illam virtutem est generans.

Quomodo lapis dicitur mouere se.

Ad quintum dictum est in quæstione, ꝙ lapis dicitur mouere se improprie quia habet in se principium quo, & instrumentale sui motus, & quia mouet se per accidens.

Ad sextum negatur consequentia. Ad probationem negatur assumptum de mouente ꝙ imprimit mobili formã per quam mouetur ad locum naturalẽ, tale enim mouens magis mouet, quãto mobile magis recedit ab eo accedens ad locum naturalem, per talem enim appropinquationem ad locum naturalẽ forma qua instrumentaliter mouet, intenditur per accessum inquam ad id, ꝙ est quasi finis eius, & complementum suæ perfectionis.

Ad septimum dicitur, ꝙ mens philosophi est illa quod est principiũ motus in Mens. *strumentaliter, & sicut principium formale quo, non autem sicut principiũ ꝙ.*

Ad vltimum dicitur primo, ꝙ maior non habet veritatem nisi de habente potentiam actiuam principalẽ, qualis non est in huiusmodi corporibus, vt sæpe dictum est.

Dicitur secundo, ꝙ etiam minor est falsa, graue enim non est passum proportionatum, quia oportet illud esse distinctum, aut secundum esse, aut saltẽ secundum diffinitionem, siue secundum essentiam, & substantiam.

ADDI.

Circa hoc quæsitum, quia est arduũ, & difficile vltra conclusiones, quas ponit Auctor. sunt & quædam alie propositiones aduertendæ, quæ vberiorem efficiunt hanc doctrinam, & prima est, ꝙ elementa mouentur a cælo effectiue, & localiter, verum quia

Duplex efficiens. efficiens est duplex: vniuersale, & particulare, cælum est agens vniuersale, non autem particulare, & proprium, non tamen agit cælum attrahendo elementa, aut expellendo, aut alia specie violenti motus mouendo: quia tunc elementi leuis facilius attraheret cælum medietatem quam totum, quia medietati magis dominaretur cælũ quam tot, consequens est contra experientiam, similiter velocius depelleret cælum medietatem elementi grauis, quam totum, similiter cum attractio, & expulsio sint motus violenti 7. Phy. non reperirentur motus naturales, sed eis coniuncta esset violẽtia, & eisdem rationibus probatur, locum non attrahere, aut expellere corpora in ipsum mota ab ipso.

Tex. 10.

Tex. 15. Secunda propositio locus mouet elementa finaliter, & formaliter aliquo modo & effectiue, sed non proprie effectiue, quę propositio est de intentione Auer. 4. cæli vbi vult ꝙ causa finalis in motibus istorum elementorum sunt loca conuenientia, & sũt aliquo modo formę, cum sint perfectiua, dicitur finis de loco & forma æquiuoce, vt scribit cõmẽ. 4. Phy. quia locus separatur a locato, & in hoc d ffert a materia, & a forma, & in eodem lib. ait causa motus eius, quod mouetur in continente, est extra naturam, & est rem motam esse extra suum vbi naturale, distinguit autem moueri in continens mobilia cælestia incorruptibilia: quia non violente locabilia, sunt superiora, sicut multa inferiora, & sic patet ꝙ quemadmodum esse in suo loco naturali elementi, aut elementali est causa finalis quietis naturalis, ita esse extra suum locum naturalem est finalis causa motus naturalis.

Cõ. 14. Cõ. 43.

Tertia propositio, generans elementum mouet ipsum mediate, sed non immediate vt habetur in hoc 8. Phy. motor corporum naturalium in loco est in rei veritate ab eo, quod generat ipsa, sicut alia accidentia, quæ inueniuntur generari in re per gene

rationem ipsius, potentia enim ad motum dicitur, duobus modis vt tangitur in hoc quæsito, essentialis, & accidentalis: cum igitur elementū mobile non existit, tunc elementum est in potentia essentiali, quia materia ex qua generabile est elementum est in potentia ad formam principiatiuam operis, & sic indiget elementum aliquo generante ipsum de potentia ad actum essendi, & tunc de pōa essentiali reducitur elementum ad actum motus, secunda pars illius propositionis patet: quia generans nō est localiter mouens per se neq; immediatū, & per accidens, vnde Auer. 3. cæli aiebat quō admodū cætera accidentia existentia in re generata non existunt in ea nisi a generāte, tamen mediante forma generati, quæ fit a generante, ita est de hoc motu, verbi gratia genita prima parte ignis, in sunt omnia accidentia ignis inquantum ignis, quorum vnus est motus ad superius, & 8. Phy. docet generans est illud quod dat corpori generato formam suam, & omnia accidentia contingentia formæ, quorum vnus est motus in loco, & ideo cum forma fuerit completa in eo complebitur, suum esse & alia accidentia nisi aliquid impediat.

Cōmen. 38.

Cōmen. 38.

Quarta propositio remouens prohibens mouet elementum per accidens, & non est necesse, ꝙ aliquid faciat in effectu, quia si contingat elementum esse in potentia accidētali, ad moueri, hoc est dupliciter, aut est in loco suo naturali, & tunc non mouetur naturaliter, neq; indiget motu ducente ipsum in suum locum, si autē ipsum est extra locum suum, tunc non mouetur, quia supponitur ꝙ sit in potentia accidentali, ad naturaliter moueri: ergo quiescit, & cum ista quies sit violenta sibi, ipsum indiget remouente prohibens ipsum moueri. Quidam per prohibens intelligunt medium per quod fit motus: quia volunt elementum per se mouere medium, a moto vero medio impediente, elementum mouet se per accidens, & reducitur per accidens in causā per se: scilicet in elementum mouens medium, & medium per se mouens elementū.

Opinio aliquorum interpretātiū prohibens.

Sed contra istam opinionem est Auer. 8. Phy. vbi habet ꝙ graue & leue remoto prohibente mouetur ex se, & subdit Arist. posuisse illa non moueri ex se quia non mouētur ex se, donec moueantur ex alijs, medium autem nunquam est remotum, sed semper resistit, & sine illo non fieret motus: ergo per prohibens non intelligitur ipsū medium, quod si intelligant medium remoueri sic ꝙ cedat, ad hoc vt motus fieri possit, & tamen ad huc resistat, contra quia hoc aduersatur dicto Ar. 8. Phy. vbi exemplificat de euellente columnam.

Tex. 32.

Et ideo per prohibens intelligendum venit illud quod prohibet, vt motus inchoetur, vt graue descendere (columna supposita) & remouetur prohibēs, si columna remouea tur & si lupis trahitur extra columnam, similiter sagitta sursum proiecta cum desinit aer ipsam sursum portare remouetur, aut remoueri incipit prohibens, similiter lapi de sui grauitate rempente chordam qua substinebatur lapismet remouet impediens, sic etiam, si aqua, aut argentum viuum super calefacta ascenderet per calorem, tunc remouens calorem, remoueret impedimentum & c.

Quinta propositio medium mouet adiuuando, nō autem solitarie, si enim solus ventus aliquid moueret, tunc motus ille non esset naturalis.

Tex. 18.

Sed sciendum est ꝙ Ar. 3. cæli vult aerem esse causam motus naturalis, & violenti facti in eo, & Auer. ibi dicit aer sui grauitate iuuat grauia in descendendo, & sui leuitate iuuat leuia in ascendendo: est igitur aer adiuuans & deferens, non autē est principale efficiens, quia medium mouetur a re mobili, & in hoc lib. 8. ait ꝙ aer & aqua talem habent naturam cum accipiant principium mouendi ab alio per se mouentur, ex quo patet in motu naturali, & violēto medium moueri, & sic in naturali motu medium adiuuat, sed in violento portatur mobile a medio.

Omm. 82.

Opinio Platonis. Opinio Parisiensium. Opin. Auer. Comm. 28.

Sed aucrte ꝙ in proiectionibus, in quibus impellens ab in pulso separatur sunt tres opiniones prima est Plat. volentis medium subcedens impellere mobile, secunda est Parisientium asserentium impetum esse qualitatem infixam impulso mouentem ipsum quæ tamen, quia uiolenta est, continue remitritur, tertia est quæ attribuitur Auer. ꝙ medium impulsum mouetur a sua forma, quia 3. cæli ait motus lapidis sursum assimilatur naturali, quia lapis mouetur dum extrinsecum mouens quiescit, motor igitur est cum moto, & si hoc non esset caderet lapis, sed quid sentiendum est secundum D. Tho. vide Auctorem in resp. ad quartum arg. huius quæsiti, & S. Thom. 2. sent. dist. 6. q. 1. vide quoque Ianu. q. 12. huius Alb. de Saxo. 3. cæli q. 8. Greg. Arim. 2. sent. dist. 6. q. 1. ar. 3.

Quęstio decima. Vtrum in animalibus pars intrinseca mouens, sit aliquid compositum ex materia & forma.

Quod enim ipsum a seipso mouetur natura: ut quolibet animalium, mouetur enim animal ipsum a se ipso: quorumcunq; autem principium motus in se ipsis est. Tex. XXVII.

Simplicius. 8. Physico. cōmen. 15.



Quæritur decimo. Vtrum in animalibus pars intrinseca mouens sit aliquid compositum ex materia, & forma. Et videtur, ꝙ non.

Primo illud conuenit alicui primo, ꝙ illi conuenit non per aliquid aliud, & cuicunque conuenit, per ipsum conuenit, vt habetur ex philosopho, sed animæ animalis conuenit virtus motiua, non per aliud cui per prius conueniat, & cuicunque ineſt hoc est per animam: ergo animæ primo conuenit virtus motiua: ergo non primo conuenit alicui composito mouere.

1. polit. c. 5.

Secundo sequeretur materiam esse per se motiuam, sed hoc est impossibile: ergo &c. Probatur cōsequentia. Quocunque accidens conuenit primo, & ꝙ se composito, conuenit cuilibet eius parti per se, licet non primo: ergo si compositum ex materia, & forma mouet primo, & ꝙ se, materia per se mouebit.

2. Ph. 68. 30.

Tertio Commen. ponit animam esse principiū mouens in animalibus: ergo non compositum.

Quarto Commen. super illo capite quare primum de alimento inquit. Cum declarauit animam esse causam secundum formam, & secundum finē declarauit etiam eam esse causam mouentem secundum omnes motus siue uenos, siue existimatos: ergo compositū non est pars mouens.

1. de anima cō. 37.

Suppositis his quę in priori quæstione determinata sunt. Sciendum primo secundum doctrinam. S. D. ꝙ quāuis vnica forma substantialis sit in vno cō posito, vna tamen, & eadem existens facit quicquid facerent plures formæ si ibi essent. In homine enim anima intellectiua dat esse corporeum, ꝙ in alijs facit forma corporea dat esse viuens, ꝙ in plantis facit anima vegetatiua, dat esse sensitiuum, quod in brutis anima sensitiua facit, & vlterius dat esse intellectiuum, vnde secundum, quod formam imperfectiorem virtualiter cō tinent, sibi quoque conditiones illius formæ conueniunt, nisi fortæ formam secundum, quod ab alia perfectioris gradus est distincta, & separata consequantur.

Forma superior dat cōposito vnico existēti quic quid dant inferiores formę. 1. p. 76. ar. 1.

Sciendum secundo, quod non incon

Aliquid cõ esse per accidens cauſ. ſui motus & alterius a quo diſtinguitur, cauſa eſt motus per ſe.

uenit aliquid eſſe cauſam per accidens ſui motus, alterius autem a quo diſtinguitur, aut ſecundum eſſentiam, aut ẽt ſecundum eſſet per ſe cauſam motus eſſe. Nauta enim per ſe mouet nauem ſed per accidens mouet ſe ſecundum, ꝙ ad nauis motum mouetur.

Sciendum tertio, quod in animali duplex motus naturalis inuenĩt. Vnus eſt qui ſequitur apprehenſionem, & appetitum, & hic eſt motus progreſſiuus eius. Non enim mouetur animal de loco ad locum niſi propter apprehenſionem alicuius conuenientiæ in illo loco, & per illius appetitum, & deſideriũ. Alius motus eſt qui nullam apprehenſionem ſequitur, ſicut motus partis nutritiuæ, & motus cordis qui etiam dormienti animali, & omni ligato prorſus ſenſuum iudicio fit.

Quæ pars ſit mouens in motu animalis progreſſiuo. 3. de anima lect. 5.

Dicitur itaque primo ſecundum mẽtem. S. D. ꝙ in motu animalis quo mouetur motu progreſſiuo, de quo maxime loquuntur philoſophi dum dicunt animal mouere ſeipſum, pars mouens non eſt anima ſolũ, ſed illa pars animati corporis in qua eſt virtus ſenſitiua apprehenſiua, puta cerebrum, & illa in qua eſt appetitus ſenſitiuus ſiue ſit cor, ſiue quęcunque alia pars. Vnde pars mouens in eis eſt compoſitum ex materia, & ex anima, ſecundum ꝙ in illa parte per virtutem apprehenſiuã, aut appetitiuam inuenitur. Poſſet hoc probari: quia in motu ab apprehenſione, & appetitu procedẽte illud eſt mouens cuius operatio eſt apprehendere, & appetere, ſed vt patet ex philoſopho. 1. operationes ſenſitiue non ſunt ſolius animæ ſed compoſiti: ergo pars mouens eſt compoſitum, & non anima tantum. Poteſt probari ex præcedentibus ſic, ſicut eſt in alijs rebus quæ mouentur naturaliter tantum, & non per apprehenſionem, puta in elementis, ita in animalibus quantum ad motum locale, qui conuenit animalibus non per apprehenſionem, ſed per animam inquantum eſt forma naturalis, ſed probatum eſt motus naturales aliarum rerum eſſe a generante ſicut a principali mouente, a forma autem ſicut a principio quo: ergo ſic erit in animalibus.

1. de anima. Tex. 13.

Sed circa hoc duo occurrunt dubia.

Quomodo differt anima ab inanimatis.

Primum eſt. Animata quælibet ab inanimatis differunt: quia animata ſe ipſa mouent aliquo motu, non autem inanimata: ergo licet in rebus inanimatis principium quod, & principale non ſit intrinſecum, in rebus tamen animatis oportet eſſe intrinſecum, & non ſufficit in eis eſſe principium quo: ergo motus cordis in animalibus non erit a generante immediate ſed ab aliquo intrinſeco principio.

8. phy. cõ 49

Reſpondetur, ꝙ antecedens verum eſt de toto animato, non autem de qualibet parte rei animatæ. Sufficit enim quod vna pars moueat aliam, & ſic totum moueat ſe. Vnde philoſophus inquit, ꝙ inſunt alij motus natura animalibus ſecundum quos non mouentur per ſeipſa, vt augmentum, & decrementum, & reſpiratio.

Secundum dubium eſt. Quia ſi eſt vnica forma ſubſtantialis in animali, & pars mouens eſt compoſita ex materia & anima, cum ſimiliter ſit ex eadem anima, & materia cõpoſita pars mota ſequitur, ꝙ eadem anima erit mouens quo, & mota.

Anima eſt principium quo mouet.

Reſpondetur non eſſe inconueniens animam eſſe principium quo motus, & per ſe ſecundum, ꝙ vniparti vnitur ſecundum potentiam motiuam, & ipſam eſſe partem rei motę inquantum eſt eius

eſt eius forma ſecundum eſſe. Idem enim poteſt eſſe per ſe principium actiuum formale alicuius motus, & tamen per accidens moueri: quia etiam agẽs, & mouens principale poteſt ſeipſum aliud mouendo per accidens mouere.

Ad argumenta in oppoſitum reſpõdetur. Ad primum dicitur primo, ꝙ propoſitio philoſophi intelligitur de eo ꝙ conuenit alicui tanquam ei, quod eſt tale, non autem tamquam ei, ꝙ eſt principium formale quo aliquid eſt tale, licet enim eſſe album non conueniat corpori niſi per albedinem, non tamen dicitur albedo primo alba.

1. Phy. 1. q. 5.

Dicitur ſecundo, ꝙ mouere non cõuenit animæ tanquam ei, ꝙ mouet, ſed tanquam ei quo aliquid mouet. Vnde non oportet, ꝙ mouere ei primo conueniat, niſi forte in genere eorũ quæ tanquam principia formalia mouent.

Ad ſecundum negatur conſequentia. Ad probationem negatur aſſumptum de parte integrali eſſentiæ, totũ enim dicit entitatem diſtinctam ab omnibus partibus, includens tamen partes, vt declaratum eſt.

Dicitur ſecundo poſito, quod aſſumptum haberet veritatem de hoc actu qui eſt mouere loquendo quantum ad partes formales, non tamen habet veritatem de ea parte, quæ eſt materia: quia cum ſit pura potentia eius nullo modo eſt agere.

Mens cõmentatoris.

Ad tertium, & quartum dicitur, ꝙ mens Commentatoris eſt animam eſſe principium actiuum motus animalis non principale, & quod, ſed formale, & inſtrumentale quod verum eſſe diximus.

ADDI.

Lect. 15.

Circa illa verba, quæ dicit Auctor de mente S. Tho. 3. de anima ꝙ in motu animalis, quo mouetur motu progreſſiuo ipſũ animal dicitur mouere ſeipſum, pars mouẽs nõ eſt aĩa ſolũ, ſed illa pars animati corporis, in qua eſt virtus ſenſitiua apprehenſiua.

Dubitare poſſet aliquis quia motor debet eſſe realiter diſtinctus a moto, ſed iſta pars virtus ſenſitiua apprehenſiua, non eſt realiter diſtincta a toto animali moto, cum in eo claudatur: igitur falſa videntur verba illa adducta ab Auctore.

Pro ſolutione huius notanda eſt hæc propoſitio, quam conſtat eſſe veriſsimam, videlicet omne mouens ſeipſum, neceſſario eſt diuiſibile in partem per ſe mouentem immobilem per ſe, & partem per ſe motam, ſi quidem in mouente ſe, vel totum primo, & per ſe mouet totũ, vel vtraque per ſe mouet alteram reciproce, vel quęlibet pars mouet ſeipſam, vel vna pars mouet, & non mouetur, & alia mouetur & non mouet, nec oportet in iſta diuiſione hæc duo membra addi. ſ. ꝙ uel totum moueat partem uel econtra, quia reprobatis primo, & tertio membris, ſatis reprobabuntur iſta duo membra, ꝙ pars non poteſt mouere totum, nec econtra, quin una pars ſeipſam moueret, aut totum moueret totum, ſic ergo in illa diuiſione ſufficiunt illa membra, ſed nullum trium membrorum priorum poteſt dici: relinquitur ergo quartum, ꝙ eſt concluſio intenta, ꝙ autem non poteſt dici primum patet, quia cum idem ſit actus numero mouentis, & mobilis, ſi totum mouet totum per ſe, idem numero mouet, & mouetur, quod eſt inconueniens: ideo ſi aliquid mouet & moueatur, oportet ꝙ alius ſit motus numero quo mouet, & alius quo mouetur, ſicut alius eſt motus, quo baculus mouet lapidem, & quo mouetur a manu.

Præterea omne quod mouetur mouetur ſecundum quod eſt in potentia: cum ergo nihil reducat ſe de potentia in actum, ſed reducitur per aliquid, quod eſt in actu tale quale eſt in potentia, id quod reducitur ſequitur ꝙ oportet mouens eſſe in actu quodam modo, ſecundum id ad quod mobile eſt in potentia, nihil autem idem ſecundum

idem

idem est in actu & in potentia: ergo nihil potest esse per se & primo secundum idem totale mouens, & totale motum, secundum eundem modum: sic ergo non potest dici primum membrum.

Et notanter, dicebatur ꝙ oportet mouens quodammodo esse in actu secundum id ad quod mobile est in potentia: quia aliter est in actu mouens uniuocum, & moues æquiuocum, quia in uniuoco est actu forma, secundum eandem potentiam, & rationem secundum quam recipitur in mobili, sed in æquiuoco est actu non secundum eãdem rationem, sed secundum uirtutem superioris.

Non potest dici etiam secundum membrum: quia si vtraque pars moueat aliam reciproce una pars non magis mouebit, quam alia, & cum primum mouens magis moueat quam secundum, & si non datur primum mouens: ergo nec secundum, & per consequens mouens se ipsum non erit propinquius primo principio motus quam id quod mouetur ab alio quod est falsum.

Nec potest etiam dari tertium membrũ, quia si aliquod totum moueat seipsum per hoc ꝙ mouere sibi attribuitur ratione partis alicuius, quę primo moueat, tunc totum non erit primum mouens seipsum, immo pars, uel attribuitur sibi ratione totius, & tunc nulli parti conueniet mouere se, nisi per accidens: quare sequitur ꝙ in mouente se pars illa quæ mouet non mouetur nisi a mouente per accidens, & sic per se est immobilis quod est intentum.

Rursus si mouenti seipsum quælibet pars moueret, sequeretur ꝙ totum non esset primũ mouens seipsum, immo quælibet pars & sic isto modo non potest dari aliquod mouens seipsum primo, relinquitur ergo ꝙ in quolibet mouente se oportet dare partẽ per se mouentem, quod est quartum membrum diuisionis prædictæ, & sic propositio præposita est uera.

Attendendum etiam est, ꝙ est triplex potentia motiua, scilicet directiua, uel impulsiua, secunda est imperatiua motus, tertia est executiua motus, potentia directiua est potẽtia cognoscitiua, ut intellectus, uel phantasia, unde auerte ꝙ intellectus dicitur potẽtia cognoscitiua ut apprehendit obiectum puta bonum, & dicitur potentia motiua directiua, quia offerret & proponit appetitui bonum cognitum, uel malum sub ratione prosequendi, uel fugiendi, item intellige de potentia phantasiæ, ut sub se comprehendit immaginatiuam, & cogitatiuam, uel extimatiuam.

Potentia imperatiua motus est appetitus intellectiuus uel sensitiuus.

Potentia executiua motus est uirtus diffusa in membris & musculis complãtata in corde, ut in primo principio, uel in aliquo proportionali.

Vlterius sciendum est, ꝙ aliqui uoluerunt motum progressiuum animalis non esse motum naturalem, quia motus sequens apprehensionẽ est uoluntarius non naturalis, sed motus animalis est huiusmodi, igitur &c. maior, patet quia motus naturalis est ab appetitu naturali, uoluntarius autem ab appetitu animali, isti autẽ appetitus ex opposito distinguntur, minor etiam apparet quia quia motus animalis est per cognitionem, & desiderium ut patet tertio de anima.

C. de potentia motiua, Non attendentes ꝙ motus naturalis consideratur dupliciter uno modo prout distinguitur contra uiolentum, scilicet ut dicatur motus naturalis, omnis ille motus, qui non est uiolentus.

Alio modo accipitur motus naturalis, prout distinguitur contra voluntarium, seu appetitiuum, motus progressiuus dicitur naturalis secundum ꝙ, naturale distinguitur contra violentum, quia cum animal moueatur ex se, siue ex principio quod est in eo, propterea motus eius est naturalis.

Tex. 18. Verum quia corpus animalis habet duplicem dispositionem, est primo graue ex natura elemenți prædominantis in ipso scilicet terræ, quæ debetur proprie mixto, vt patet secundo de ortu & interitu, habet etiam & dispositionem propriam, quæ appropriatur animæ motiue secundum locum, scilicet talem figuram, & talem coniunctionẽ partium & molliciem, & inflexibilitatem, & omnia quæ requiruntur ad motum localem,

calem, vt potest videri in partibus continuis ad motum animalium: patet ergo quomodo, motus progressiuus potest dici naturalis & quomodo voluntarius.

Ad dubium principale dicimus ꝙ motor est duplex, vt quod, & illud est ens actu per se subsistens; & hoc tale debet esse realiter & subsistenter separatũ ab ipso moto, alius motor est qui se habet vt quo & hic non oportet vt distinguatur a moto subsistenter, concludit: ergo argumentum de primo motore, non autem de secundo, quem admodum dicit Auctor non inconuenit animam esse principium quo motus, & per se, secundum ꝙ vnitur vni parti secundum potentiam motiuam, & ipsam esse partẽ rei motæ inquantum est eius forma secundũ esse vide D. Tho. p. p, q. 76. ar. 3. & 4.

Quæstio vndecima. Vtrum necesse sit esse vnum primum ens immobile.

Manifestum igitur ex his, ꝙ necesse est esse aliquod unum, & perpetuum, primum mouens.

Tex. XXXXIX.

Auct. 11 Metaphysices. t. 15. *Q*Væritur Vndecimo. *Vtrum necesse si esse vnũ primum ens immobile. Et videtur quod non.*

Primo nihil pertinens ad genus quantitatis ponendum est in primo principio, cum in eo nullum accidens sit, sed vnum pertinet ad quantitatem, cum sit principium numeri, ergo non est dicendum primũ principium esse vnum.

Secundo ab vno eodem modo semper se habente, & immobili non potest procedere immediate multitudo, sed a primo principio immediate procedit multitudo entium: ergo non potest esse vnum principium omnino immobile, consequentia nota cum minori. Maior vero est philosophi vbi ait. Immobile quidem enim eundem semper mouebit eodem modo, & vnum motum velut nihil ipsum mutans ad id, ꝙ mouetur.

8. huius Tex. 53. Necesse est esse vnũ primum ens in vniuerso. *Respondeo tribus conclusiombus, quarũ prima est. Necesse est esse vnũ primum ens in vniuerso, quem vocamus Deum. Licet autem hæc conclusio sit nõ tantum secundum philosophiam, sed etiam secundum fidem, tamen probatur solum rationibus philosophi, cum non nisi phisicæ hoc inquiramus.*

Prima ratio est philosophi. Constat aliquid in entibus moueri, & qui hoc negat indiget sensu. Tunc sic. Omne quod mouetur ab alio mouetur, vt in Septimo, & in præcedentibus est ostensum, aut ergo illud mouens mouetur, aut non. Si non mouetur: ergo habemus vnum mouens omnino immobile, hunc autem vocamus Deũ: ergo &c. Si mouetur: ergo ab aliquo mouetur, aut ergo est procedere in infinitum in mouentibus, & motis, aut est deuenire ad aliquod mouens immobile, sed nõ est procedere in infinitum: ergo est deuenire ad vnum mouens immobile. Quod autem non procedatur in infinitum in mouentibus, & motibus probatur. In mouentibus ordinatis remoto primo, aut cessante a motu, posteriora non mouentur, cum primum sit causa mouendi omnibus alijs, sed si procedi-

8. huius, Tex. 54. Tex. 1. & 2. Philo. a tex. 27. vsque ad 31.

In mouentibus non est progressus ad infinitum.

ditur

ditur in infinitum non est aliquod primum mouens : ergo neque secundaria mouentia mouebunt : ergo nihil mouebitur in vniuerso, ꝙ est contra suppositum, & contra sensum.

Cō. 36. Secunda ratio philosophi est talis. Si non est vnum mouens immobile, sed omne mouens mouetur, aut per accidens est, ꝙ aliquid moueat, eo ꝙ moueatur, aut est per se. Quod non per accidens. Probatur primo quia possibile esset aliquando nihil moueri, sed hoc est falsum, immo probatum est superius, ꝙ necesse est motum semper esse: ergo &c. Probatur consequentia. Si mouentia per accidens mouentur: ergo possibile est, ꝙ aliquando non moueantur, ponatur ergo in esse: quia ex possibili posito in esse nullum sequitur impossibile. Tunc arguitur, mouentia non mouentur: ergo non mouent, cum per te nō moueant nisi moueātur: ergo contingit nihil moueri.

Non omne mouens mouetur per accidens.

Circa istam propositionem possibili posito in esse nullum sequitur impossibile. Sciendum, ꝙ dupliciter exponi potest. Vno modo, ꝙ veritatem habet in propositione possibili de sensu composito, non autem in ea quæ est de sensu diuiso. Ista enim est possibilis de sensu diuiso, album potest esse nigrum, & tamen si ponatur in actu, dicendum album est nigrum, sequitur, ꝙ album nō est albū, ꝙ est impossibile. Secundo modo exponi potest, ꝙ veritatem habeat in vtroque possibili, sed non eodem modo conuenit poni in actu composito, & diuiso: quia enim propositio de possibili composita efficiabiliter exponitur sicut hæc, possibile est Sortem currere, exponitur, ista propositio est possibilis Sortes currit, ideo sub terminis proprijs in actu poni potest, puta dicendo Sortes currit, sed diuisa exponitur secundum exigentiam termini in subiecto positi, vt album possibile est esse nigrum exponitur, hoc potest esse nigrū & hoc est album: ergo album potest esse nigrum, & ideo non ponitur in actu sub proprijs terminis formalibus, dicendo album est nigrum, sed dicendo hoc est nigrum demonstrando solum subiectum albedinis, & sic nullum sequitur impossibile.

Nota illam maximam possibile posito in esse nullum sequitur impossibile.

Secunda interpretatio.

Secundo arguitur ratione probabili. Cō. 37. Si aliqua duo per accidens coniunguntur probabile est, ꝙ si vnum inuenitur sine alio, & aliud inueniatur sine eo, sicut album, & dulce per accidens in zacharo coniunguntur. Inuenitur autē album sine dulci, sicut in niue. Inuenitur etiam dulce sine albo, sicut in cassia, sed mouere, & moueri per te per accidens coniunguntur, & inuenitur moueri sine mouere, vt patet in vltimo, ꝙ mouetur: ergo probabile est, vt inueniatur mouere sine moueri, & per consequens, quod sit aliquod mouens immobile.

Notat autem. S. Tho. in exposi. tex. 37. ꝙ vnum eorum quæ coniunguntur per accidēs inueniri sine altero si alterum inuenitur sine eo est probabile, posse tamen inueniri sine altero est necessarium: quia quæ per accidens iunguntur possunt separari, quando scilicet vnum alteri in nullo modo perse itatis conuenit.

Vnum eorū quæ per accidens coniungūtur ꝙ babile est inueniri vnū sine altero, posse aūt inueniri eiusdē necessarium.

Pro cuius declaratione aduertendū est, ꝙ hoc, ꝙ hic a philosopho dicitur verū est de possibilitate logica, quæ dicit non repugnantiam terminorum, non autem de potestate philosophica, & naturali subiectum enim accidentis inseparabilis, ꝙ tamen per accidens conuenit in multis forte per nullam naturalem

lem potentiam a tali accidenti separari potest, sicut cignus ab albedine, non repugnat tamen sibi esse sine albedine. Intelligendum quoque istud est de subiecto respectu cuius, illud accidens dicitur per accidens cōuenire, ꝙ dico quia accidens inseparabile licet per accidēs se habeat respectu speciei, cum non sequatur speciei principia, per se tamen conuenit individuis: quia principia individui consequitur. Vnde naturæ specifice cigni non repugnat esse sine albedine, repugnat autem cuilibet cigno in particulari, si scilicet verum sit, quod nullus cignus quacunque causa naturali potest fieri non albus.

Non omne mouens mouetur p se. Tex. 38.

Quod autem neque per se omne mouens moueatur, probat philosophus tali ratione. Si necesse est omne mouēs moueri, aut hoc est secundum eandem speciem motus qua mouet, aut secundū aliam. Si secundum eandem speciem, cum oporteat sumere speciem specialissimam, sequetur, quod omne docens geometriam addiscat geometriam, & omne sanens ex aliqua infirmitate ab eadem egritudine sanetur. Item, quod ædificans ędificetur, & similia quæ manifeste inconuenientia sunt. Si secundū aliam speciem motus. Contra genera, & species motus non sunt infinitæ: immo sunt ad aliquem numerum determinate, cum genera, & species rerum a quibus motus accipiunt genus, & speciem sint finita: ergo isto modo non poterit in infinitum procedi in mouentibus & motis.

Si dicatur, ꝙ terminatis omnibus speciebus motus, sit reditus ad primam & per talem reiterationem in infinitū proceditur.

Quod mouetur a superioti mouēte magis mouetur quam ab inferiori, & multo magis a primo, si ergo aliquid localiter motum moueatur a mouente, ꝙ augetur, & illud ab eo, ꝙ alteratur, & illud ab eo, ꝙ localiter mouetur magis mouebitur a primo, ꝙ mouetur secundum locum quam ab eo, ꝙ augetur, ergo idem inconueniens sequitur vt prius scilicet, ꝙ idem mouebitur eadem specie motus qua mouet, & per consequens, ꝙ ædificans ædificetur &c.

Quod mouetur a superioti mouēte quā.

Omne quod mouet a superiori mouente magis mouetur ꝙ ab inferiori.

Pro declaratione illius propositionis. Omne, ꝙ mouetur a superiori mouente magis mouetur quam ab inferiori sciendum primo, ꝙ sicut in suppositis agentibus est ordo, ita, & in virtutibus agentibus. Sicut enim suppositum mouens proximum ei, ꝙ mouetur ita ꝙ inter illa non mediat aliud mouens dicitur immediate mouere secundum suppositum, mouens vero, inter, ꝙ & motum mediat aliud mouens dicitur mediate mouere, sicut si manus moueat baculo, baculus est immediatum mouens, manus autem mediatum, ita & in virtutibus illa dicitur immediata effectui inter quam, & effectum nulla alia virtus mediat, & illa mediata inter quam, & effectum alia mediat virtus.

Causa secunda operatur i virtute causæ primę.

Sciendum secundo, ꝙ omnis secunda causa operatur in virtute causę primę, habet enim ab ipsa virtutem operandi, & ab ipsa ad operationem applicatur, propter, ꝙ dixit superius, ꝙ remota prima causa omnes aliæ a mouendo cessant, remotis autem posterioribus non est necesse remoueri primā. Ex quo deducitur virtutē prioris causæ esse immediationem effectui virtute posterioris, cum remota posteriore ad huc prima moueat, & virtutem primę causę esse immediatam effectui, cum

inter ipsam, & effectum nulla virtus mediet. Non .n. agit ꝑ alterius virtutem, omnis autem virtus inferior est mediata effectui: quia mediat virtus causę primę, per quam operatur. Quod cum causa prior sit efficatior, & virtuosior causa posteriore, & virtus eius sit effectui immediator, sequitur, ꝙ profundius effectum ingrediatur, & magis moueat.

Quid est uirtus inferior operari per superiorē.

Sciendum tertio, ꝙ cum dicimus virtutem inferiorem agere, per virtutem superiorem, nō idem significatur, sicut cum dicimus causam primam operari per secundas causas. Prima enim importat, non ꝙ virtus causę primę sit instrumentum causę secundę, sed magis, ꝙ virtus causę secundę dependet a prima, sicut a principale virtute: quo dicimus prętorem vrbis administrare rempublicam per principem, non tanquam per instrumentum: sed tanquam habentem ab eo auctoritatem administrandi. Cum autem dicimus causam primam operari per secundas denotatur secundas esse instrumentum primę, & ab ea habere virtutem operandi: sicut dicimus principem punire per prætorem, quia vtitur eo sicut instrumẽto. Vnde ista propositio per, quandoq; importat habitudinem causę principalis in casuali cui adiungitur: quandoq; habitudinem causę instrumentalis.

Per, aliquando habitudinem causę principalis. aliquando causę instrumentalis dicit.

Ad hanc rationem posse dicit, quod omne mouens mouetur, & ꝙ hoc sibi conuenit per se. Neque inconueniens est idem simul mouere, & moueri secundum motum localem, licet in aliquibus alijs speciebus mutationis sit inconueniens.

Sed ista responsio non tollit efficaciã rationis. Non enim apparet ratio quod sit inconueniens mouens localiter eadẽ specie motus localis moueri per se, est autem inconueniens mouentia alijs motibus moueri per se motu quo mouent. Videmus .n. in motu circulari, ꝙ mouẽs rotam, aut quodcunq; sphericũ corpus, non de necessitate circulariter mouetur: neque proijciens proijcitur, & sic de alijs, quare sicut in alijs motibus nō est neceße mouens eodem motu quo mouet moueri, ita neq; in motu locali.

Tertia ratio philosophi, & sequentium est, suppositio ex præcedentibus rationibus ꝙ saltem oporteat deuenire ad aliquod primum mouens, ꝙ moueat seipsum. Si est vnum primum mouens seipsum, aut totum mouet totum, aut vtraque pars mouetur ab altera, aut pars mouens a seipsa mouetur, aut ipsa pars mouens est omnino immobilis. Non primum, nec secundum, nec tertium: ergo quartum, & sic præter mouens seipsum oportet dare aliquod mouens omnino immobile.

Tex. 40. & sequen.

Totum non mouet totũ.

Quod totum non moueat totum primo probatur. Oppositia non poßunt cõuenire eidem secundum idem, sed mouens, & motum sunt oppositia: ergo idem secundum se totum non potest esse mouens, & motum.

Aduertendum circa hanc rationem quod quidam dicunt mentẽ philosophi esse, ꝙ mouens de potentia essentiali: & motum sunt oppositia, vnde non possunt eidem rei conuenire nõ aũt intelligit de mouente de potentia accidentali: quia tale non opponitur moto, vnde idem illo modo seipsum mouet.

Sed, ꝙ hoc non sit ad mentem philosophi, satis patet considerati processum Aristo. Cum enim concluſisset, ꝙ oportet deuenire ad mouens seipsum, consequenter vult demonstrare, quod oportet deuenire ad vnum primum mouens immobile, quod est pars mouentis seipsum, per hoc, ꝙ non potest intelligi aliquid mouere seipsum, ita ꝙ totũ moueat totum. Constat autem, ꝙ illud ꝙ ponit mouere seipsum non intelligit mouere se de potentia essentiali sed tm accidentali: ergo cum inducit ad illud probandũ, ꝙ mouens, & motũ sunt opposita loquitur de mouente de potẽtia.

q. 3. in reprobatione secundæ opinio.

Secundo quia idem secundum idem simul esset in actu, & in potentia, vt superius extitit declaratum. Vnumquodque enim mouet secundum, ꝙ est in actu, mouetur autem sm ꝙ est in potentia ad terminum motus, impossibile autem est idem simul esse in actu, & in potentia respectu eiusdem: ergo &c.

Quod vtraque pars ab altera non moueatur reciproce.

Vtraq; pars reciproce ab altera non mouetur.

Probatur primo. Tunc nullum esset primum mouens, sed hoc est impossibile. Si enim non esset primum mouens sicut arguebatur superius in hac quęstione nihil omnino moueret. Probatur autem consequentia. Si vtraque pars ab altera reciproce mouetur, vna non magis mouebit q̃ altera, sed primũ mouens magis mouet q̃ secundũ: ergo &c.

Secundo oportet mouens moueri secundum eandem speciem motus qua mouet, mouentis enim seipsum est vnus motus, hoc aũt est incõueniẽs: ergo etc.

Quod pars mouens non moueat seipsam. Probatur dupliciter.

Pars mouẽs non mouet seipsam.

Primo si totum mouet seipsum primo, aut hoc est ratione alicuius partis mouentis seipsam, aut ratione totius. Si primum ergo illa pars erit primum mouens seipsum: quia illa separata a toto mouebit seipsam: ergo totum non erit mouens seipsum primo, vt ponebatur. Si totum mouet seipsum ratione totius: ergo, ꝙ alique partes moueant seipsas hoc non erit nisi per accidens: sed per accidens potest non esse: ergo poterit esse, ꝙ tales partes non moueãt se, & per consequens nõ necessario mouebunt. In mouẽte ergo seipm non põt esse, ꝙ pars mouẽs a seipsa moueatur.

Secũdo si pars mouet seipsam: ergo diuiditur in duas partes, quarũ vna est mouens, & altera mota. probatũ est .n. supra, ꝙ totũ non mouet seipm primo: ergo idem mouebitur a duobus motoribus. s. pars quã ponis seipsam mouere a toto mouebitur, & a parte sua, cũ ponatur, quod ipsa mouetur a se rõne totius, &, ꝙ vna pars eius mouet ab altera.

Paulo superius.

Sed videtur, ꝙ ista rõ non cõcludat. Primo quia diceretur, ꝙ pars mouens est subiecta indiuisibilis, vnde non oportet, vt diuidatur in partem mouentem, & partem motam.

Secundo quia posito ẽt, ꝙ sit diuisibilis, non videtur inconueniens idem a pluribus motoribus moueri. Homo .n. & sol generant hominem, & plures vnam nauem trahunt.

Ad primũ dicitur, ꝙ ratio procedit supposito, ꝙ pars mouens ponatur moueri per se: quia si per accns tm moueretur, posset non moueri, & ꝑ cõsequẽs non esset motus cõis, omne aũt, ꝙ per se mouetur, ꝙ batũ est in Sexto esse diuisibile, vnde illa vnsio nõ tollit rationẽ.

Solutio dubiorum.

Tex. 32.

Ad secũdũ dicitur, ꝙ licet vnius rei possint esse plurer motores aliquo mõ, non tñ ad sensum rõnis. Vult .n. concludere philosophus, ꝙ eiusdẽ erũt plures motores perfecti, & primo mouẽtes, ꝙ est impossibile. Quod aũt sequatur apparet: quia si tota illa pars mouet se rõne totius: ergo totũ est primo mouẽs & primo motum, si cum hoc vna eius pars est mouens, & altera mota, sequitur, quod pars eius erit primo mouens,

Vnius non sunt plures motores pfecti & primo mouentes.

uens, & ſic primo mouebit pars, & primo mouebit totum.

Soluitur argumẽta principalia. *Ad argumenta principalia in oppoſitum reſpondetur. Ad primum dicitur ꝙ vnum dupliciter accipitur. Vno modo vt eſt principiũ numeri, et ſic eſt de genere quatitatis, & nõ prædicatur de Deo, nec de quacũq; alia re immateriali. Alio modo, vt conuertitur cum ente, et ſic nõ determinatur ad aliquod genꝰ ſed eſt tranſcendens, & tale prædicatur de Deo: quia nihil importat niſi eſſentiã rei de qua dicitur cum indiuiſione.*

Ad ſecundũ negatur maior de agente per intellectum licet fortaſſis de agente naturali habeat veritatem. Ad eius probationẽ dicitur, ꝙ auctoritas Ariſt non eſt ad propoſitum. Non enim intendit Ariſt. in illo loco, ꝙ multitudo non poſſit ab vno immobili immediate prouenire. Sed, ꝙ ab vno immobili motore, & habente ſemper eandem habitudinem ad mobile, motus ſemper eodẽ modo procedit: quia vnum numquam ceſſat, neque eſt aliquando velox: aliquando vero tardus.

ADDI.

Circa concluſionem principalem, in qua dicitur, ꝙ neceſſe eſt eſſe vnum primum ens in vniuerſo, quem vocamus Deum.

Auerte ꝙ opinio fuit Pythagoricorum ponentiũ plura principia, quorum alterum nõ dependebat ex altero: poſueruut primo ordinem numerorum, & hi omnes habebãt ſuum principium.

Secundo poſuerunt ordinem magnitudinum, & he omnes etiam habebant ſuum principium, quod non conueniebat cum principio numerorum.

Tertio ponebant ordinem animarum, quibus ad huc aliud præferebant principium.

Quarto ponebant ſenſibilia, quibus aliud quoq; præbebant principium, & vnum iſtorum principiorum non dependebat ab alio, immo quolibet principiorum vocabant Deum, & ſic ponebant multitudinem primorum entium ſiue Deorum, quod etiam ſentijt Emp. qui ſimul cum Pythagora ponebat multitudinem Deorũ, & ſimiliter Gẽtiles ponunt multitudinem Deorum.

12. Metaph. citra finem. Contra quam poſitionem arguit Ar. quia ſi daretur pluralitas primorum principiorum ſequeretur vniuerſum eſſe inconueſſum. i. ſine ordine: quia cum hæc principia ita ſe habeant, ꝙ vnum non dependet ex altero ſequitur, ꝙ vnum non confert alteri, & ſic daretur confuſio, nam vbi eſt multitudo principiorum primorum tunc res male gubernarentur, & praue adminiſtrarentur, ſicuti ſi in vna Domo eſſent diuerſi rectores quorum alter alteri non communicaret, familia illius domus male & peſſime adminiſtraretur, ſed non eſt bonum res praue adminiſtrari: ergo datur tantum vnus rector, & princeps, quia ſi verbi gratia eſſent duo principes, tunc vnus & idem effectus eſſet, vel ſimul tempore productus, verbi gratia motus cæli poterit ab ambobus produci æqualiter, vel non, ſi primo: ergo ambo ſimul mouerent, ſic ꝙ unus uellet mouere uerſus Orientem, alter uerſus Occidentem, ſi non poſſet produci, tunc non eſſent æqualiter perfecti vtrumq; eſt inconueniens: igitur eſt vnum primũ principiũ.

Tex. 4. Præterea poteſt adduci alia ratio, quæ fundatur ſuper dictis Ar. 3. Phy. vbi oſtenditur ꝙ ſi daretur corpus infinitum non eſſet niſi vnum: quia contineret eminenter omnẽ perfectionem corporum, ſic quoque poteſt argui illud quod eſt tota entitas infinite exiſtens, eſt unum numero tantum, ſed primum ens totius vniuerſi eſt tota entitas infinite exiſtens, & eminenter continens perfectionem omnium: igitur unum tantum eſt, minorem oſtendit Ar. in hoc 8. Phyſ. uerſus finem & in 12. Metaph.

Ter. 39. Tex. 6. Tertio poterit probari ex fundamento, quod adducit philoſoph. 2. Metaph. ꝙ in nullo genere cauſæ itur ad infinitum, ſed eſt deuenire ad unum primum agens ad unam primam

primam formam ad unum primum finem: ſi ergo non eſſet vnum primum ens vniuerſi, ſed plura prima entia, & agentia, & plures primæ formæ, & plures ultimi fines, ſequeretur ꝙ eſſent plura prima acta, & plura prima formata & plura prima ordinata in finem.

Tex. 6. Quarto probatur ex 5. Metaph. ubi oſtendit philoſophus non dari niſi unum primum neceſſarium, quod eſt cauſa omnium neceſſariorum & contingentium: ſi ergo eſſent plura prima entia, & prima principia: tunc eſſent plura prima neceſſaria, qđ eſt falſũ.

Cap. de perfecto. Tex. 21. Quinto probatur quoq; ex eodem libro, ubi oſtenditur dari tantum unum perfectũ per hiperbolem, ideſt per excedentiam: quia omnia alia excedit: ſi ergo darentur plura prima principia ipſius uniuerſi, tunc non eſſet vnum perfectum per hiperbolẽ, quod eſt falſum, & contra Ar. ibi.

Tex. 7. Sexto poteſt probari ex 10. Metaph. ubi habetur ꝙ in unoquoq; genere eſt unum, qđ eſt metrum, & menſura omnium: ſicut in genere colorum eſt unus color, & in genere ſaporum, vnus ſapor primus perfectior: ergo pari ratione in genere omnium entium uniuerſi debet eſſe unum primum ens, quod eſt metrum & menſura omnium entium, & hoc eſt primus motor ut dicit Auer. ibi, qui eſt abſolutus ab omni materia.

Tex. 49. Septimo ex dicto quod habetur. 12. Metaph. quod ſi eſſent plures primi motores, tunc haberent materiam: quia omnis diſtinctio eſt per materiam, ſed primus motor eſt ſimpliciſsimus, & immaterialis vt etiam oſtendit philoſophus. 12. Metaph. ergo ſequitur ꝙ eſt unus, & ſic etiam eſt unum primum principium.

Tex. 51. Octauo probatur quoque ex comparatione quam facit philoſophus. 12. Metaph. ipſius uniuerſi ad multitudinem domeſticam, & exercitum, ſed in multitudine domeſtica nõ eſt niſi unus primus hiconimus, & in exercitu unus capitaneus generalis: igitur & in ipſo uniuerſo eſt tantum unum primum principium.

C. 1. Ex primo quoq; Ethi. hoc idem probari poteſt ſi quidem non datur niſi unum optimũ, namq; ſi eſſent duo optima neutrum eſſet optimum, uel alterum eſſet inſufficiens, & alterum ſuperflueret: quia unum haberet omnes perfectiones, alterum uero minime & ſic eſſet inſufficiens.

Ex infinitate intellectus hoc idem probari poteſt, quia infinitus intellectus cognoſcit quodcunq; intelligibile, ſi ergo eſſent duo prima principia, tunc unum illorum non poſſet cognitione intuitiua cognoſcere ſuum ſociũ, quia non poſſunt eſſe duo obiecta adæquata reſpectu unius intellectionis.

Ex parte quoq; infinitæ uoluntatis, hoc idem probatur, quia ſi darentur duo prima principia tunc una uoluntas haberet duo obiecta infinitæ diligibilia, quod eſſe nõ poteſt quia unum illorum naturaliter magis diligeret ſe, quam ſuum ſocium, & ſic haberet uoluntatem inordinatam.

Ex parte infiniti boni ſic quoq; probari poteſt, ſi enim darentur duo prima principia tunc unum bonum infinitum non poſſet quietare uoluntatem noſtram, quoniã duo infinita bona plus includunt de bonitate, quam unum, & ideo unum illorum infinitum non eſſet quietatiuum noſtræ uoluntatis.

Ex parte potẽtiæ cauſantis infinite ſic, quandoquidẽ ſi eſſent duo prima principia tunc unus & idem effectus cauſaretur a duabus cauſis totalibus eiuſdem ordinis, & eiuſdem rationis.

Adde adhuc quia illud unde aliquod eſt ſingulare nullo modo eſt communicabile pluribus, id unde ſortes eſt homo multis cõunicari poteſt, ſed id unde eſt hic homo non poteſt communicari niſi uni tantum: ſi ergo ſortes per id eſſet homo per quod eſt hic homo, ſicut non poſſunt eſſe plures ſortes: ita non poſſunt eſſe plures homines, & hoc conuenit primo principio, quod eſt Deus, nam Deus per idem eſt Deus & hic Deus: propterea eſt impoſsibile eſſe plura principia, & plures Dij.

Videmus adhuc omnia, quæ ſunt eſſe ad inuicem ordinata, dum quædam quibusdam deſeruiũt, quæ autem diuerſa ſunt, in unum ordinẽ nõ conuenirent niſi ab aliquo uno ordinarentur, melius enim multa reduci in vnum ordinem per vnum, quam per

multa,

multa, quia per se vnius, vnum est causa, & multa non sunt causa vnius, nisi per accidens, inquantum scilicet sunt aliquo modo vnum: cum igitur illud quod est primum sit perfectissimum, & per se non per accidens oportet, ꝙ primum reducens omnia in vnum ordinem sit vnum tantum, & hoc est illud primum quod dicimus Deum.

C. 11. Sed siquis diceret articuli fidei demonstrari non possunt, cum fides sit de non apparentibus vt scribitur hebræorum, sed Deum esse est articulus fidei, iuxta symbolum apost. credo in vnum Deum: igitur male adducte sunt iste rationes ad probandum unitatem primi principij, quod dicimus Deum.

Præterea videtur ꝙ necessarium quoq; est ponere pluralitatem primorum principiorũ, siquidem plura bona meliora sunt, quam vnum; sed primum principium est bonum, immo optimũ in natura: igitur melius est esse plura prima principia q̃ unum tantũ.

Adde etiam, quoniam sicuti est in minori mundo, ita in maiori per conuenientem similitudinem ꝙ autem homo dicatur minor mundus, & assimiletur maiori est sententia Ar. in hoc 8. Phy. at in minori mundo sunt plures principes æque primi, qui dominantur, vt est rex, & summus Pontifex: quia neuter vult alteri subicit sic non dabitur vnum primum principium in ipso vniuerso.

Tex. 17.

Item si esset vnum primum principium in vniuerso, aut dominaretur in eo dominio dispotico, aut politico, sed neutro modo dominari potest, non primo, quia hoc est seruorum, & tunc sequeretur homines non esse liberos, non secundo, quia in hoc dominio subiecti, possunt contrahire, & contradicere principi, & sic hoc primum principium vniuersi non imperaret omnibus, quod est falsum.

Ad hæc omnia respondendo dicimus ꝙ primum argumentum fundatur super falso fundamento, quia Deum esse, & alie propositiones quæ sunt note lumine naturali de Deo non sunt articuli fidei, sed quædam præambula ad articulos, sic enim fides præsupponit cognitionem naturalem, sicut gratia naturam, & perfectio præsupponit perfectibile, adde & ta quia iste rationes non sunt demonstratiue, sed probabiles & retho

Circa finẽ. rice, vt longum esset ostendere, & prima quæ est Aristo. 12. Metaph. est desumpta ab Homero.

Ad secundum dicitur, ꝙ valet quando illa plura bona sunt possibilia, sed esse plura prima principia est impos. vt dictum est.

Ad tertium dicitur, ꝙ non est simile in omnibus, quoniam homines non sunt essentialiter ordinati sicuti entia ipsius vniuersi, ad vnum finem.

Ad ultimum dicimus, ꝙ dominatur principatu, & dominio dispotico, in quo non est licitum resistere, sicuti corpus non potest resistere animæ, quando enim anima uult mouere manum, non licet manui resistere, & seruus non licet resistere domino suo, sic & omne ens debet seruire primo principio, & hæc seruitus est nobilissima libertas iuxta illud seruire Deo regnare est. An autem sit idem primũ principium inuestigatum ab Ar. & inuentum in hoc 8. Phy. & in 12. Metaph. vide D. Tho. 3. con-

C. 15. tra gentiles, ubi uult ꝙ sit omnino, aliud & uerba eius sunt hæc postquam posuit rationes Ar. in hoc 8. Phys. sed quia Deus non est pars mouentis seipsum ulterius Ar. in sua Metaph. inuestigat ex hoc motore, qui est pars mouentis seipsum alium motorem separatum omnino, qui est Deus. Vide etiam p. p. q. 2. ar. 3. & nota ibi quomodo D. Thom. adducit quinque uias ad probandum quinque prædicata de Deo, ꝙ sit primum mouens, primum efficiens, primum necessarium, primum optimum, & primum gubernas. Vide quoque 1. senten. dist. 8. q. 1. art. 1. & de uer. q. 14. & de potentia Dei q. 4. art. 7. Vide Scotum primo sent. dist. 2. q. 2. in omnibus his locis fusius inuenies materiam istam.

Quæstio

Quæstio duodecima. Vtrum motores corporum cælestium moueantur per accidens.

Non est autem idem moueri secundum accidens a seipso, & ab altero. Ab altero quidem enim inest, & eorum, quæ sunt in cælo: quibusdam principijs &c. Tex. LII.

Vide Achillinum lib. de intelligẽtijs.



Vertitur duodecimo. Vtrũ motores corporum cælestium moueãtur per accidens, & videtur ꝙ sic. Omne quod est in eo quod mouetur per se: ad motum illius mouetur per accidens. Sed motores corporum cæleſtiũ sunt in ipsis corporibus cælestibus, alio quin non diceretur cælum mouere seipsum: ergo ad motum per se ipsorũ corporum, & ipsi motores mouentur per accidens. Respondeo.

Motor cælestis corporis si ponatur motus secũdum esse nõ mouetur per accidẽs sicut motor tantum, sic per accidẽs moueri dicit.

Ad euidẽtiam huius quæstionis sciẽdum ꝙ aliter dicendum est si ponamus motorem corporis cælestis illi vniri secundum esse per modum formæ dantis esse, & aliter si ponamus ipsum vniri illi non secundum esse: sed vt motor tãtum. Nam si ponamus ipsum secundũ esse vniri corpori, vt ponunt dicentes corpora cælestia esse animata. Videtur dicendum, ꝙ ad motum corporis cælestis eius motor non mouetur per accidens. Nam cum cæleſte corpus secundum se totum non mutet locum, sed tantum secundum partes, & ipse motor totũ corpus informet vt indiuisibilis forma quæ tota est & in toto & in qualibet parte, neq; ipse mutare locum dicetur, & per consequens, neque per accidens ad motum corporis moueri. Quãtumcunque enim partes mutent locum non dicetur tamen motor, qui est etiam partium forma per accidens moueri. Non enim mouetur forma talis per accidens, nisi ad motũ sui adæquati subiecti quod est totum. Sicut anima intellectiua non mouetur per accidens ad motum manus: sed tantum ad motum totius, vt in pluribus locis tam S. Tho. 2. dist. 17. q. 4. art. 2. ad quartũ. *Nam si ad motum partis moueretur, cum contingat vnam partem moueri, & aliam quieſcere, oporteret dicere ꝙ simul moueretur & quieſceret.*

Sed in hoc videtur difficultatem facere, quod inquit S. Tho. Assignans.n. In tex. 52. *rationem differentiæ inter motores orbium & animas animalium, dicit idcir co motores orbium non moueri per accidens ad motum ipsorum: quia non constituuntur in suo esse ex sua vnione ad corpora, animas vero animalium ꝙ accidens moueri: quia constituuntur in suo esse secundum vnionem ad corpora. Ex his enim videtur relinquere ꝙ si ponerentur motores orbium vniri ipsis secundũ esse moverentur per accñs.*

Respondetur ꝙ loquitur S. Tho. nõ q. 2. 4. *de motu per accidens realiter sed secũdum rationem. Vult enim ꝙ sicut orbis licet*

licet secundum se totum non mutet locum secundum rem, mutat tamen locū secūdum rationem, vt in superioribus est declaratum, ita si motor vniretur orbi secundum esse, oporteret dicere, ꝙ, & ipse per accidens mutaret locū secundum rationem, licet non secundū rem, ꝙ dicere non oporteret, si non sit vnitus, vt forma dans esse.

8 p. q. 52. Si vero ponamus motorem vniri orbi secundum virtutem tantum, non autem secundum esse. Dicitur primo ꝙ si ponatur applicatus vni determinate parti orbis inuariabiliter, necesse est vt per accidens ad motum orbis moueatur. Nam cum pars quælibet orbis per motum eius circularem mutet realiter locum, oportet, vt ipsa parte cui est motor affixus de loco ad locum translata, etiam motor ipse de loco ad locum transferatur, & sic per accidēs moueatur, alioquin non esset illi parti inuariabiliter affixus.

Ad quod dicit si motor ponatur affixus orbi. Dicitur secundo, ꝙ si ponatur motor non esse immediate vni parti orbis affixus, sed suam virtutem motiuam toti orbi immediate applicare non mouetur per accidens. Cum enim orbi secundum totum vniatur, & ipse orbis secundum se totum locum non mutet, neque ipse motor locum mutabit, neq; etiam per accidens. Nam secundum

Vbi supra. doctrinam Sancti Thom. indiuisibile, ꝙ est in aliquo diffinitiue non mouetur per accidens ad motum eius in quo est, nisi ipsum secundum se totum mutet locum. Cum enim motori incorporeo inquantum motor est non conueniat moueri ad motum sui mobilis, nisi quia oportet moueus, & motum esse simul. Si mobile de loco ad locum non transeat quantumcunque circulariter moueatur non oportet ipsum motorem qui toti applicatur moueri, eo ꝙ semper suo mobili in eodem loco manenti sit coniunctum.

Dicitur tertio, ꝙ si ponamus motorē orbis non esse determinate parti affixum, sed diuersas partes subinuicem in eodem situ succedentes tanquam extrinsecus motor sua virtute successiue contingere, & sic totum orbem mouere, sicut figulus rotam mouet diuersas eius partes successiue tangendo, nō etiam mouetur per accidens. Nam sicut figulus ad motum rote non rotatur, ita nec motor orbis ad illius motum, sed semper manens in eodem situ puta in oriente, eo modo quo substantiæ immateriali conuenit esse in loco, & in situ, per contactum scilicet suę virtutis ipsum orbem mouet. 1. sen. di. 16.

Sed circa prædicta inquantum dixi mus motorem orbis siue ponatur vniri secundum esse orbi, siue vt motor suam virtutem toti immediate applicando non mouetur per accidens. Dubium occurrit. Nam aliter istorum duorum videtur Aristo. attribuendus scilicet, ꝙ motor vniatur orbi aut secundum esse, tenēdo, ꝙ corpora cælestia sint animata, aut secundum virtutem toti immediate applicatam. Sed ipse philosophus inquit, quod moueri per accidens inest etiam motoribus inferiorum orbium: ergo maledictum est illos per accidens non moueri.

Respondet S. Tho. quod hoc non sic Tex. 51. & ibidē S. Tho. est intelligēdum quasi ipsi motores ad motum orbium transferantur, sed quia orbes ab eis moti per accidens mouentur, delati moti superioris orbis idest primi mobilis, nos autem diximus eos non moueri per accidens per ipsorum translationem.

Alexander concedit, ꝙ animæ inse Opin. Alex. riorum orbium mouentur per accidens ab altero: quia sunt in ipsis orbibus, qui a primo orbe continue mouentur, alio tamen motu, quam ab ipsis animabus moueantur, in quo differunt a prima causa primi orbis motiua: quia illa neque etiam ab alio mouetur per accidens, cum orbis suus non moueatur alio motu, quam illo quo ab ipso mouetur. Et sic secundum Alexandrum dicendū est auctoritatem Aristo. non esse contrariam prædictis: quia nos negauimus tales motores moueri per accidens a seipsis idest ad motum, quem ipsi in suo mobili causant. Aristo. autem vult, ꝙ moueantur per accidens ab alio idest ad motum in eorum orbibus ab alio causatum.

Opinio Simplicij. Simplicius vero, aliam addit responsionem inquiens, ꝙ non dixit Aristo. ꝙ moueantur per accidens ab altero, sed absolute, ꝙ mouentur ab altero. Vnde quod inquit non esse idem moueri secundum accidens a seipso, & ab altero, interpretatur, quod non est idem secundum accidens moueri a seipso, & moueri ab altero, non addito ly secundum accidens secundæ parti, & vult mentē Aristo. esse, ꝙ licet inferioribus cęlis repugnet vt si moueant se, ꝙ motores eorum seipsos moueant per accidens, non tamen repugnat eis, ꝙ moueantur ab altero, ex duobus enim mouentur motibus. Vno scilicet proprio, quo seipsos mouent ab occidente in oriens. Alio vero communi quo ab primo mobili mouentur ab oriente in occidens. Ex primo enim dicto tollitur continuitas, & perpetuitas motus eorum, non autem ex secundo. Potest enim ipsorum motus continuus esse, dum mouentur a primo mobili continue, & moto & mouente. Et secundum hanc respō-

sionem cum inquit philosophus. Quibusdam principijs eorum, quæ sunt in cęlo conuenire vt moueantur ab altero quęcunque secundum plures feruntur motus nomine principij, non intelligit motores orbium tantum, sed ipsos cælos qui proprio motu seipsos mouent. Vnde tex. Grecus sic est interpretandus. Ab altero enim inest quibusdam principijs de numero cęlestium quęcunque pluribus feruntur lationibus. Nā & inferiores cæli dicuntur principia, & causæ horum inferiorum, & pluribus mouentur motibus.

Mens D. Tho. est conformis doctrinæ Sim. Responsio. S. Tho. & Simplicij mēti Aristo. adaptari optime potest, & prædeterminatis non repugnat. Respō sio vero Alex. non videtur prædictis concordare. Cum enim ponamus motores orbium, aut secundum esse unitos corporibus cælestibus tanquam animas ipsorum, aut vniri ipsis vt motores, nulli parti determinate affixos sed suā virtutem toti applicantes, cum cælum non mutet locum secundum se totum quocunque motu moueatur, siue inquā a se, siue ab altero. Sicut non mouentur per accidens motu quo orbes mouent: quia totum in quo sunt secundū se non mutant locum, ita neque motu quo orbes mouentur ab altero ipsi per accidens mutantur tanquam scilicet secundum locum transmutati. Quomodo cę lum. mutat locum.

Ad rationem principalem patet ex dictis, ꝙ maior habet veritatem vbi mobile, cui inest de loco mutatur ad locum secundum se totum, non autē vbi mobile secundum se totum in eodē loco manens mutat locum secundum partes tantum, sicut in motu circulari corporis cælestis inuenitur.

ADDI.

Tex. 9. Nota q̃ per motores eorporum cælestium intendimus medias intelligentias, quæ vt colligitur ex hoc 8. Phys. sunt mobiles localiter per accidens, moueri secundū accidens ab altero ineſt principijs, quæ sunt in cælo, quæcunq; secundum plures motus seruntur: quia cæli mediarum intelligentiarum mouentur ab intelligentia prima, omnis enim ars in mente artificis secundum artem operantis, est efficiens mediatum ex

Tex. 31. 2. Phys. vbi medicus posterior est causa, ars vero prior: sed Deus est ars in vnaquaque intelligentia, ideo cælum imediate motum ab vna intelligentia media, est media te motum a prima, sed vnus modus quo potest vna forma ab alia moueri per accidēs est, quod subiectum informatum ab ea moueatur ab illo alio, a quo dicere intendimus formam moueri, ideo intelligentias medias concedimus moueri a Deo, non quia intelligentiæ recipiant motum ab alio in se, sed quia mobile appropriatum eis recipit motum ab alio, & sic vltra causalitatem finalem coincidentem formali, quam Deus habet supra intelligentias. ad huc aliquam effectiuitatem habet Deus supra illas, mouendo eas localiter per accidens, licet in proprie valde.

Tex 41. An autem intelligentia moueatur per accidens ad motum quo ipsa mouet velum dicitur q̃ non, & in hoc sensu concludit Ar. 12. Metaph. numerum substantiarum immo-

Tex. 45. bilium, & in hoc 8. Phys. probat illas esse immobiles conclusio igitur veritatis huius probatur, quia si intelligentiæ essent mobiles per accidens a se, ipse essent fatigabiles cuius oppositum vult Philosophus 2. cæli.

Tex. 71. Tex. 35. Ad quod adduci potest etiam demonstratio Ar. 12. Metaph. datur motum non mouēs datur motum mouens: igitur dabitur mouens immobile, qua demōstratione aliqui nituntur probare naturaliter accidens posse existere absque subiecto, quia datur substantia cum accidente, vt materialis substantia, datur substantia sine omni accidenti

An possit dari accidens sine subiecto. vt Deus: igitur dabitur accidens sine substantia, si valet ratio Ar. valebit & ista, sed pace istorum dixerim toto ab errant cælo cum similitudo non currat de accidenti & motu, cum plures substantiæ subiciantur accidentibus, & tamen non subiciuntur motui, vtpatet de substantijs spiritualibus.

Tex 63. Ad principale quoque induci potest ordo quem ponit Ar. 2. cæli vbi ponit primum ens

C. 2. consequi nobilitatem suam sine operatione, idest sine motu, quo ipsum moueatur.

Hoc etiam ostendit Auer. de substantia orbis, quia si intelligentiæ moverentur per accidens haberent motum essentialem & per se, sed intelligentiæ non habent motum essentialem eis: igitur non possunt esse mobiles per accidens, deducitur clarius ista ratio: quia omne mobile a se per accidens præsupponit aliud motum per se, quia om-

Tex. 18. ne tale per accidens præsupponit tale per se.

Et potest probari modo proportionali illi quo demonstratur 3. cæli q̃ motus naturalis præcedit motum contra naturam, sed intelligentiæ per aduersarios sunt mobiles per accidens: igitur ipse præsupponunt mobilia per se: sed eis non est aliquid prius mobile: ergo oporteret ipsas esse per se mobiles: si ergo ipse essent mobiles per accidens & non per se, tunc resolutio mobilium staret ad mobile per accidens tanquam ad primum: & tunc etiam esset aliquid mobile prius cælo quod est absurdum.

Et ex hoc soluitur, obiectio illa, omne tale per participationem reducitur ad aliquod tale per essentiam, sed omnia mouentia reducuntur ad tales substantias: igitur tales mouent sese per essentiam: quia licet omnia mouentia, & mota reducētur ad ea

Contra Platonem. C. 4. quæ mouent per essentiam, non autem ad ea quæ mouent se: vt Plato voluit.

Soluitur quoq; id quod difficultatem facere potest ex 2. topicorum motis nobis mouē

Tex. 3. tur omnia quæ sunt in nobis, sed tales substantiæ magis vniuntur cælo, quam forma cum materia vt scribitur 2. cæli: igitur si mota materia mouetur forma, a fortiori motis orbibus cælestibus mouentur eorum motores: quia hoc dictum Ar. tenet de his, quę sunt in nobis dependenter, qualiter intelligentiæ non sunt in orbibus.

Et nota diligenter vt tactum est, quia hic non est quæstio de prima intelligentia, quia de hac

Tex. 34. hac est manifestum ex se q̃ sit immobilis per se & per accidens, quod ostendit Ar. in hoc 8. per hoc q̃ omne quod mouetur ab alio mouetur: igitur si prima intelligentia mouetur, ab alia mouetur, & sic quæritur vtrum illa alia moueatur, si non: ergo ipsa

Tex. 35. & 36. & 37. est primum mouens immobile per se, & per accidens si sic: ergo ab alia, & sic in infinitum: & inferius adducit alias rationes ad hoc idem probandum.

Tex. 43. Cōmē. 36. Viterius probat ad huc, q̃ deueniendum est ad vnum primum mouens seipsum, oportet dari aliud mouens immobile, de quo loquens Auer. 12. Metaph. q̃ mouet, & nō mouetur, neq; per accidens, neque secundum seipsum: sed cum de secundis intelligē-

Opinio Platonicorum, de intelligētijs q̃ essent animæ cęlorum. tijs sit quæstio, de quibus nonnulli de secta platonica voluerunt q̃ tales substātiæ sine animæ cælorum, & perficientes & constituentes illos in esse, de corporibus quoque cęlestibus docebant moueri omnibus speciebus motus, vt alteratione quatenus nutriuntur ab elementis, & quatenus patiuntur eclipses, auctione, & diminutione quatenus omne, quod nutritur augetur, & diminuitur, & latione: quia circa medium mouentur, sed quoniam anima afficitur corporis affectione, vt scribitur primo de anima,

Tex. 11. hac ratione fit vt saltim per accidens patiantur omnem speciem motus, contra qua

Tex. 26. opinionem pluribus in locis arguit Ar. & principaliter 2. cæli, quia omne alterabile

C 2. est calidum, vel frigidum, humidum, vel siccum, sed cælica corpora non possunt has qualitates habere, vt supponitur: sequitur ergo hanc opinionem esse falsam, Auer. quoque in libro de substantia orbis, asserit primum alterans non alterari licet moueatur localiter, sed cęlum est primum alterans vt omnibus notum est: igitur non altera-

Disp. 2. insolutione 4. dubij. tur, in libro quoque destructio dest. ait si sol, vel quælibet stella decreuisset, iam in tāto tempore aliquid fuisset diminutum: & cum diminutio sit quædam corruptio, & ex omni corruptione aliquid generetur, tunc aliquid in tanto tempore fuisset genitum, sed hoc non apparet: igitur vana est talis opinio: cum ergo corpora cælestia non moueantur hac motus specie, nec etiam eorum motores, de motu locali dictum est q̃ mouentur per accidens, motu quo mouentur eorum subiecta, & hoc dico sequendo opinionem philosophorum.

C. 7. Quia Theologi ponunt plures ordines harum intelligentiarum iuxta illud Danielis milia milium ministrabant ei & decies centena milium assistebant, & possunt omnes localiter moueri, tum quia sunt limitate virtutis, & ita sunt hic q̃ non alibi, & per consequens mobiles de loco ad locum: tum etiam quia sicut sunt in loco, ita mouentur, sed sunt in loco diffinitiuę: igitur mouentur motu continuo per loca diffinitiuę: adde

Tex. 8. etiam quia licet repugnat ex 6. Phys. indiuisibile quantitatis posse moueri, non tamen repugnat indiuisibile secundum substantiam, & quia Angeli sunt indiuisibiles secundum substantiam propterea moueri possunt & motu continuo, & discreto.

Vide D. Tho. primo sent. distin. 17. q. 4. art. 1. & p. p. q. 53. per totam vbi ex professo tractat de motu locali Angelorum & in quolibetis quolib. q. 4. ar. 3. vide etiam Auctorem 3. contra gentes. In expositione cap. 102.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quæstio tertiadecima. Vtrum motus localis sit prior alijs motibus & mutationibus.

Tribus autem existentibus motibus, alio quidem secũ dum magnitudinem alio, secundum passionem, & quodam secundum locum, quem uocamus loci mutationem: hunc necessarium est primum esse &c.

Tex. LV.

Vide Antonium patauinum in theorematibus suis theorem. 6.

QVæritur Tertiodecimo. Vtrum motus localis sit prior alijs motibus, & mutationibus. Et videtur, quod non.

Primo. Generatio est prior motu locali: ergo &c. Probatur antecedẽs Motus, & mutatio accipit speciem a termino ad quem, sed generatio terminatur ad substantiam, quæ est nobilior termino motus localis: ergo &c.

Secundo. Cui perfectiori modo cõuenit ratio motus est perfectior motus, sed omnibus alijs motibus perfectius cõuenit ratio motus quam motui locali ergo &c. Probatur minor, Ratio motus est, ꝙ sit actu existentis in potentia inquantum huiusmodi, hoc autem magis conuenit alijs motibus: quia, ꝙ mouetur alijs motibus est magis in potentia, cum sit in potentia ad aliquod intrinsecum, ꝙ autem mouetur localiter sit in potentia ad aliquod extrinsecum scilicet ad locum: ergo &c.

Motus localis est prior exteris motibus prioritate naturæ.

Respondeo secundum mentem philosophi tribus conclusionibus. Prima est. Motus localis est prior cæteris motibus prioritate naturæ secundum quã scilicet non conuertitur subsistendi consequentia. Probatur a philosopho tali ratione. Illud hoc modo est prius, quod sine alijs esse potest, alia autem esse non possunt sine eo, sed motus localis potest esse sine alijs, alij autem motus non possunt esse sine ipso: ergo &c. consequentia nota cum maiori, minor vero probatur. Augmentum præcedit alteratio, cum id quo aliquid augmentatur sit in principio dissimile, & in fine per alterationem sit factum simile, alterationem autem præcedit motus localis: quia non potest incipere alterare, ꝙ prius non alterabat deductis scilicet omnibus impedimentis, nisi quia alterans sit propinquum alterabili, hoc autem non potest esse sine motu locali, non sunt autẽ alij motus præter augmentum alterationẽ, & motum localem: ergo &c. Tex. 56.

Confirmatur ista ratio supponendo, ꝙ sit vnus motus perpetuus, & quod iste sit motus localis, ꝙ inferius probatur. Tunc sic. Manifestum est motum localem posse esse sine augmento, & alteratione. Augmentum enim, & alteratio inueniuntur solum in his quæ generantur, & corrumpuntur, non est autem Nota istam confirmationem.

autem necesse corpus localiter motum generari aut corrumpi, vt patet de cælo, augmentum autem, & alteratio nõ possunt esse sine illo motu perpetuo, cum sit primus, ille autem vt supponimus est motus localis: ergo &c.

Pro declaratione rationis sciendum primo, ꝙ ratio philosophi procedit supposito, ꝙ alteratio vna continua, & perpetua esse non possit: quia si quis diceret eam esse perpetuam negaret, ꝙ alterans aliquando alteret, & aliquando non, & diceret aliquam esse alterationem quam motus localis non pcedit.

Optima cõsideratio. Tex. 55.

Sciendum secundo cum inquit philosophus. Mouens non posse fieri propinquius sine loci mutatione intelligẽdum est vt ẽt Simplicio placet, sine sui, mobilis mutatione. Non. n. oportet alterans semper fieri propinquius mobili ꝙ motum localem sui. Igne enim in eodẽ loco manente potest fieri maior propinquitas ad combustibile propter motum localem combustibilis. Sufficit autem philosopho vnum illorum localiter moueri: quia per hoc habet, ꝙ motus localis de necessitate alterationẽ pcedat.

Quotuplex alteratio.

Sciendum tertio, ꝙ duplex est alteratio. Vna scilicet abiectiua alicuius formæ in subiecto præcedentis, quomodo calefactio alteratio dicitur, abijcit enim frigiditatem. Alia vero perfectiua, qua scilicet inducitur aliqua forma nulla alia præexistente in subiecto abiecta, sicut est illuminario. Quod ergo accipit implicite philosophus in sua ratione. Omne, ꝙ alteratur corrumpi, & generari intelligendum est de alteratione abiectiua formæ, non autem de alteratione perfectiua. Luna enim alteratur a sole recipiendo lumen ab ipso, & tamen non corrumpitur.

Secunda conclusio est. Motus localis est prior tempore cæteris motibus. Probat philosophus Motus ꝑpetuus, est prior duratione motu nõ perpetuo, sed solus motus localis est perpetuus, vt infra probabitur: ergo &c. Motus localis est prior tempore cæteris motibus. Tex. 57.

Sciendum, quod prioritas temporis non sic distinguitur a prioritate naturę quasi ipsa nullo modo sit prioritas naturæ. Si enim sic esset prioritas temporis esset prioritas secundum rationem. Ille enim ordo, qui non conuenit rebus, ex natura rei sine qui non est in naturæ est ordo tantummodo rationis. Sed sic accipiendum est, ꝙ omnis ordo extra animam est ordo naturæ. Hic autem diuiditur: quia aliquis est cum successione, & iste vocatur ordo temporis, alius autem est sine successione, & hic retinuit sibi nomen commune, & dicitur ordo naturæ. Vnde ordo naturæ potest dupliciter accipi. Vno modo prout est nomen cuiuscunque ordinis in natura siue extra intellectum existentis. Alio modo vt nominat ordinẽ sine successione primo modo ordo temporis est ordo naturæ, non autẽ secundo modo.

Scias qũo motus localis est prior aliis motibus.

Sciendum secundo ad mentem philosophi, ꝙ cum dicimus motum localẽ esse priorem alijs, non est intelligendũ in vno eodemque indiuiduo, sed simpliciter, & in diuersis indiuidui, prius enim vnumquodque generatur, & alteratur quam moueatur localiter, sed tamen in alio oportet præcedere motũ localem qui generationis sit causa.

Sed in verbis philosophi dubium occurrit. Generatio enim, vt in Sexto dicitur est terminus alterationis, & per consequens alteratio præceditur tempore generationem: ergo non præcedit generatio alteretionem, vt dicit hic philosophus. Tex. 58. Tex. 59.

Ad hoc respondit Commen. ꝙ cum C6. 57. philo-

philosophus dicit hic generationẽ esse priorem aliys motibus, loquitur secundum considerationem prædicamentorũ in quibus est motus. Et quia substantia ad quam est generatio, est prior ceteris prædicamentis, ideo dicit ipsam esse priorem. Alterationem autem esse priorem generatione intelligendum est per accidens, secundum q formæ elementorum sint qualitates, aut qualitates sequuntur eas.

Sed contra istam responsionem dupliciter arguitur. Primo quia non videtur solui dubitatio. Loquitur enim hic philosophus de prioritate tẽporis cum inquit, generationem in eodẽ esse priorem motu locali, vt expresse apparet in tex. cum autem tempore alteratio precedat generationem, eo, quod generatio sit eius terminus, videtur esse contradictio, ista autem responsio nõ tollit hanc contradictionem, nisi forte velit dicere, q generatio per se est prior tempore aliys mutationibus sicut substantia est prior tempore accidẽte, alteratio vero est per accidens prior generatione. Sed si sic dicatur: apparet responsionem esse falsam, per se enim conuenit generationi esse terminum alterationis, & hoc ab ipsa separari nõ potest: ergo non per accidens tempore precedit. Item quia licet aliqua substantia sit prior quolibet accidente transmutabili, non tamen quelibet substantia quæ generatur est prior tempore quolibet accidente.

Quomodo tollitur contradictio.

Argumentũ contra resp.

Secundo principaliter contra responsionem arguitur: quia si qualitates sequuntur formas elementorum, non sequitur alterationem esse per accidens, priorem generatione, immo sequitur ipsam esse posteriorem, aut duratione aut natura, & nullo modo priorem.

Secundo respondent ad hanc quæstionem quidam arabes dicentes q generatio dupliciter accipi potest. Vno modo pro omni productione formę, siue sit substantialis, siue accidẽtalis. Alio modo pro productione formę substãtialis. Primo modo, generatio est prior alteratione. Secundo modo, est posterior.

Opinio Arabum.

Sed contra istam responsionem arguitur: quia philosophus dum dicit generationem esse priorem alteratione, alterationem ad generationem substantialem comparat, vt apparet ex textu, nõ autem generationem accidentalem ad alterationem. Illa enim non differt ab alteratione.

Ideo aliter secundum mentem Alberti respondetur. Nam dupliciter loqui possumus de ordine alterationis & generatiõis, scilicet aut respectu eiusdẽ omnino quod generatur & alteratur, aut respectu diuersorum. Si loquamur respectu vnius & eiusdem: sic generatio est prior alteratione. Cum enim subiectũ alterationis sit ens in actu, oportet id quod alteratur esse prius generatum. Si respectu diuersorum, sic alteratio præcedit generationem. Oportet. n. materiam primo alterari antequam aliquid generetur, vnde aliud est quod alteratur in generatione sortis, & aliud quod generatur, alteratur enim materia ex qua fit Sortes, non aũt ipse Sor. cum nondum sit, sed Sortes ipse est qui generatur.

Quomodo alteratio sit prior generatione, & conclusio.

Tertia conclusio est. Motus localis est prior perfectione omnibus aliys motibus. Probatur a philosopho. Primo id quod est posterius in generatione, est prius secundum naturam & perfectionem. Omne enim quod generatur dum generatur, imperfectum est & tẽdit ad suam perfectionẽ, sed motus localis est posterior

Motus localis est prior perfectione omnibus aliys motibus. Tex. 58.

posterior aliys generatione, apparet. n. q vnumquoq; prius in suo esse completur & perfectum est, quam se moueat. Videmus etiam in toto processu naturę generabilium, q plãte quę viuũt, quia imperfectam habent vitam, sunt immobiles a seipsis motu locali, similiter animalia imperfecta. perfecta autem animalia ex se mouentur: ergo &c.

Attendendum circa probationẽ maioris quod nomine principij uidetur S. Thom. causam efficientem intelligere, omne quod generatur tendere ad principium, ideſt ad assimilationem sui principij productiui. Simplicius vero principij nomine, causam finalem intelligit, vultq; omne quod generatur, ad principium tendere, ideſt ad suam perfectionem, quæ est finis cuius gratia generatur.

Lect. 14.

Opinio Simplicij.

Sed videtur ex ista ratione concludi oppositum secundæ conclusionis. Quod enim est posterius generatione, est tempore posterius: si ergo motus localis est posterior generatione: erit posterior tempore aliys motibus. Cuius oppositum dicebat secunda conclusio.

Respondetur & dicitur primo, q ratio hęc procedit a signo. Signum enim perfectionis alicuius rei generate, est q posterius generetur.

Dicitur secundo q in vno & eodem quod procedit de potentia ad actum: id quod posterius tẽpore fit, est perfectius: huic tamen non repugnat, q illudmet in alio sit tempore prius, dum enim Sor. generatur, vltimo generatur rationale: & tamen in patre Sor. prius tempore est rationale, quam in Sor. vegetatiuũ quod primo fit, eo modo quo vegetatiuum dici potest esse aliquid Sor. quia scilicet est via ad sortem.

Cõtra Heraclitum.

Secundo arguitur ad conclusionem. Quanto motus minus remouet a mobili, tanto nobilior & perfectior est: sed motus localis minus remouet a suo mobili quam alij motus. Nam secundum alterationem fit transmutatio secundum qualitatem. In augmento & decremento secundum quantitatem. In generatione & corruptione secundũ formam substantialem. In motu autem locali non fit transmutatio secundum aliquid intrinsecum subiecto: sed tantũ secundum locum qui est mobili extrinsecus: ergo &c.

Sciendum primo, quantum ad minorem huius rationis, q secundum duplicem viam in doctrina S. Tho. dupliciter verificari potest q per motum localem nihil a mobili remouetur. Secundum enim eos qui dicũt, quod vbi nihil aliud est quam locus vt denominat extrinsece locatum, sic apertum est q dũ mobile amittit vnum vbi, & aliud acquirit, nihil sibi intrinsecum perdit, cũ locus non sit in locato, sed in locante. Secundum autem eos qui dicunt vbi esse habitudinem quandam fundatam in continentia passiua locati a loco, dicendum est, q per motum localem nihil absolutũ abijcitur a mobili: sed bene abijcitur, vbi, quod est relatio, et locus qui est extrinsecus, & hoc sufficit Arist. quia minus remouetur a subiecto, quando remouetur sola relatio, quam quando remouetur forma absoluta, cum secundum Commen. 12. Metha. relatio inter omnia gẽra, sit minime entitatis.

Quo modo secundum duplicem viam doctrina S. Tho. verificetur quod per motum localem nihil a mobili abijcitur.

Cõ. 19.

Sciendum secũdo, q quia motus est actus mobilis, dupliciter potest eius nobilitas considerari. Vno modo intrinsece & essentialiter, scilicet quantum ad entitatem illius actus in se. Alio modo extrinsece, scilicet per comparationem ad subiectum. Si loquamur de dignitate

Quo motus localis sit perfectior & imperfectior aliys motib⁹.

gnitate motus intrinseca, & essentiali: sic dignitas eius consideretur secundũ dignitatem terminini motus: quia motus secundum veriorem opinionem nõ differt a termino motus, & hoc modo motus localis non est perfectior alijs motibus immo imperfectior, cum secundum suam entitatem, non sit aliud quã vbi, ꝙ nihil aliud est intrinsece quam relatio, vt magis videtur esse secundum mentem S. D. 5. Metha. Et in tractatu de relatione, aly autem motus sint alique formæ absolutæ. Si autẽ loquamur de dignitate motus extrinseca, quæ scilicet sumitur per comparationem ad subiectum, sic dicitur motus dignior, & perfectior qui requirit subiectum perfectius, & magis in actu, & sic motus localis est perfectior omnibus alijs motibus: quia secundum propriam rationẽ requirit mobile in actu, & non exigit ipsum in potentia ad aliquam formam absolutam, cum per ipsum nulla talis forma introducatur, nisi forte per accidens, aut consecutiue, alij autem motus, & mutationes requirũt ipsum subiectum in potentia ad formã absolutam, generatio, & corruptio ad formam substantialem, alteratio ad qualitatem, augmentum, & decremẽtum ad quantitatem. Ad hunc sensum videtur intelligendus philosophus cũ inquit motum localem esse substantia perfectiorem alijs motibus, ꝙ apparet ex secũda ratione, quam adduxit: quia scilicet non mutat substantiam rei. Hoc idẽ videtur esse de mente. S. D. vbiq; enim assignat rationem quare motus localis sit prior quia videlicet minus abijcit a suo subiecto. Vnde hoc loco formando rationem philosophi inquit. Quanto aliquis motus minus remouet a mobili tanto subiectum eius est perfectius, sic ipse motus etiã est perfectior quodammodo, secundum autem motũ localem nihil remouetur, ꝙ insit subiecto mobili. Ecce inquit talem motum esse perfectiorem quodammodo, quasi velit dicere non est simpliciter, & intrinsece perfectior sed secundum quid & extrinsece. Motus localis est perfectior propter perfectionem mobilis, in quo secundum ipsum minima sit variatio.

5. met. c. ad aliquid, & in trac. de relatione.

q. de malo. q. 16. ar. 10. ad primũ.

Sed contra hanc declarationem occurit dubium. Id, ꝙ est mensura, & causa omnium alicuius generis est simpliciter, & intrinsecæ omnibus illius generis perfectius. Vt enim dicitur. Vnumquodque mensuratur primo, & perfectissimo sui generis, sed motus localis est causa, & mensura omnium aliorum motuum, vt videtur hic velle philosophus: ergo non solum est perfectior extrinsece sed etiam intrinsece.

10. metaph. Te. 2.

Respondetur, ꝙ motus localis non est causa, & mensura aliorum motuũ ratione suæ essentiæ, & entitatis. Illa enim est minima entitas, sed quia cum minimam faciat variationem in subiecto, & propter hoc corporibus cælestibus conueniat rationem sui subiecti, aliquem modum causalitatis, & mensuræ habet supra alios motus. Quomodo enim sibi conuenit habere nobilitatẽ supra alios motus, ita sibi cõuenit esse causam, & mensuram ratione scilicet sui subiecti. Vnde ad argumentum negatur maior de eo, ꝙ est mensura, & causa ratione alterius, scilicet sui subiecti, si autem de eo, quod est ex se, & ratione sui mensura intelligatur cõcessa maiore, negatur minor.

Quõ motus localis conuenit sibi cẽ mensuram aliorũ motuum.

Ad argumenta in oppositum respõdetur. Ad primum patet ex dictis, ꝙ generatio est prior motu locali intrinsecæ, & essentialiter, sed motus localis est prior ea secundum quid, & extrinsecæ ratione scilicet sui subiecti.

Triplicitet soluitur argumentum secundum.

Ad secundum dicitur primo, ꝙ si ratio illa aliquid concludat, concludit motum localem non esse priorem alijs intrinsecæ, & essentialiter, quod concessum est.

Dicitur secundo, ꝙ cum in ratione motus includatur actus in recto, entis autem in potentia in obliquo, non dicetur aliquis motus participare magis rationem motus: quia subiectum sit magis in potentia, sed quia magis habet de ratione actus existentis in potentia hoc enim totum esse actum existentem in potentia est motus diffinitio, & nõ solum ens in potentia.

Dicitur tertio, ꝙ quamuis habere subiectum existens in potentia conueniat omni motui, nõ tamen per hoc specificatur motus, vt ille sit perfectior cuius subiectum est magis in potentia, sed magis ad terminũ ad quem. Perfectior enim actus extrinsecæ, & secundum quid dicitur ꝙ subiectum magis in actu requirit, & qui nihil absolutum remouet a subiecto, perfectior autem actus simpliciter, & absolute dicitur qui perfectiorem entitatem importat, & sic dicitur perfectior motus absolute qui ad perfectiorem entitatẽ cum qua idem est terminatur, & a quo speciem capit, licet perfectior motus secundum quid, & extrinsecæ dicatur qui subiectum magis in actu requirit, vt est declaratum, & nihil absolutum abijcit a subiecto.

Actus perfectior quomodo intelligendũ venit.

ADDI.

In responsione ad primum arg. notanda sunt verba illa, ꝙ generatio est prior motu locali intrinsecæ & essentialiter, sed motus localis est prior ea secundum quid, & extrinsecæ ratione scilicet sui subiecti.

Tex. 52. Quia generatio cum sit perpetua, nihil potest inueniri, ꝙ sit prius ea, æterno enim nihil est prius, ꝙ autem generatio sit æterna, probat Ar. 2. de ortu, & interitu.

Est etiam difficultas, quomodo motus localis sit prior motu augumẽti, & decrementi, & motu alterationis, cum prædicamentum quantitatis, & qualitatis in quo ponuntur hi motus, sit prius prædicamento vbi. in quo ponitur motus localis.

Propterea sciendum est primo, ꝙ generatio diuersimode inuenitur definita ab Ar. nam aliter generatio definitur primo physi. & aliter in 1. de gener. & corr. & aliter in 4. meteororum, & aliter in libro de morte & vita, cum enim ordo doctrinæ sit ab vniuersalioribus, & sermo libri physi. est prior in ordine, & est sermo vniuersalis, ibi diffinitur generatio in vniuersali, & respicit tam substantiam, quam accidens, nam

Tex. 17. dicit philo. 1. physi. intentio eius in libro, est inuestigare principia omnis generationis, vbi commen. exponit per generationem quę est in substantia, & in omnibus prædicamentis, & de substantia generationem illam, quę est communis quatuor corporibus scilicet igni, aeri, aquę, & terræ, & corporibus compositis. & vniuersaliter generatio vnius ex vno, sed generatio vnius ex pluribus perscrutanda est in libro de gener. & sic exponit eam Themist. & ideo ibi diffinitur generatio, ꝙ est transitio ex non esse ad esse.

Tex. 117. Tex. 23. & 24. In libro autem de gener. & corr. diffinitur generatio conueniens elementis quia ille liber dicitur de elementis 2. de anima, & sic diffinitur, generatio est trasmutatio totius in totũ nullo sensibili remanente, vt subiecto, licet enim in primo de gener. & corr. circa finem inuestigetur modus generationis, quo vnum fit ex pluribus, sed ista rectius dicitur mixtio quam generatio, vt ibidem declaratur.

8. p. q. 23.

In Exp. te. 59

Tex. 2. Tertio diffinitur generatio, vt est communis corporibus mixtis inanimatis, & animatis, sub ratione generali, & sic diffinitur in 4. meteororũ, est autem simplex generatio, & naturalis permutatio ab his virtutibus cum habeant rationem ex subiecta materia vnicuique naturæ, generant autem calidum, & frigidum optinentia materiam.

Quarto diffinitur generatio propria viuentium quatenus viuentia sunt in libro de morte, vbi dicitur generatio est prima participatio animæ in calido naturali, & vitæ eius est permansio.

Cõmẽ. 5. Notandum quoque est, vt ait Auerr. 3. physi. ꝙ motus diffinitio est ambigua, tum quia motus est in pluribus prædicamentis, tum quia vnumquodque prædicamentum ex illis in quibus est motus diuiditur per duos modos, quorum vnus est nobilior, & alius vilior, ex quibus verbis apparet manifeste, ꝙ condictiones motus non vniuoce reperiuntur in motu locali, & in cæteris motibus, condictiones enim attributę motui sunt, quia est subiecti entis in actu, sic distinguitur a generatione, & corruptione, vt

Tex. 7. & 8. patet 5. physi. ꝙ fiat de contrario in contrarium, eodem libro tex. 6. & ꝙ sit continuus, & fiat in tempore, modo ista non vnica & eadem ratione inueniuntur in motu locali, & in cęteris motibus, subiectum enim motus localis potest suam vnitatem

Tex. 55. perfectę posidere, nam motus localis non abicit a substantia, vt scribitur in hoc 8. physi. secus est de alijs motibus.

Pręterea contrarietas æquiuoce non secundum eandem rationem inuenitur in loco, & qualitate, quia contrarietas in loco est in forma, & in subiecto, secus de contrarijs in qualitate; quia talia sunt duo in forma. & vnum in subiecto quoniam loca non

Cõmẽ. 38. numerantur nisi propter ęnumerationem subiecti, ut clamat Auerr. 4. cęli.

Item contrarietas in qualitate, seu in motu alterationis est disponens ad corruptionem est enim cum vera actione, & passione præsertim, quæ est inter primas quantitates, sed quantitatis contrarietas non est talis, non enim quantitas est de principijs actiuis

Cõmẽ. 84. 4. physi.

Adde ꝙ continuatio in motu locali, & in alteratione, & in augmento, non sunt eiusdẽ rationis, nam continuatio in motu locali, est manifesta perse, impossibile enim est aliquam partem eius fieri subito, sed in aljs motibus est quæstio non parua, vtrum aliqua pars eorum videatur posse fieri subito, nam in aliquibus videtur subito fieri,

Cõmẽ. 74. vt ait Auerr. 6. physi. & ita determinat finaliter in hoc 8. ꝙ motus augmenti non

Cõmẽ. 23. est vnus, & continuus a principio vsque ad finem, sed est compositus ex pluribus motibus, & ex pluribus quietibus, tum quia vera augmentatio, quæ est in solis viuentibus fit per addictionem nouæ materiæ, necesse est ꝙ fiat per minima, & ideo factio, & acquisitio talium minimorum est indiuisibilis, & fit in instanti, ideo impossibile est partes motus augmenti sibi inuicem continuari, nisi in instanti, ꝙ ita istans esset immediatum istanti, & tempus componeretur ex istantibus, nam minima caro est ter-

Tex. 54. minata 1. physi. similiter si continuatio esset in motu augmẽti oporteret, ꝙ cuilibet parti sensibili temporis corresponderet aliqua magnitudo sensibilis terminata acquisita in illo tempore, ꝙ est contra sensum.

Nam videmus in anno aliquid augeri per digitalem quantitatem, & illa non potest diuidi in partes tot actu sensibiles, in quot diuiditur annus, nam diffinitio entis sensibilis est, vt sit in actu & tangi possit, ideo nõ potest aliquis fingere partes esse in actu & correspondere singulis partibus temporis, sed non sunt a sensu comprẽhensibiles, quia hoc est contra diffinitionem & terminum entis in actu, qui est, vt sit tangibile, vt ait Auerr. vbi supra, & ideo commentator concludit, ꝙ continuatio vere, non reperitur nisi in motu locali, vnde motus primo dicitur de motu locali, secundo de motu alterationis postremo autẽ inter oẽs motus est motus augmẽti, & diminutionis

Sed tunc quereret aliquis quomodo motus augmenti fiat in tempore, si enim motus iste augumenti fit per acquisitionem quantitatis factam per minima, cum talis acquisitio fiat in istanti, tunc motus augumenti non mensuratur a tempore, hoc autem videtur

Tex. 132. esse cõtra Ar. in 4. phy. vbi q̃rit nũ tẽpus sit numer⁹ cuiuslibet motus uel uniu⁹ tantũ.

Et

Et soluendo dicit, ꝙ est numerus cuiuslibet motus, inquiens. est namque, ꝙ generatur, & corrumpitur in tempore, & augumentatur, & alteratur.

Tex. 119. Præterea in eodẽ 4. physi. demõstratur, ꝙ omne quod mouetur, mouetur in tẽpore, & ꝙ in omni motu reperitur uelox, & tardum, talia autem tempore mensurantur, & Ar. dicit hoc esse in motu locali, & similiter dicit etiam in alijs esse motibus.

Sed hęc de facili soluuntur si loquamur de motu augumenti, qui reperitur solum in ui-

Cõmẽ. 11. uentibus, ait comentator 2. cęli, ꝙ sumitur dupliciter uno modo pro conuersione in substantiam alimenti, alio modo pro extensione consequente materiam sic conuersam a calore, & ab anima ipsius uiuentis. hoc stante dicitur, ꝙ augumentatio propriè non est motus primo modo, tum quia terminus motus est accidens, sed terminus augumentationis primo modo sumptę est forma substantialis, tum quia omnis motus est continuus, nulla autem talis conuersio potest esse continua quantumcunque modica, quoniam sic auctum esset infinitum, sed accipiendo motum secundo modo sic motus augumenti est uere motus, quia habet omnes condictiones requisitas ad motum.

His iactis dicitur ad principalem difficultatem ꝙ nulla generatio est perpetua, sed bene subcessio generationum sibijnuicem subcedentium est perpetua, & hoc probat Ar. 2. de generatione, & corruptione.

Ad secundam difficultatem dicitur, ꝙ nedum augmentum, & alteratio, sed etiam, ꝙ generatio, & corruptio, & omnes motus præcedunt motum localem, sed respectu unius, & eiusdem animalis, simpliciter tamen loquendo respectu uniuersi motus localis præcedit omnes alios motus.

Vide de his Auctorem 2. cõtra gentes in expositione. 43. cap. uBi declarat quomodo motus duo respicit terminum, & subiectum, uide quoque 3. contra gen. cap. 82.

ET sic finitur hic præsuntuosus labor, de quo nõ dubito multos admirari me theologiã, ac metaphysicã profitẽtẽ, hæc fragmenta conficere, & his quæstionibus addere Sed ducant quęso in memoriam præclarum illud censoris oraculum, non minus ocij quam negotij reddendam esse rationem, quo æquidem salubri documento nos commonefacit quædam esse negotia, quæ nos ocioſi agere debeamus, de numero quorũ est hoc nostrum onus assumptum, iuxta mei vires ingenij, de quo omnes admonitos esse uolo ut tantũ rationes, & propositũ meum & amicorũ tale onus mihi iubentium uideant, atque examinent, & sic acquiescant & refutent, nec enim tanti sum, uel sic arrogans in his addiciunculis, & in alijs quas appositurus sum libris de Anima vt meam proponam authoritatem, sed ea tenus dico hic & ubiq; quatenus reddita ratio testatur, quãdoquidẽ in his potius nomẽ philosophi quam rectoris, aut grãmatici sortiri cupio: etsi in aliquo ad omnes hos pertinente defecero correctori, ut adiutori infinitas gratias ago, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & beatissimæ Virginis, ac D. Thomæ. Romæ Anno Iubilei. 1575. Die prima Nouẽbris in Hospitio S. Marię supra Mineruam.

FINIS

Quæstionum Reuerendissimi Magistri Francisci de Siluestris Ferrariensis.

Cum Additionibus R. P. F. Mathię Aquarij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS.
D. D. MICHAELI BONELLO ALEXANDRINO
CARDINALI AMPLISSIMO

Marcellus Bonauia Meſſanenſis.

Magnus Alexander magnum ſibi ſubdidit orbem,
Hinc magni magno nomen ab orbe tenet.
Tu maiora facis mundum ſuperando minorem:
Te ſuperas; hic ſe uincere non ualuit.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS.
D. D. ARCHANGELO BLANCO THEANENSI
CARDINALI AMPLISSIMO

Idem.

Candidus eſt plumis Cygnus, ſed moribus ipſe:
Ille placet moriens, ſemper at ipſe places.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISS.
D. D. VINCENTIO IVSTINIANO
CARDINALI AMPLISSIMO.

Idem.

Nunc Aquila in turri manet, at ſuper æthera pennas
Extendet meritis Iuſtiniane tuis.

DISPVTATIO
REVEREN. MAGISTRI MATHIAE AQVARII,

De mixtione elementorum, in qua oſtenditur elementa in mixto remanere uirtualiter, cõtra nonnullos Philoſophos.

DOMINVS ſit illuminatio mea. Quæro num elementa formaliter & integrè reperiantur in mixto, vel in eſſe refracto, ſiue virtualiter. Et argumentatur primo ꝙ formaliter: quia Ariſt. 1. cęli ait ꝙ mixtum mouetur ſecundum elementum prædominans: quod etiam D. Thom. 2. Phyſ. vbi declarans deffinitionem naturæ ait, ꝙ Animal moueatur deorſum, non eſt ex natura animalis inquantum eſt animal, ſed ex natura dominantis elementi. Tunc ſic: vbi eſt operatio alicuius, ibi formaliter reperitur illud cuius eſt illa operatio, ſed in mixto reperitur operatio elementorum: ergo in mixto reperiuntur formaliter elementa. Maior probatur, quia res quæ priuatur ſua operatione priuatur ſuo eſſe: Minor patet ex dicto Ariſt. & D. Tho. ſupra citato: quia mixtum mouetur ab elemento prædominante. Hoc argumento vſus eſt Ariſt. 8. Phyſ. & 12. Metaph. vbi ex motu cęleſtium corporum inueſtigauit motores ipſorum arguendo ſic. Cœlum actu mouetur: ego habet motorem, valet quoq; à ſimili. Mixtum actu mouetur ab elemento prædominante: igitur Elementum actu eſt in mixto. Secundo arguitur ex Ariſt. 3. cœli arguente contra Platonem, & concludente elementa non habere propriam figurã; ſed figuram continentis. Quia ſi haberent proprias figuras: tunc ſequeretur ꝙ omnes Partes elementi non tangerent omnes partes loci, & ſic daretur vacuum. hinc aſsimilantur primæ Materiæ quæ nullam de ſe formam habet, ſed poteſt omnes recipere, ſic elementa de ſe & propria natura non habent figuras proprias: ſed tantum figuram continentis, & mixtum eſt continens: ergo figurantur in mixto. Tertio arguitur quoq; ex Ariſt. 4. cœli vbi probat ꝙ ideo motus cauſatur in nobis, quia elementa tendunt ad propria loca: hinc quærit cauſam ibi. Vnde eſt ꝙ quædam corpora compoſita ſunt grauiora quibuſdam in alio loco & non in alio, vt lignum cuius menſura eſt decem librarum hoc eſt grauius plumbo & ferro, cuius menſura eſt vnius libræ in loco aeris: in loco verò aquæ eſt econuerſo: & cauſa eſt ait Ariſt. quia omnia elementa habent grauitatẽ in ſuis locis, cauſatur igitur motus in nobis, quia elementa tendunt ad propria loca. Hæc ratio nullo pacto concluderet niſi eſſent elementa actu in mixto. Quarto, argumentũ aliud ſumitur ex primo de Generatione cap. de mixtione vbi probat ipſa elemẽta ſeparari à mixto eo diſſoluto, quia caro diſſoluitur in terram & ignem: ſi igitur ipſa elementa non eſſent formaliter in mixto: quomodo potuiſſent ab eo ſeparari? vnde aſſerebat ibi Philoſophus ꝙ gutta vna ipſius vini nõ miſcetur decem millibus cõchijs ipſius aquæ: ratio eſt quia ſoluitur forma vini in vniuerſam aquam; Quæ ergo miſcentur nõ corrum-

Primũ Arg. Tex. 8. Commen. 4.

Tex. 49. Tex. 36.

Secundum Arg. Tex. 66.

Tertiũ Arg. Tex. 14.

Quartũ arg. a tex. 83. vſq; ad tex. 90.

Quintum Arg. Tex. 26.

corrumpantur, sed alterantur igitur elementa actu reperiuntur in mixto. Quinto, est ratio fortissima quæ sumitur ex 2. de Anima vbi Aristo. arguit contra Empedoclem tenentem augmentum, siue auctionem & nutritionem fieri in viuente ex hoc, quia elemẽta grauia augent & nutriunt partes inferiores, elementa leuia partes superiores. Contra arguit Philosophus & ostendit, nutritionem & auctionem in viuente fieri ab anima & non ab elementis hac ratione, quia si in animali non esset anima, quid prohiberet elementa dissolui & segregari vt leuia segregentur à grauioribus. Et quid prohiberet ne augmentatio esset in infinitum. Ex hoc igitur loco patet Arist. velle elementa formaliter esse in mixto: quæ ab anima postea detinentur ne in infinitum postea distrahantur, alias ratio sua contra Empedoclem nulla esset.

Sextum Arg. Tex. 90.

Sexto, arguitur argumento Auicennę asserentis elementa integra remanere in mixto: quia primo de Generatione cap. de mixtione Arist. deffiniens mixtionem ait esse vnionem miscibilium alteratorum, tunc sic si est alteratorum: ergo non corruptorum, & sic elementa sunt in mixto alterata & integra.

Septimum Arg. Tex. 4.

Septimo sic Arist. 5 Metaph. deffiniens elementum ait ꝙ est illud ex quo componitur res primo inexistenti indiuisibili specie in aliam speciem, vt vocis elementa ex quibus componitur vox: & in quę vltima diuiditur, illa verò non amplius in alias voces ab ipsis specie diuersas; sed si diuidantur particulæ eorum sunt eiusdem speciei, vt particula aquę est aqua: Si ergo de ratione elementi est vt inexistat in elementato sequitur ꝙ elementa sint actu in mixto.

Octauum Arg.

Octauo, si elementa non essent actu in mixto, tunc mixtum esset non ens. consequentia probatur. Quia quod componitur ex non entibus est non ens 4 Physic. 7 actatu de tempore; sed mixtum componitur ex non entibus: quia elementa sunt corrupta: igitur mixtum erit non ens, & sic oportet vt integrè reperiantur in mixto si entitas mixti saluari debet.

Nonũ Arg.

Nono, si elementa non essent integra in mixto sequitur ꝙ mixtum posset fieri ex vno tantum elemento quod est falsum & abhorret tota Philosophia, immo mixtum non esset mixtum, consequentia probatur, quia sola materia elementorum manet in mixto, & nulla est ratio quare requirantur plura elementa, cum materia vnius potest sufficienter disponi ad formam mixti.

Decimum Arg. Tex. 48. & Vndecimũ Arg. Tex. 51.

Decimo sic. Philosophus ait 2. de anima ꝙ ex eisdẽ nutrimur ex quibus sumus, sed nutrimur & sumus ex elemẽtis: ergo actu & integra permanent in mixto. Vndecimo, arguitur ex 2. de anima vbi probat Arist. sensum esse de virtutibus passiuis & non actiuis, quia sensus & præcipuè tactus si esset virtus actiua tunc sentiret elementa quæ sunt in ipso sensorio, scilicet in carne: quæ est sensorium sensus tactus absq; sensibili extrinseco, cum sensorium illud constet ex elementis puta ex terra, igne, aqua, & aere. Si hæc ratio & dubitatio aliquid valere debet, oportet vt supponat Philosophus elementa actu reperiri in mixto.

Duodecimũ Arg. Tertiumdecimũ Arg.

Duodecimo, probatur exemplo lactis: quod est quodam mixtum, & ex ipso egreditur aqua pura, puta serum, igitur in lacte est actualiter aqua. Tertiodecimo, arguitur exemplo rosarum, & florum, & herbarum è quibus egreditur aqua pura quando decoquuntur in lambicco: Cum igitur rosæ, flores, & herbæ sint quædam mixta, sequitur ꝙ sicut in his, sic & in alijs sint formaliter elementa.

Quartumdecimũ Arg.

Quartodecimo, arguitur exẽplo sensatissimo quod apparet in musto: quod quidem est quodam mixtum & ex ipso egreditur aqua pura experti sunt plurimi infundendo in eo bombicem, & postmodum extrahendo eam & comprimendo exit aqua pura. Hoc idem vltimò fatetur noster Angelicus D. Thom. Qui declarans quomodo homo habet in se omnes res mundi dicit quia est compositus ex omnibus. Nam de spiritualibus habet animam rationalem, de corporibus cœlestibus habet elongationem à contrarijs per maximam æqualitatem cõplexionis, elementa verò habet secundum substantiam, ita tamen ꝙ superiora elementa prædominantur in eo secundum virtutem, scilicet ignis & aqua, Quia vita præcipuè cõsistit in calido quod est ignis & humido quod est aeris, inferiora elementa abundant in eo secundum substantiam. Ex quibus verbis apparet manifestè elementa reperiri in homine ex consequenti in mixto secundum substantiam integram.

p. p. q. 91. ar. 1. Vltimum Arg.

Comm. 41.

Oppositum autẽ legitur pluribus in locis doctrinæ D. Thomæ & præcipue 3. Phys. in quo probat non dari corpus mixtum infinitum, & ꝙ elemẽta veniunt ad compositionem eius prout contraria aliquando adæquantur. scilicet secundum virtutem, quando veniunt in mixtionem. In hac disputatione. Primo recitabo diuersas opiniones.

Secundo

secundo declarabo veritatem. Tertio respondebo obiectis in contrarium.

Præponitur ordo quæsiti obseruandus.

Quoad primũ adest Alexander inter Græcos in quæstionibus naturalibus qui tenet Elementa formaliter & integrè reperiri in mixto, & hoc nititur persuadere pluribus argumentis, inter quæ sunt nonnulla de mente eius adducta in principio quæstionis, sed fundamentum principale suum sumitur ex Arist. primo de generatione animalium, & etiam secundo de generatione animalium vbi Arist. arguit contra Empedoclem dicentem semen prouenire ab omni parte animalis: arguit Philosophus quia si sic tunc proueniret ex membris organicis, siue ex partibus disimilaribus, & ex partibus etiam similaribus vt puta, ex pilis, ex ossibus & vnguibus: ergo ex elementis, & sic semen prodiret ex aqua & ex igne & hæc est quarta ratio quã adducit ibi Philosophus. Quæ ratio nisi supponat elementa esse actu in mixto nihil concluderet, & plures alias rationes adducit ibi Philosophus. Quæ omnia supponunt elementa actu esse in mixto. Probat quoq; ibi semen patris nõ esse causam similitudinis: quia quædam mulier nomine Helides concubuit cum Ethiope & peperit filiam albam, & deinde filia concepit & peperit Ethiopem, vnde semen non est causa similitudinis, neq; egreditur ex toto corpore: quia tunc ex elementis. Hoc etiam voluit Arist. in prædicamentis, vbi probauit sensibile & sensum non esse relatiua, quia sensibilia sunt antequam esset aliquis sensus, nam elementa ex quibus componitur animal sunt antequam animal esset, & elementa sunt simul natura. Ex hoc discursu patet elemẽta actu venire in mixtionem. Quod confirmat ex Arist. 2. de Anima vbi declarat quomodo tactus indiget carne pro medio. Et quomodo indiget medio extrinseco, probat ꝙ in mixto sunt qualitates elementorũ vt siccitas humiditas &c. Dantur enim corpora sicca & humida. Quo stante dicit Alexander, vbicunq; sunt qualitates elementorum: ibi actu sunt elementa, sed per Arist. in mixtis reperiuntur qualitates elementorum: ergo in mixto sunt actu elementa. Addit adhuc quod est manifestum in doctrina Peripatheticorum Materiã primo recipere formas elementorum, deinde alias formas. Quam doctrinam pulcherimè obseruauit Auerroes primo Metaph. vbi ponit differentiam inter genus quod est forma vniuersalis, & Materiã. Et ait ꝙ materia nullam formam habet, neq; vniuersalem, neq; particularem, sed primo recipit formam vniuersalem & postea mediante forma vniuersali recipit alias formas vsq; ad indiuiduales, & subdit Auer. ꝙ Antiqui & maximè Alexander scripsit demõstratiue ꝙ genus est aliud à materia. Qua veritate stante arguitur sic. Materia primo recipit formas elementorum & deinde alias: igitur elementa sunt actu in mixto. Hanc quoq; veritatem clarius ostendit Arist. 4. Metheororum, vbi ponit ꝙ quædam sunt: quæ calefiunt calido vt aurum, argentum, æs, stannum, plumbum, uitrum, & quidam lapides innominati, dat rationem quia sunt aquea. Quædam sunt quæ concrescunt frigido, vt vrina, acetum, lixiuium, serum &c. quæ abundant aqua. Quædam sunt mollificabilia vt ferrum, cornu, vnguis, ôs, neruus, lignum, pili, folia, cortex. Quædam mixta sunt exalabilia vt electrum, Mirra, Thus, fructus, legumina, frumentum, &c. hæc diuersitas mixtorum non est nisi propter diuersitatem elementorũ: quæ nisi actu essent in mixto nullo modo hæc diuersitas assignari posset ab Arist. Concludendum est igitur: Elementa actu permanere in mixto, hæc est opinio Alexandri contra quam Arguit D. Thomas supponendo vnũ quod habet ipse, ꝙ quęlibet forma substantialis nata est constituere suppositum per se existens. Quod etiam Arist. 2. de Anima docuit. Ex actu & potentia aptum natum est effici vnum. Quo stante argumentatur D. Tho. in mixto sunt quatuor formæ substantiales elementorum: ergo in mixto sunt quatuor supposita, probatur consequentia, quia forma substantialis ignis constituit suppositum ignis, & forma substãtialis aeris suppositũ aeris & sic de aliis, vnde mixtũ esset quatuor suppositum & maius quoq; absurdũ sequeretur, quia cũ quælibet forma substantialis det esse specificum vnum: mixtum esset sub quinq; speciebus, scilicet quatuor elementorum & ipsius mixtionis. Præterea in profundo fluminum & lacuum, & maris generantur corpora mixta vt lapides, herbæ, & pisces, sed ad illa loca non potest descendere ignis; quia tunc corrumpentur ab aqua intermedia, igitur opinio Alexandri est falsa. Adde adhuc quod si ignis actu esset in mixto esset ibi violenter. Et tunc mixtum non esset genitum naturali mutatione, sed violenta. Probatur consequentia. Quia naturalis locus ignis

Cap. de relatiuis.

Tex. 113.

Tex. comm. 17.

Cap. de temperaturis corporum.

Opin. Alex. impugnatur 2. sent. dist. 2. q. 1. ar. 2. Tex. 4.

est sursum

est sursum, naturalis locus aquæ est deorsum: quomodo ergo ignis poterit esse in magnis molaribus & in serpentibus: quæ sunt sub terra. Et terra ipsa in mixtis quæ sunt in igne vt est Salamandra, & in mixtis, quæ sunt in media regione aeris vt sunt grandines &c. quæ ibi generantur. Adde ad hæc quòd si elementa actu & formaliter vt dicit Alexander essent in mixto: sequitur ꝙ in generatione mixti nihil corrumpitur, & sic generatio vnius non esset corruptio alterius contra Arist. mille in locis suæ doctrinæ.

Locus Salamandræ.

2. Metaph. Tex. 10.

Rationes quas pro se adducit sunt nullius momenti, & Prima soluitur quia nõ concludit simpliciter, cum sit contra antiquos cõcedentes elemẽta actu remanere in mixto: vnde est argumentum ad hominem ponentem semen decidi ex omnibus partibus animalis. Secunda quoq; ratio soluitur concedendo elementa esse ante generationem animalis, tamen quando veniunt ad mixtionem corrumpuntur. Tertia similiter soluitur concedendo in mixto esse qualitates elemẽtorum, quia est ibi forma mixti, in qua sunt virtutes elementorum, quæ sunt similes qualitatibus eorum, sed non sunt eadem cum illis. Ad illud de materia quæ primo recipit formas elementorum & deinde alias verum est: tamen semper præcedentes formæ corrumpuntur & in sequentibus remanet illarum virtus. Ad dicta Arist. in 4. Metheororum dicimus illam diuersitatem mixtorum oriri ex diuersitate virtutũ elementorũ & nõ ex elemẽtis quæ in mixtis reperiũtur.

Soluuntur Rationes Alex.

Opinio Auicẽne ꝓposita sibi ab auer. Comm. 93. Comm. 30.

Inter Arabes adest Auicennas, qui, vt imponit sibi commentator tertio cœli & primo de generatione asserit elementa remanere integra in mixto. Quia formæ substantiales ipsorum non diuiduntur in magis & minus, vnde elementa non miscentur, nisi secundum qualitates eorum, & non secundum substantias, & eandem opinionem sibi imponit D. Tho. dicens ꝙ Auicennas posuit formas substantiales elementorum integras remanere in mixto, Mixtionem fieri prout contrariæ qualitates elementorum reducuntur ad medium. Eandem sententiam recitat Scotus. Qualiter Auicẽnas tenet Elementa remanere in mixto non remissa secundum substantiã, sed remissa secũdum qualitates; Et vltra rationes quas adduximus in principio quæstionis, adducit etiam & ipse alias dicens, ꝙ si formæ elementorum integræ non remanerent in mixto, tunc materia prima æqualiter esset disposita ad recipiendum formas mixtorum, sicut elementorum; quod est falsum; Quia non recipit formas mixtorum nisi mediantibus formis elementorum, consequentia probatur, quia per Aduersarios formæ elementorum corrumpuntur & non manent: igitur prima materia recipit formam mixti eodem modo sicut & formam elementorum. Præterea formæ elementorum sunt substantiæ vt docet Philosophus primo de generatione, sed substantia non suscipit magis & minus 8. Metaph. & in libro prædicamentorum: igitur vel corrumpuntur, vel refrangũtur: sed corrumpi non possunt, quia tunc mixtum esset non ens, nec possent refrangi, quia tunc intenderentur & remitterentur quod est contra Arist. & sequeretur etiam ꝙ substantia esset accidens. Quia posterior pars formę substantialis aduenire tur materię actuatæ per partem priorem formæ substantialis, & omne quod aduenit enti in actu est accidens. Præterea cum mixta resoluantur in elementa, puta lignum resoluitur in aquam & ignem. Quero vel illa elementa prꝫexistunt, vel sunt generata de nouo, si prꝫexistunt, habeo intentum ꝙ elementa erant eadem formaliter in esse perfecto, si dicis ꝙ nõ, sed de nouo sunt generata, hoc esse non potest quia in instanti corruptionis mixti nõ possunt quatuor elementa de nouo generari. Præterea causa quę producit aliquem effectum nobilissimum, debet perfectissimo modo saluari in eo. Quę propositio maximè tenet de causa naturali, quæ est primum subiectum ex quo fit aliquid &c. Sed elementa sunt perfectissima causa in genere causę materialis, & producunt effectum nobilissimum, nempe ipsum mixtum: igitur perfectissimo modo saluantur in ipso; & sic secundum esse integrum & perfectum, aliter mixtum non existeret pefectissima existentia, probat hoc idem per exempla quia laurum appositũ igni facit strepitum propter aerem inclusum in eo. Et similiter sal mixtum igni propter eandem causam facit strepitum & castaneæ, & non nulla alia mixta. Ex quibus euidentissime sequitur elementa formaliter & in esse puro remanere in mixto, refrangi tamen secundum qualitates ipsorum. Sed cõtra arguit Auer. ꝙ si hęc opinio esset vera tunc daretur ignis sine calore, & quodlibet aliud elementum sine sua propria qualitate, consequentia probatur. Quia per Auicen. põt esse ignis

p. p. q. 76. ar. 4.

2 Sẽt. dist. 15

Tex. 52. Tex. 3. Cap. de substantia.

Lignum resoluitur in aquam & in alia elementa.

Laurum positũ in igne efficit strepitum.

3. cœli cõ. 6. Inpugnatur opin. Auicẽ.

esse ignis sine quarto gradu caloris: ergo sine tertio, & sine secundo, imo & sine primo, & sic ignis erit totaliter sine calore, consequẽtiæ istæ omnes simul probãtur: Quia quæ sunt eiusdem rationis quicquid competit vni competit & alteri, Modo quartus gradus secundus, & tertius gradus ignis sunt eiusdem rationis: igitur valet ꝙ si ignis poterit esse sine quarto gradu caloris, absolutè poterit esse sine omni calore sic, stante opinione quòd elementa sunt in esse puro cum qualitatibus tamẽ remisis in mixto, dabuntur elementa spoliata proprijs qualitatibus. Præterea arguitur, alio argumento supponendo vnum quod habet Philosophus 4. Metheororum ꝙ igni competit caliditas in summo, & aquæ frigiditas in summo, & terræ sicitas, tunc sic. Elementa per te ò Auicennas sunt in mixto in esse puro, refractis tamen qualitatibus: igitur elementa in mixto non sunt elementa, probatur consequentia, quia elementa constituuntur in esse elementorũ per qualitates in summo quas tu dicis in mixtis nõ habere, valet igitur elementa in mixto non esse elementa. Tertio, Arguitur quia Arist. 2. de Anima & 8 Metaph ait ꝙ ex pluribus entibus in actu non potest fieri vnũ per se; sed mixtum est vnum per se: ergo nõ potest fieri ex elemẽtis in esse integro secundum substantiam & in esse remisso secundum qualitates. Item termini mutationis non possunt se compati simul in eodem quia sunt incompossibiles, vt habetur primo Phys. sed formę mixti & formæ elemẽtorum sunt termini mutationis: quia mixtum generatur ex elementis & corrumpitur in ipsa: ergo elementa non possunt esse in esse puro cum qualitatibus remissis in mixto.

Cap. 15.

Tex. 4. Tex. 16.

Tex. 59.

Soluuntur rationes Auicennę.

Soluuntur rationes Auicennę. Et ad primam dicimus ꝙ formam immediate perficere materiam cõtingit dupliciter vno modo immediatione perfectionis, alio modo immediatione transmutationis. Primo modo forma mixti imo quælibet forma substantialis immediatè inest materiæ. Sed secundo modo formæ elementorum immediatè in sunt materiæ quibus corruptis inest alia quę etiam corrupta inest alia vsque ad animã intellectiuam quæ etiam immediatè inest materiæ primæ immediatione perfectionis; Sed non immediatione transmutationis. Ad secundam rationẽ dicimus ꝙ formæ elementorum corrumpuntur quibus corruptis, generatur mixtum, vnde & nos decemus subſtantiam nõ susciꝑe magis & minus. Ad tertiam dicimus ꝙ mixtum resoluitur in elementa quæ erant in eo secundũ virtutem & non secundum substantiã. Ad aliam dicimus ꝙ sufficit causam saluari in effectu secundum virtutem non autem secundum substantiam: & sic elementa disponũt materiã pro susceptione formæ mixti. Ad exempla dicimus ꝙ illa quæ exhalant & emanent ex ipsis mixtis non sunt pura elementa, & dato ꝙ sint pura dicimus ꝙ de nouo generantur; sed non erant in mixto sin substantiã.

Quomodo mixtum resoluitur in elementa.

Auerroes vt recitat Turisanus Florentinus Medicus præstãtissimus plusquam Commentator super paruam artem Galeni & Sanctus Thomas in opusculo ad Magistrum Philippum demixtione elementorũ, & Scotus impugnans Auicennam ait ergo Auer. 3. cœli ꝙ paucitas exercitationis istius viri in naturalibus & bona confidẽtia in proprio ingenio induxit ipsum ad varios errores, & subiungendo suam opinionem ponit eam consistere in duabus propositionibus. Quarum prima est formæ elementorum non manent in mixto secundum esse perfectum vltima perfectione, ratio istius propositionis est. Quia si formæ elementorum remanerent in mixto secundum esse vltima perfectione in mixto essent simul qualitates contrariæ secundum vltimam perfectionem. Quia qualitates in summo sequuntur formas substãtiales elemẽtorum in vltima perfectione: imo tanta est propinquitas qualitatum ad formas substantiales elementorum, quòd. Quidam putauerunt qualitates esse formas substantiales ipsorum vt imponitur Alexandro. Hinc subdit Comment, ꝙ si elementa manerent in mixto secundum actum extremum & sub esse perfecto vt ait Auicen. tunc non fieret vnum ex eis quod est falsum vt patet. Secũda propositio est. Formæ elementorum manent in mixto secundum esse diminutum & refractum: & hoc intelligitur tam secundum substantiam, quam secundum qualitates: quia idem est iuditium de toto & de parte, si qualitas potest remitti secundum partem manente substantia elementi omnino non remissa, eadem ratione potest elementum remanere secundum substantiam, amissa tòta qualitate, & sic posset esse ignis nõ calidus, iccirco oportet dicere substantiam elementi remitti, sicut & qualitatẽ. Et si dicis ꝙ formæ elementorum sunt substantiæ: Modo substantia non intenditur ne-

'Turisanus Monacus. Scotus 2. sen ten. dist 15. Comm. 67.

Alex. 5. phys. in addi. nostris.

Pulera dubitatio.

que remittitur, sed tantum accidens est illud quod augetur & diminuitur & sic sequitur quod elementorum substantiæ non possunt refrangi.

Solutio Auerr.

Respondet ꝙ formæ elementorū sunt mediæ inter formas substantiales, & accidentales, ideo est necessarium ꝙ habeant proprietates vtrarumq; ob id non est inconueniens ipsas intendi & remitti. Si etiam dicis ꝙ si formæ elementorum manent in mixto in esse diminuto: ergo materia nunq̄ recipit formam mixti, probatur consequētia. Quia omne recipiens oportet vt sit denudatum à natura recepti. Modo materia non est denudata à formis substantialibus: ergo non potest recipere formam mixti. Ad quod etiam respondet ꝙ omnes formæ elementares sunt eiusdem ordinis in substantialitate: sed nō eiusdem generis proximi sed tantum remoti. Ideo maior propositio debet intelligi sic. Omne recipiens debet esse denudatum à natura recepti secundum genus proximum, vt notat Zimara. Et ꝙ hæc glosa habet veritatem in rebus materialibus, non autem in rebus immaterialibus; Quia intellectus possibilis habet speciem vnius elementi & potest recipere speciem alterius & sic concludit Auerr. formas ipsorum elementorum manere in mixto secundum esse refractum. Quia vel corrumpuntur, vel refranguntur, vel remanent in esse integro, non corrumpuntur: Quia tunc non esset mixtio vt ait Philosophus. Non remanent in esse integro: ergo refranguntur. Et sic in esse refracto sunt in mixto: quia virtus non remanet sine substantia. Et cum virtus remaneat secundum esse remissum, & non secundum esse perfectum: ergo & substantia elementorum manet secundum esse imperfectum remissum & castigatum. Contra quam opinionem arguit D. Tho. Quia formæ rerum sunt sicut numeri 8. Metaph. Sed numeri sunt indiuisibiles: ergo & formæ sunt indiuisibiles, Quo stante arguitur sic, Si formæ substantiales elementorum frangerentur in mixto: sequitur ꝙ formæ substantiales sunt diuisibiles, & sic susciperent magis & minus, & ad substantiam esset motus; sed Auerroistæ derident istam rationem dicentes Auerroem soluisse istam rationem constituendo formas elementorum substantias imperfectas. Sed aduersus istos arguit Caietanus dicens, ꝙ isti dum derident rationem D. Tho. exhibent se omnibus derisibiles, & si penetrassent subtilitatem rationis tacerent. Namque hæc ratio concludit apud Philosophos & non apud sciolos. Siquidem D. Tho. addit in ratione sua ꝙ impossibile est adinuenire medium inter substantiam & accidens, siue capiamus totum ordinem substantiarum ex vna parte, & totum ordinem accidentium ex alia parte, siue quamcunque substantiam & quodcunque accidens. Quia cum medium sit triplex per participationem, per negationem, & per comparationem. Primum non est, quia tale medium est eiusdem generis cum extremis. modo formæ elementares non sunt eiusdem generis cum accidente: ergo &c. Non sunt medium per negationem, ita ꝙ non sunt nec substantia, nec accidens, Nec etiam per comparationem: quia forma elementi non est accidens respectu substantiæ: vide ergo quomodo ratio est efficaciſsima. Adde etiā tu quia omnis forma lis differentia variat speciem: sed quod recipit magis & minus differt, quod est magis ab eo quod est minus, si igitur forma ignis suscipit magis & minus magis facta, & minus facta variabit speciem: sequitur ergo ꝙ alteratis formis substantialibus elementorum in mixto non erunt eædem, quæ erant prius secundum speciem. Præterea illud cuius esse consistit in indiuisibili non suscipit magis & minus, nec habet contrarium: Quia suscipere magis & minus est intendi & remitti, & habere contrarium, sed formæ substātiales elementorum vt substantiæ sunt, non habent contrarium, & sunt indiuisibiles: igitur non suscipiunt magis & minus, & sic redditur falsa opinio Auerrois.

Aureolus vt recitat Ioannes Bacchonitanus, duo docet circa hoc quæsitum. Alterum est ꝙ formæ elementorum manent in mixto secundum suas realitates, & hoc probat primo ex deffinitione elementi. 5. Metaph. elementum est ex quo tanq̄ in existente aliquid componitur. Quo stante arguit sic. Id ex quo aliquid componitur intrinsecè est in eo secundum realitatem suam, vt patet de materia & forma, & de principijs demōstrationū quæ omnia sunt in eis ad quorum compositionem veniunt secundum suas realitates; sed ex elementis & formis elementaribus componuntur mixta: igitur elementa secundum suas realitates in mixto reperiri necesse est. Præterea illa sunt elementa in quæ mixta resoluuntur per diuisionem vltimata resolutione vt Philosophus docet 1. Phys. de prin-

Lege Zimaram Theor. 84. Vide & Ateang. Mercenar. in dilucidationibus Auerr.

P. p. q. 76. ar. 4. tex. 8.

Nota subtilissimam argumentationem.

Corroboratur ratio prędicta.

Quid est suscipere magis & minus

3. sent. dist. 16. q. vnica. Tex. 4.

Tex. 65.

de principijs, sed mixta non resoluuntur nisi in realitates eorum ex quibus mixta ipsa sunt composita: igitur elementa secundum realitates sunt in mixtis. Præterea miscibilia remanent in suo esse quādo miscētur, & per consequens in suis realitatibus, sed mixtio nihil aliud est nisi vnio miscibilium: igitur ipsa elementa secundum suas realitates manent in mixto. Addit ad hæc ꝙ Aristo. vult ꝙ si miscibilia ambo maneant in suis excellentijs non est mixtio: Quia mixtio præsupponit alterationem per quam extrema alterantur recedendo ab excellentijs suis, si enim nulla alteratio præcederet; non diuerterentur magis mixta nunc q̄ prius, & si vtrumq; corrumpitur & alterum manet non est mixtio, sed generatio, vt cum ignis consumit ligna: Tunc sic mixtio non fit vnio miscibilium, quia miscibilia non manent in suis excellentijs, nec vtrumq; corrumpitur, nec alterum corrumpitur & alterum manet: ergo mixtio fit per hoc ꝙ remanent realitates miscibilium in ipso mixto. Alterum quod docet Aureolus circa hoc quæsitum est, ꝙ istæ realitates elementorum non sunt gradus excellentes & in summo ipsorum, neq; medij, neq; remissi. Quod non sint excellentes patet quia tunc in mixto essent contraria simul, Quod non medij, neq; remissi, patet quoq;, quia cum sint substantia, non suscipiunt magis & minus. Item posito ꝙ in mixto quantuscunq; gradus paruus formæ aeris, & quantuscunq; gradus paruus formæ aquæ, terræ, ignis, dummodo istæ formæ non sint confuse ad inuicem, sed maneant in suis formalibus rationibus: sequitur ꝙ parua forma aeris constitueret paruum aerem, & parua forma aquæ paruam aquā & sic de alijs, & tunc sequitur ꝙ mixtum non esset mixtum, sed quid aggregatum. Præterea vt dictum est iste realitates, vel sunt in mixto in suis excellentijs, vel in gradibus remissis, sed neutro modo: igitur oportet adinuenire alium modum. Et ꝙ non in suis excellentijs patet propter contrarietatem, ꝙ non in gradibus remissis patet etiam propter rationem superius adductam: & etiam quia tunc retinerent suas proprias formalitates, & proprias distinctiones, & sic adhuc essent contrarij isti gradus. Modus igitur alius inuentus ab Aureolo hic est, ꝙ realitates elementorum quæ manent in mixto: non sunt gradus formarum elementarium, quia corrumpuntur formæ elementares, & ex istis sic corruptis resultant quędam partes reales fractæ, quæ non dicuntur, nec gradus excellentes, nec remissi, sed medietates ipsorum elementorum, & datur pulchrum exemplum, verbi gratia. Capiatur circulus & corrumpatur forma eius, adeo ꝙ remaneant quædam partes fractæ, non habentes amplius formam circuli, neq; secundū gradum paruum, nec excellentem, neq; medium, ponatur deinde ꝙ aliquid artificiale constituatur ex istis partibus circuli sic fractis verum esset dicere, ꝙ illud artificiale componitur ex realitatibus circuli, & ꝙ realitates circuli sunt in illo artificiali: Eodem modo facta alteratione circa elementa corrumpuntur formæ elementorum & remanent quædam partes fractę ipsorum elementorum, quę partes non sunt gradus excellentes, neq; medij, neq; remissi, & ex istis partibus sic fractis componitur mixtum. Et hoc est dicere elementa manere in mixto in esse refracto & castigato & temperato. Et sic doctissimus hic vir cuadit argumentum illud. ꝙ tunc formæ substantiales elementorum susciperent magis & minus, quia formæ ille non remanent, sed corrumpuntur in fine alterationis. Et partes illæ fractæ quæ remanent non sunt gradus illarum formarum, vt dictum est. ponit aliud exemplum de A. & B. quæ veniunt in constitutionem istius syllabæ BA, elemēta istius syllabæ producunt proprias voces, ita ꝙ non remanet, nec sonus A, nec sonus B, & per consequens, nec gradus vocis, A, & B. vnde fractis sonis proprijs horum elementorum: ipsa tamen manent realiter in hoc composito quod est hæc syllaba, BA, ita etiam est de elementis fractis suis proprijs, & substantialibus formis remanent realitatęs eorum in mixto.

Contra quam opinionem arguit Bacchonitanus vbi supra: Quia stantibus supradictis ista propositio non est concedenda elementa manent in mixto secundum suas realitates medias, sed bene ista. Aliquod quod fuit elementorum manet in mixto realiter. Et ostenditur sic. Elementa secundum Aureolum non remanent in mixto in proprijs realitatibus, neq; secundum gradus excellentes, neq; medios, neq; remissos secundum esse proprium & specificum quod habuerunt primo, sed corrumpuntur & transeunt in formam mixti sicut in nouam rem. Quo stante arguitur sic quod corrumpitur & de-

1. de generatione. Tex. 90.

Mixtio quid ꝓsupponat.

Quę sint realitates elementorum.

Modus inuentus ab Aureolo.

Pulchrum exemplum.

Sensus opinionis Aureoli.

Aliud exemplum.

Rationes Bacconi contra Aureolum.

ducitur de propria specie in aliam rem nouam non manet secundum realitatem propriã suam, sed bene aliquid quod fuit eius manet in aliquo, sed elementa corrumpuntur & deducuntur de sua specie in aliam rem nouam: igitur elementa non manent in mixto secundum suas proprias realitates, sed bene aliquod quod fuit elementorum realiter manet in mixtis. Maior patet. Minor quoq; per exemplũ Aristo. in lib. de ortu & interitu vbi vult ꝙ in generatione totum transit in totum, & nihil corrupti manet, sed vtique aliquod quod fuit corrupti modo est ipsius geniti. Et si obijciatur de qualitatibus simbolicis, & de materia prima, quæ manet in genito & corrupto, dicitur ꝙ hæc non sunt passiones corrupti, sed quædam communia genito & corrupto: Cum igitur hic non sit proprius modus istius rei oportet proprium adinuenire. Et sic Bacchonus prosequitur suam opinionẽ ꝙ aliquid manere in mixto potest intelligi tripliciter. Primo ꝙ forma elementaris maneat infra propriam speciem, ita ꝙ retineat formam elementi. Secundo ꝙ corrumpatur totaliter non retinendo propriam speciem. Tertio ꝙ non retineat formam propriam nec alterius geniti immediatè ex illis formis, sed alicuius tertiæ naturæ. Exemplum primi vt albedo corrupta retinens propriam formam, exemplum secundi vt circulus corruptus & eius partes fractæ non habent propriam formam, exemplum tertij vt alimentum transmutatum in speciem carnis: Et hoc tertio modo elementa manent in mixto. Quod declaratur in nutritione in qua alimentum non mutatur in materiam primam: quia tunc esset generatio: Nec etiam alimentum manet in alito in gradu remisso infra propriam speciem, quia tunc non esset nutritio, sed coaceruatio: ergo datur tertium ꝙ aliqua realitas alimenti manet in alito, ita ꝙ transit de propria specie ad aliam, sic etiam est de formis elementorum, quod patet ex Arist. pri. de generatione vbi probat mixtionem non esse generationem, quia in generatione alterum corrumpitur, vt quando ignis consumit ligna. Non est etiam nutritio. Quia in nutritione alterum manet vt corpus nutritum. Non est alteratio. Quia in alteratione vtrumq; manet, Neq; est augmentatio, Quia in augmentato non fit mixtio, vt quando gucta vini ponitur in mille amphoris aquæ, propterea sequitur ꝙ sit similis nutritioni, licet nõ sit nutritio. Quod declaratur per Aristo. pri. de gener. ponentem diuersas opiniones de mixtione vbi supra, & vna illarum opinionum dicebat ꝙ mixtio fiebat secundum minima, vt grana ordei cum granis frumenti. Secunda opinio volebat ꝙ mixtio fiebat secundum sensum, vt quando lapides reducuntur indiuisibiles in arena. Tertia ponebat mixtionem fieri quemadmodum quando minima miscentur secundum formam vt in tinctura. Quarta asserebat mixtionem fieri per hoc ꝙ minimum additur maximo, vt gucta vini mille conchijs aquç. Arguit Ari. ꝙ nulla istarũ saluat mixtionẽ proprie, propterea oportet dicere mixtionem fieri ex prius separatis existentibus & deductis ad medium & non corruptis. Quod non potest aliter intelligi nisi ꝙ maneat in mixto realitas ipsorum elementorum. Hæc Bacchonus vt est videre apud ipsum.

Tex. 10.

Tribus modis aliquid manet ī mixto secundũ Baccon.

Tex. 85.

Tex. 83.

Diuerse opiniões de mixtione.

Scotus disputans de hoc quæsito tenet ꝙ elementa sunt in mixto virtualiter sed longe ab opinione D. Tho. Pro cuius notitia est sciendum ꝙ tripliciter potest dici esse aliquid virtualiter in aliquo. Primo productiuè. Quo pacto formæ eorum quæ generãtur ex putri sunt in sole, & conclusiones continentur in præmissis virtualiter: Quia possunt ex eis produci. Et hoc pacto non intelligit Scotus nec D. Tho. formas elemẽtorum esse virtualiter in mixto. Secundo modo aliquid reperitur in alio passiuè, siue potentialiter & hæc continentia dicitur potius potentialis, q̃ virtualis: Quæ continentia est triplex remota, propinqua, & propinquissima, remota est illa, qua materia continet omnes formas considerata tamen ipsa materia in sui puritate, prout caret omnibus dispositionibus, tam qualitatiuis, q̃ quantitatiuis. Continentia potentialis propinqua est illa, qua materia continet omnes formas ad quas est disposita ab agente naturali vt lignum siccum continet formam ignis. Tertia est continentia potentialis propinquissima qua totum continet partes suas, quæ sola diuisione efficiuntur in actu. Quo etiam modo totum continuum continet partes suas in potentia propinquissima, Quia cum partes non existant per proprium esse dicuntur esse in potentia in ipso toto, vt partes lineæ ī ipsa linea, & partes animalis anuloſi in ipso toto animali. Et nullo istorum modorum dicuntur elementa esse in mixto, Alio modo aliquid continetur in alio operatiuè.

Opinio Scoti 2. senten. dist. 15.

Tripliciter aliquid dicitur esse virtualiter in aliquo.

Tertius modus continẽtiæ quis sit.

ratiuè. Quia continens potest exercere operationem ipsius contenti. Quo pacto priora manent in suis posterioribus, & imperfectiora in perfectioribus, & sic elementa sunt in mixto non secundum substantiam, nec secundum qualitates, sed virtualiter, & potentialiter, & sic dixit Philosophus 2. de anima. Nutritiuum est prius sensitiuo, & existit in eo. Quia si sensitiuum est nutritiuum est, & non ècontra, & sensitiuum est in ipso intellectiuo, & in figuris, & in numeris quoq; reperitur ista continentia. Quia triangulus est prior quadrato & existit in potentia in quadrato, vt ait Auerr. & sic numerus ternarius est in quaternario, sic dicit Scotus ꝙ elementa corrumpuntur, & ex eis generatur forma substantialis mixti, in qua forma substantiali potentialiter, & virtualiter continentur formæ elementorum. Quod hac vnica ratione persuaderi potest verisimilitudo sue opinionis. Prius & imperfectum continetur virtualiter & potentialiter in suo posteriori, vt vegetatiuum in sensitiuo & animal in homine, sed formæ elementorum sunt priores & imperfectiores forma mixti: ergo continentur virtualiter & potentialiter in mixto.

Tex. 16.

Sensus opinionis Scoti.

Contra quam opinionem arguit Caietanus sic. Illa opinio est falsa apud Theologos & Philosophos quæ repugnat rationi & sensui, sed opinio Scoti sic declarata est huiusmodi: igitur est falsissima apud omnes: probatur minor repugnat. Primo rationi. Quia superiora prædicantur de inferioribus, vt homo est animal & intellectiuum est habens in se sensitiuum & vegetatiuum, sed elementa non prædicantur de forma substantiali ipsius mixti: igitur elementa non manent virtualiter in mixto, sicuti superiora & imperfectiora in suis inferioribus & imperfectioribus. Minor patet. Capiamus formam huius mixti puta lapidis & vocetur lapideitas. hæc non est bona prædicatio, lapideitas est ignis, est aer, aqua, & terra. Est etiam contra sensum. Quia forma posterior excellentiori modo operatur operationes formæ prioris, & imperfectioris, quàm ipsa forma prior & imperfectior vt intellectiuum excellentius operatur opera sensitiui, & vegetatiui, q̃ purum sensitiuum, & purum vegetatiuum, sed forma mixti, non perfectiori, sed imperfectissimo modo operatur operationes formarũ elementarium: igitur formæ elementares non continentur virtualiter in forma substantiali ipsius mixti, Probatur minor quia forma substantialis ipsius ignis perfectius comburit, q̃ forma mixti, & sic etiã formæ aliorum elementorum perfectius exercent & excellentius suas operationes, q̃ forma mixti exerceat operationes illarum. Ex his ergo patet falsitas huius opinionis & Aureoli, & Bacchoni, contra quos ita breuiter argumentari potest. quærendo de illis realitatibus, quas ponunt, aut sunt substantiæ elementorum in esse integro, aut in esse remisso, aut in esse virtuali. Non primo quia illud asserebant Alexander, & Auicennas, superius improbati. Non secundo quia illud dicebat Auerr. etiam in hoc reprobatus. Non tertio quia hoc docuit Scotus, quod rationi & sensui aduersari monuimus: relinquitur ergo, illud quod ponunt Aureolus & Bacchonus esse fictitiũ, & Chimericũ.

p. p. q. 76. art. 4. Caiet.

Opinio Scoti est contra sensum.

Epilogus opinionum.

Quibus opinionibus reiectis tempus est vt veritatem ipsam dilucidemus, quam arbitramur docuisse D. Tho. licet non omnes Thomistæ conueniant in eandem sentẽtiam Siquidem. Capreolus & Caietanus vbi supra, & Dominicus de Flandria super 7. Metaph. tenent de mente D. Tho. ꝙ ex qualitatibus elementorum remissis, qualitas media realiter resultet composita ex partibus diuersarum rationum, vtpote habens formaliter aliquid de caliditate, siccitate, humiditate, & frigiditate. Et quandoq; vna pars intenditur, & alia remittitur & secundum hoc mixtum magis appropinquat ad vnum elementum, q̃ ad aliud, quia cum qualitates elementorum sint contrariæ, & recipiant magis & minus, & ex istis qualitatibus contrarijs efficiatur quædam qualitas media habens naturam extremorum, & hæc qualitas est dispositio ad formam mixti, sicut qualitas simplex ad formam corporis simplicis, & sicut extrema inueniuntur in medio, quod participat naturam vtriusq; & sic qualitates corporum simplicium inueniuntur in qualitate corporis mixti, & hæc qualitas est propria dispositio conseruatiua formæ corporis mixti. Et sic elementa dicuntur reduci ad medium & reperiri in illo medio, vti quã do album & nigrum reducuntur ad pallidum & sunt in ipso, & calidum, & frigidum sunt in tepido, & humidum & siccum reducuntur ad medium, quod est mollicies quæ resultat ex eis ita commixtis, & hoc modo intendit D. Tho. elementa virtualiter esse in mixto.

p. p. q. 76. art. 4. 2. sent. dist. 15. contra secundam cõtra conclusionẽ ad vltimũ q. 27.

Quomodo elementa dicuntur reduci ad medũ

mixto, quia qualitates eorum reperiuntur in dispositione conseruatiua formæ mixti. Et sic intelligitur dictum D. Thomæ vbi supra quòd, formæ elementorum manent in mixto non actu, sed virtute, quia manent qualitates propriæ elementorum, licet remissæ in quibus est virtus formarum elementarium. Et huiusmodi qualitas mixtionis est dispositio ad formam substantialem mixti puta lapidis. In disputatis ait ꝙ qualitates contrariæ in corpore mixto regulantur, & conseruantur, ne seinuicem corumpant per formam substantialem; etiam in opusculo de mixtione elementorum ait, ꝙ remissis excellentijs qualitatum elementorum, ex eis constitueretur qualitas media quæ est propria qualitas corporis mixti differens in diuersis secundum diuersam proportionem mixtionis, hanc quoq; opinionem posuit D. Thom. 4. sententiarũ vbi ait ꝙ forma mixtionis est qualitas media resultans ex qualitatibus simplicibus venientibus ad medium, Eandem veritatem quoq; ponit primo de generatione loco supra citato vbi ponit quid sit mixtio de mẽte Arist. & ait ꝙ est miscibilium alteratorum vnio. Et subdit ꝙ hæc alteratio solum est intelligenda in virtutibus, seu qualitatibus eorum, sed si alteratio sumatur impropriè tũc mixtio est vnio mĩscibiliũ alteratorum, ideſt corruptorum secundum formas: Hoc sic intelligi potest, ꝙ ipsæ substantiæ quæ, miscentur non propriè vniuntur quasi remanentes in sua substantia alteratæ, ideſt remissæ ab eorum excellentijs; Et sic patet, qualitatem mixtionis esse quid cõpositum ex qualitatibus mixtorum remissis ad medium redactis, hoc etiã habetur secundo contra gentes ꝙ miscibilia in mixtione manent non actu, sed virtute, vbi expositor Franciscus Ferrariensis substinet vtramq; opinionem Thomistarum, & ꝙ extrema actu continentur in medio per dictum Arist. 3. Topicorum, albius est quod est nigro impermixtius: quibus verbis apparet extrema actu reperiri in medio, vt Magister Chrisostomus Iauellus quoq; substinere videtur. 10. Metaph. Paulus tamen Soncinas ex thomistis super 10. Metaph. declarat sic opinionem D. Tho. elementa dicuntur remanere in mixto virtualiter hoc modo, quia ex qualitatibus elementorum corruptis actu, simplex qualitas fit in qua media qualitate virtualiter continentur qualitates elementorum, puta caliditas ignis, humiditas aeris, frigiditas aquæ, & siccitas terræ, & dat exemplum de rubedine, quæ componitur ex albedine & nigredine, & rubedo non habet actu aliquid albedinis, aut nigredinis, cum medium sit ita simplex sicut extremum, Et hæc opinio habet fundamentum ex dictis D. Tho. 3. sent. vbi dicit ꝙ in minus albo nihil est nigredinis, sed albedo minus intensa, & sic vult ꝙ extrema nõ sunt actu in medio, sed tantum virtualiter, & ꝙ medium sit simplex sicuti extrema, sed cum vtraq; opinio sit substentabilis sufficiat nobis scire in præsentiarum, veritatem huius quæsiti ꝙ elementa maneant in mixto virtualiter eo modo quo declaratum est, & vt res magis clarescat ponuntur hæ conclusiones, &. Prima sit contra Alexandrum. Elementa nõ sunt in mixto in esse integro. Secunda contra Auicennam. Elementa nõ sunt in mixto in esse perfecto, secundum substantiam, & in esse remisso secundum qualitates. Tertia Cõclusio contra Auerroem. Elementa non manent in mixto in esse refracto & castigato quoad substantiam & qualitates. Quarta Conclusio, contra Aureolum & Bacchonum. Elementa non manent in mixto secundum realitates. Quinta contra Scotum. Elemẽta non manẽt in mixto vt priora in posterioribus vt dicebat Scotus, probationes harũ habes vbi supra improbauimus Authores harum conclusionum. Conclusio à nobis amplectenda & defendenda hæc est. Elementa sunt in mixto virtualiter, sicut extrema continentur in medio, quod cõponitur ex ipsis extremis. Pro intellectu huius conclusionis. Notandum primo ꝙ veritas huius conclusionis est vtilis imo necessaria nedum Phys. & Methaphysicis, imo & Theologis & logicis. Est necessaria logicis nã Arist. 3. Topicorum ait quòd albius dicitur quod est nigro impermixtius, quibus verbis velle videtur Philosophus ꝙ extrema actu continentur in medio, nisi ergo logici cognoscãt naturam mixtionis, non poterunt perfectè intelligere famosam istam propositionem. Est etiã necessaria phys. qui scrutantur causas rerum naturalium, nam ignorata mixtione ignorantur causæ motus, cum dicat Auer. 2. de Anima Res naturales cõpositas mouere secundum elementum prædominans, ignota etiam mixtione ignoraretur & generatio, corruptio, auctio, nutritio, & maior pars philosophiæ naturalis. Nam quærit Philoso-

Q. 5. de malo ar. 5.

Dist. 44. q. 1. ar. 1.

Quid est mixtio.

Cap. 56.

Cap. 9.

Quæst. 17. Quæst. 17.

Dist. 14. q. 1. ar. 1.

Conclusio 1. cõtra Alex. 2. cõtra Auicen. 3. Conclusio cõtra Auerr. 4. cõtra Aureol. 5. Conclusio contra Scotum. Conclusio vera.

Cap. 9.

Comm. 39. Tex. 39.

philosophus 2. de Anima à quo fit auctio & nutritio an ab elementis vt aiebat Empedoeles, vel ab anima ipsa nutritiua. Theologi quoque absque mixtione quomodo intelligere potuisset exordium & principium rerum. Nã Dominus Deus libro Geneseos vt recitat summus Propheta Moyses dixit. Producant aquæ reptile & viuentia super terram, & quomodo noster prothoparens fuerat creatus & multa alia quæ suo loco erunt manifesta. Metaphysici necessario scire habent mixtionem, qua ignorata nesciretur ipsum quod quid erat esse de quo quærit Arist. in vltimo tex. 7. Metaph. quid nã est, an elementum, vel compositum ex elemẽtis. Medicis quoq; hæc veritas est necessaria, vt est videre apud Turisanum plusquam commentatorem super paruam artem Galeni primo libro, super illa verba. Quæ & qualia sint corpora salubria, in salubria, & neutra. Est etiãsciendũ ꝙ Mixtio tripliciter capitur, similiter & mixtũ primo pro congregatione miscibilium, Nam ipsa miscibilia. Primo diuiduntur in partes & congregantur & iuxta ponuntur & talis mixtio nõ vocatur generatio. Secundo capitur pro alteratione miscibilium, & vnione, & continuatione eorum; oportet enim vt ipsa miscibilia alterentur & continuentur, & neque ista mixtio capi potest pro generatione. Tertio modo sumitur pro generatione consequente prædictas mixtiones duas; Nam postquam factæ sunt illæ duæ mixtiones corrũpuntur ipsa miscibilia, & noua substantia generatur. Et sic hæc mixtio dicitur generatio, vnde omnis generatio sic dicta est mixtio, sed nõ omnis mixtio est generatio simpliciter dicta, & hæc mixtio differt à cõplexione. Quia mixtio est substantiarum simplicium, complexio est qualitatum, quæ quantum illæ miscentur, tantum istæ complectuntur, immo potius quantum istę complectuntur, tantum istæ miscentur vt ait Plusquam commentator super Galenũ. Sciendum tertio ꝙ ea quę miscentur dicuntur esse corpora vt ait Arist. primo de generatione Ea quæ miscentur oportet vt tangant, & tactus est inter corpora, hinc sequitur ꝙ miscibilia sunt corpora. Secundo ea quæ miscentur oportet vt diuidantur in minimas partes. Tertio ea quæ miscentur oportet vt alterentur & non corrumpantur Arist. primo de generatione tex. vltimo dicit ꝙ Mixtio est miscibilium alteratorum vnio. Hæc enim omnia faciũt pro declaratione conclusionis nostrę Probationes eius habes supra, vbi recitauimus opinionem D. Thomæ & reprobauimus alias. Superest modo soluere argumenta quæ faciunt contra nos. Et Primum erat ꝙ mixtum mouetur ab elemento prædominante hoc conceditur, nihilominus dicitur ꝙ illud prædominiũ vocatur virtus elementorum, & non propriæ eorum substantia, nec formaliter vt aiebat Alexãder, & Auicennas, nec in esse refracto vt dixit Auerroes, potest etiam dici ꝙ illud prædominium elementi in mixto ostenditur secundũ substantiam in qualitate naturali, quæ qualitas est principium motus, vt grauitas mouendi deorsum, non ꝙ elementum sit secundum substantiam in mixto, hinc secundum diuersam mixtionem elementorum concurrentium in generatione illa, aliquando mixtum magis conuenit in forma cum vno elemento quam cum alio & sic in qualitate simili, quæ est qualitas mixti & non elementi. Ideo habet similem modum consequentem & similem actionem. Ad secundũ dicitur quòd elementa nõ habent propriam figuram in mixto, quoniam corrũpuntur & acquirunt quandam mediam qualitatem, in qua virtualiter reperiuntur, sicut granum frumenti corrumpitur & generatur herba, in qua est virtus grani. Ad tertium dicitur Argumentum illud concludere ideo elementa tendi ad propria loca propter virtutes eorum, quæ in ipso mixto continentur. Ad quartum dicitur ꝙ elementa separantur à mixto, quia separantur virtutes eorum, & propterea quando parua aqua apponitur mil le cõchijs vini non fit mixtio, non quia corrumpitur hoc non est in causa, sed quia cõuertitur in vinum & sic fit augmentum, & in mixtione vnum miscibilium non cõuertitur in alterum. Ad quintum dicitur argumentum illud esse ad hominem. Empedocles enim concedebat Elementa actu esse in mixto, arguit Aristoteles ex concessis: ergo distraherentur, & possent euelli, immo argumentũ illud est pro nobis contra ipsos. Ad sextum dicitur ꝙ ly alteratorum est pręteritum passiuum, & est verissima propositio, ꝙ Mixtio est eorum quę prius fuerunt alterata, & postea corrupta & ex his miscibilibus corruptis generata est illa qualitas media, Et sic etiam elementa dicunt vniri secundum virtutem, & non secundum substantiam, & sic soluitur vtrumq; membrum argumenti.

Cap. 6.

Turisanus plusquã cõmentator. Mixtum triplex.

Cap. de mixtione.

Solutio Argument.

Soluitur primũ Arg.

Solutio 2. Arg.

Soluitur tertiũ Arg.

Solut. quarti Arg.

Solutio 5. Ar.

Solutio 6. Arg.

Solutio 7. Arg. 1 ex. 4.

gumenti. Ad septimum dicimus quoq; ꝙ de ratione elementi est vt maneat in mixto, non secundum substantiam, sed secundum virtutem, licet diffinitio tradita ab Arist. 5. Metaph. non sit hic adducta ad propositum. Cum illa cõpetat potius Materiæ primæ, q̃

Solutio 8. Arg.

elementis quæ sunt quatuor prima corpora. Ad octauum neganda est consequentia, quia mixtum componitur ex elementis corruptis; propterea natura cõponitur ex non ente: Et si illud argumentum valeret, sequeretur quòd etiam homo componeretur ex non ente: quia componitur ex semine, quod corrumpitur, & arbores, & herbæ ex suis seminibus; vel quòd illa semina essent actu in illis mixtis, quod est falsum. Ad nonum

Solutio 9. Arguitur.

neganda est etiam consequentia, quia materia vnius elementi non potest disponi ad formam mixti, nisi ex actione mutua elementorum. Actio autem mutua oportet vt saltim sit inter duo, quia vnum elementum non potest agere in seipsum. Ad decimum dicitur

Solutio 10. Arguitur.

quòd aliquid esse ex aliquo contingit dupliciter, vno modo tanquam ex manente secundum materiam & formã, & sic homo fit ex corpore & ex anima intellectiua, & Domus ex lapidibus & lignis; Alio modo fit aliquid ex aliquo tanquam ex manente secundum materiam, & transeunte secundum formam, & sic mixtum est ex elementis vnde dicitur argumentum illud Arist. esse contra Antiquos concedentes elementa actu esse in mixto, tunc non concludit simpliciter, sed ad concedendum põni aduersæ, & hoc pluries fecit Philosophus vt patet 4 Phys. vbi tractat si Motus fieri potest in vacuo, & etiam 8. Phys. iuxta principium vbi disputat de motus æternitate. Ad vndecimũ, & Duodecimũ & Terciũdecimũ, & Quartũdecimũ simul dicitur ꝙ serũ egressum ex lacte non est purũ elementum aquæ, neq; etiam ex rosis, & ex floribus, & herbis lambiccatis egreditur pura aqua, neq; etiam ex musto. Hinc tenent Theologi quòd in aqua rosacea, quæ est liquor rosæ resolutus, & in alijs aquis alchimicis, & in vino non potest fieri baptismus;

74.

Solutio qua cuor Arg.

3. par. q. 76 art. 4. & 4. sent. dist. 3. ar. 3. q. 2.

Dato etiam & non concesso quòd illa sint pura elementa dicitur quòd de nouo generantur. Ad vltimum dicimus quòd illa verba dixit D. Thomas ad differentiam corporum cœlestium: quæ non nisi secundum aliquid eius simile veniunt in compositionẽ hominis, ipsa verò elementa secundum substantiam non formalem, sed materialẽ non tantum communem scilicet materiam primam, sed propriam, seu appropriatã dicuntur componere hominem.

Soluitur vltimum Argumenti.

Et sic D. Thomas semper fuit sibi constans contra maleuolos aliter sibi imponentes de quo Benedictus Deus, & Beatus Thomas, qui hæc docuit.

DISPV-

DISPVTATIO
HABITA AB EODEM
MAGISTRO MATHIA AQVARIO.

De potentia materiæ primæ, eiusq; natura, contra aliquos non recte sentientes.

QVAERO num potentia sit essentia ipsius materiæ; & arguitur ꝙ non. Quia quod sua natura habet esse, & existere sine forma, non est essentialiter potentia, hæc est manifesta ex se, sed materia sua natura habet esse, & existere ex se sine forma: igitur non erit essentialiter potentia, probatur minor. Primo quia, Auer. 3. cœli ait omnis potẽtia fundatur in ente in actu, Sed materia est subiectum potentiæ: ergo ipsa erit ens & subiectum in actu, quo sine forma permanere poterit. Probatur & secũdo quia Ar. pri. Phys. ait ꝙ materia quemadmodum se habet vt sit principium, ita se habet vt sit; sed materia sua natura & per se est principium omni enti naturali, & est aliud a forma vt colligitur 1. phys. ergo materia sua natura habet esse distinctum a forma & existit sine forma, quoniam esse & existere sunt idem in æternis. Arguitur secundo ad principale sic. Aut materia est actu materia, aut potentia materia, si dabis primum: ergo essentia materiæ non est pura potentia, si dabis secundum, hoc erit falsissimum, quandoquidem quod est potentia tale non est tale, vt sortes qui est potentia, non est sortes: si ergo materia est potentia materia, nõ erit materia. Et sequeretur etiam maius inconueniens quod materia esset potentia ad suum esse. & præsupponeret aliam materiam, vt deducit Philosophus 1. phys. versus finem, & similiter esset, antequam fieret, & corrupta foret, antequam corrumperetur, & sic abitio esset in infinitum in ipsis primis materijs. Tertio ad principale sic, Illud ꝙ est causa vt aliquod sit de se, est ens in actu, & non pura potentia, quia nihil dat quod non habet, sed materia est causa vt priuatio quæ sua natura est non ens, sit ens per accidens 1. phys. igitur materia sua natura est ens in actu & non pura potẽtia. Quarto nullum respectiuum est de quidditate & essentia absoluti, sed materia est res absoluta, & potentia est quid respectiuum: igitur materia non erit vt fingunt pura potentia, sed ex se habebit esse in actu, maior huius argumenti patet, minor est Ar. 9. primæ philosophiæ vbi asserit potentiam actiuam respicere passiuã & econtra. Quinto subiectum generationis debet esse in actu, quia generatio pro prouia dispositione est accidens, hoc autem fundatur in ente in actu, sed materia prima est subiectum generationis 5 Phys. ergo ipsa materia prima erit ens in actu: igitur non est essentialiter potentia. Sexto omne illud quod est duorum oppositorũ terminorum receptiuum idem numero manens, vti a quo & ad quem, non habet esse ab aliquo terminorum, sed natura sua est ens in actu, sed materia est receptiua duorum

Primũ Arg.

Tex. 29.

Tex. 66.

Tex. 68.

Secũdũ Arg.

Tertiũ Arg.

Tex. 80.

Quart. Arg.

Tex. 3.

Quint. Arg.

Tex. 10.

Sextũ Arg.

terminorum oppositorum, veluti termini a quo, & ad quē eadem numero sub vtrisque manens: ergo a nullo illorum recipit esse, sed sua natura est ens in actu & existit, maior est clara quoniam si ab aliquo termino illud subiectum haberet esse sub oppositio illius termini numquam substaret vt docuit Ar. in prædicamentis quam subsceptibilem contrariorum asserebat, ex eo quod ipsi nihil erat contrarium; minor quoque patet ex toto discursu primi Phys. Septimo materia aut est potentia respectu sui, aut respectu formarum recipiendarum, si concedis primum: ergo materia nihil erit, pura enim potentia est absentia omnis entis, & vltra nec ipsa materia erit materia, quia potentia tale non est tale, si conceditur secundum habetur propositum, quod materia sua natura est ens in actu, & non potentia. Et confirmatur quia omne æternum respectu suæ essentię caret potentia; Sed materia apud Ar. est æterna: igitur respectu suæ essentiæ caret pōa, sed actu erit, maior & minor huius argumenti sunt note ex se. Octauo circumscribamus a materia per intellectum omnem formam, & tunc quęritur aut materia erit actu, aut potentia, si dabitur primum habebitur propositum, secundum non poterit esse quia 9. Metaph. potentia est relatiua, & supposituum est materiam absolute considerari circumscripta omni forma. Nono si materia natura sua non esset in actu, sed totum esse haberet a forma, tunc non essent duo intrinseca principia rerum naturalium, sed vnum dumtaxat, forma scilicet, quod est valde absurdum, probatur consequentia; quia sola forma a qua prouenit esse materiæ sufficeret pro principio rerum naturalium, & sic non essent duo intrinseca principia, immo sequeretur quod materia esset corruptibilis, quia destructa & ablata causa formali aqua prouenit esse destruitur & aufertur illud esse, sed esse materiæ per aduersarios prouenit a forma, quia ipsa de se non est in actu: igitur ablata & destructa forma necesse est materiam ipsam destrui. Decimo, Deus producta materia non necessitatur ad producendam formam, & præsertim quia actione naturæ producitur forma, quę impediri potest, & sic ex se existeret & esset actu non autem potentia. Vndecimo diuidatur minimum; cum sit quantum, tunc dabitur materia sine forma, quia materia diuisione non anichilatur, neque potest dari forma minor minima forma. Duodecimo materia secundum se est substantia: ergo secundum se est actus quia substantia est ens & actus. Tertiodecimo materia secundum se est subiectum actionis agentis: ergo secundum se antecedit actionem agentis, ergo etiam antecedit formam quæ non est nisi per actionem agentis: igitur erit actus secundum se. Quartodecimo si materia non esset in actu sed pura potentia tunc esset in genere relationis, consequens est falsum, quia materia est substantia ex secundo de anima. Quintodecimo illa non sunt realiter idem quorum vno multiplicato alterum non multiplicatur: sed potentia materiæ multiplicatur, essentia vero eius minime: ergo potentia materiæ eius essentia esse non potest, maior patet alioquin contradictoria verificarentur de eadē re, minor patet quia plurificatis actibus plurificantur potentiæ; sed eadem numero materia est impotentia ad plures actus, nam materia ignis est in potentia ad aerem, ad aquam, & ad terram: ergo &c. Huius veritatis fuit indagator Ar. qui 12. Metaph. ait, substantiæ autem tres sunt, s. forma compositum, & materia quæ est hoc aliquid existens: igitur Philosophus vult ibi materiam esse in actu & loquitur de materia prout condistinguitur a forma; Hanc veritatem habet simplicius qui primo Physicarum ascultationum ait priuationem distingui a materia, tum ex modo loquendi. tum ex re ipsa, est enim materia permanens, priuatio vero non, & dubitat Simplicius an hoc sit verum, nam cum materia est potentia & habet esse in potentia, priuatio vero potentia est, quare materia in priuatione habet esse, soluit & negat esse materiæ consistere in potentia, sed asserit materiam actu esse, & non potentia. Hoc etiam tenet Ioannes grammaticus primo de gen & corr. vbi ait, sciendum autem est ꝙ prius dictum est, ꝙ actu entia nunc dicimus, quæ in existentia sunt, quoniam est materia potentia alia existens quecunque existentiam habent, & per se subsistentia sunt actum habent. si enim potentia dixeris ipsam esse materiam, non amplius vtique materia esset; quid clarius dici potest ꝙ materia non est potentia sed in actu, & actus quidam, quod affirmauit etiam luci dissimus Themistius in aurea illa sua digressione

Cap. de substantia. Septimum Arg.

Cōfirmatio Arg. Arg octauū.

Tex. 3. Nonū Arg.

Decimum Arg.

Vndecimū Arg.

Duodecimū Arg.

Tertiumdecimū Arg.

Quartumdecimū Arg.

Tex. 2. Quintumdecimū Arg.

Tex. 14. Ari.

Simplicius comme. 58.

Tex. 54. Ioannes Grāmaticus.

Tex. 77. Themist.

sione de potentia materiæ primi Phys. vbi post multa ait ꝙ materia ad suam essentiam constituendam non indiget potestate, neque potestas vlla in prima ac simplici ratione materiæ includitur, sed primum, quædam res est in se & existit actu, deinde materia intelligitur aliorum esse, & secundum posteriorem hanc considerationem, rationem potentiæ contrahit, ex quibus verbis patet materiam non potentiam, sed actum quendam esse, quod etiam scripsit Auerr. in libro de substantia orbis, vbi habet ꝙ posse, quo subsistentatur hoc subiectum differt a natura substantiali eius, ex quibus uerbis clare colligitur potentiam materiæ distingui ab eius essentia, huic sententiæ subscribit se D. Tho. qui 2. cap. de ente & essentia ait, ꝙ relatio quæ est inter materiam & formam est accidens, quo stante sequitur materiam sua natura sine forma esse ens in actu, ad hoc vt possit esse subiectum illius accidentis, cum notum sit omnibus subiectum accidentis esse ens in actu, & non puram potentiam. Item D. Tho. 3. contra gentes de mente D. Dionysij tenet materiam secundū se esse quodam bonum, & dat rationē, quia nihil appetit bonum nisi bonum; Si ergo materia sibi se est bona: ergo est perfecta: ergo est in actu, & actus quidam, quia omnis perfectio est ab actu. In oppositum est ipsemet D. Tho. 1. Phys. vbi ait ꝙ potentia materiæ non est aliqua proprietas addita supra essentiā eius; Sed materia secundum suam substantiam est potentia ad esse substantiale, & tota schola Thomistarum sequitur istam sententiam, cum hoc idem affirmet D. Tho. pri. p. & in quæstionibus disputatis & in quolibeto 3. & in pluribus alijs locis suæ doctrinæ.

Auerr. Diuus Tho. Cap. 10. Comm. 79. Q. 66. ar. 2. de potentia Dei. q. 4.

Disputatio ista de natura materię est antiquissima inter Philosophos, apud quos tres fuerunt opiniones quæ in aliquo conueniebant, & in aliquo differebant conueniebant in hoc, ꝙ ponebant materiam esse ens, & potentiā aliquo modo, ens quidem quia communis animi conceptio erat ex nihilo nihil fieri; potentiā verò, quia res factas non ponunt omnino præesse in illo principio penitus eodem modo sicut sunt in effectu, quia tunc generatio esset superflua, differunt verò circa hanc potentiam, nam Anaxagoras ponit quoddam chaos & dicit in illo cōtineri omnia in actu entitatiuo, non tamen oia in actu effectuali, & sic dicit materiam esse in potentia non ad formas, sed ad exitus in effectu formarum. Empedocles verò & Anaximander similiter dicunt materiam esse ens, quia asserebant esse quandam misturam, sed esse in potentia non ad esse, quia ibi omnia sunt, sed ad ordinem membrorum. Democritus vero dicit potentiam illam esse ad esse, quia ponit corpora athomalia esse materiam, & in ea esse potentiam ad esse per congregationem: ergo Anaxagoras dicit potentiam illam esse ad effectus. Emp. & Anaximander dicunt potentiam illam esse ad ordinem. Democritus verò etiam ad esse & sic Antiqui Philosophi paulatim & quasi pedetentim intrauerunt in cognitionē veritatis a principio, quasi grossiores existentes aliquo pacto confuse tangebāt veritatē ipsam, tamen tempore Ar. cognita fuit perfecte natura materiæ prout explicauit eam, ipse. 7. Metaph. dicens materia non est quid, nec quale, nec aliud aliorum quibus est ens determinatum, sed potentia omnia, verum his non obstantibus Scotus 2. sent tractans de natura materiæ asserit duas propositiones posse tueri de ipsa, quarum prima est, materia est actus entitatiuus, Secunda verò, materia potest esse sine forma & ex his sequitur tertia quod materia potest cognosci sine forma, hanc immaginationem sequuti sunt Henricus de Gandauo, & Gregorius de Arimino, addentes materiam habere propriam existentiam, quam appellant actum præsentiæ & sic distingunt triplicem actum formalē. s. qui ab aliqua forma prouenit, vt esse aquam, uel ignem, & existentiæ secundum quem res dicuntur existere, tertium vocant actum entitatiuum secundum quem res dicuntur esse, & reperiri extra causam suam.

Quomodo Antiqui cōueniebāt & differebant circa mām. Anax. Emp. Anaxim. Democr. Tex. 8. Opinio Scotu dist. 12. q. 2.

Primam propositionem ita probāt supponendo tamen primo ꝙ aliquid est in actu dupliciter, vno modo quia præsentialiter existit, alio modo quia est ens completum in spē cie, aliquid etiam dicitur in potentia dupliciter, vno modo quia non præsentialiter existit, potest tamen existere, sicut dies crastina, alio modo quia non est actu completum, & perfectum in specie potest tamen cōpleri & perfici, ex quo elicitur ꝙ est duplex actus, quidam est actus præsentialis existentiæ, & vocatur actus trascendens, & entitatiuus, quia est modus intrinsecus consequens entitatem propriam cuiusliber rei, alius est for-

Aliquid est in actu dupliciter.

malis & specificus, qui est effectus ipsius formæ, supponit & secundo ꝙ aliquid est in potentia dupliciter, scilicet in potentia subiectiua, & obiectiua, illud est in potentia subiectiua quod potest esse subiectum, vel fundamentum alicuius potentiæ actiue & passiuæ, illud est in potentia obiectiua quod est obiectum potentiæ. Quibus stantibus arguitur sic, id quod sub oppositis terminis existit vnum numero, & est extra causas suas habet actum entitatiuum, sed materia est huiusmodi: igitur materia sua natura est ens & actus entitatiuus. Et confirmatur per Ar. primo cœli dicentem à primo quidem ente deriuatum est esse, his quidem clarius, his vero obscurius, hoc est, rebus completis & formis datus est actus formalis, materię verò datus est actus entitatiuus. Secundam propositionem probat multis rationibus & Physicis & Theologicis, sed quia de hac disputat satis subtiliter Cait. in libello de ente & essentia id circo relinquo probationes huius propositionis. Tertiam verò ita probat cognoscibilitas est propria passio entis ergo perse prædicatur de quolibet ente: igitur materia prima est perse cognoscibilis, quia est ens. Præterea secluso quocunque extrinseco, materia habet propriam entitatem: ergo propriam cognoscibilitatem.

Duplicitèr aliquid est in potentia.

Tex. 100.

Cap. 5. Tertiæ propositionis, probatiõs.

Sed quia he tres propositione sunt contra communem doctrinam peripateticorum, quandoquidem non magis forma materialis educta de potentia materiæ pendet ab ipsa materia, quam materia à forma, sed formam materialem habere esse independens à materia implicat contradictionem: igitur materiam habere aliquod esse, & non à forma implicat contradictionem: ex se ergo nullum esse habebit. Præterea omnis effectus denominatiuus alicuius rei reducitur ad aliquod tale per essentiam; sed esse actũ est effectus denominans omnes res: igitur ad tale per essentiam reduci debet, & tunc quæritur, aut illud est materia, quod fieri non potest, quia tunc compositum haberet esse perse à materia contra Ar. 7. Metaph. igitur erit forma, & sic habetur propositum materiam omnẽ suam entitatẽ habere à forma. Addo ꝙ hæc positio est contra Ar. 2. de anima vbi non ponit niũ duplicem actum, scilicet primum & secundum, primum vocat formam substantialem, secundum operationem, vel iuxta interpretationem Græcorum primus actus est forma non operans, secundus actus est forma operans, actus entitatiuus, non est nec primus, nec secundus: igitur in apertissimo mendatio est qui eum defendit, & contra veram peripateticam doctrinam. Et rationes adducte non cogunt, est enim falsum fundamentum assumptum, ꝙ illud quod est extra causam suam sit actus entitatiuus vt ostendit Capreolus. 2. sent. sed sufficit vt sit ens quod est pura potentia, & omnem actum accipiat à forma, & cum non detur potentia obiectiua, nec datur actus entitatiuus, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, ea enim quæ Scotistæ attribuunt potentiæ obiectiue saluari possunt per potentiam actiuam qua res producibilis est ab agente, vnde si nulla est potentia obiectiua nullus quoque erit actus entitatiuus sibi correspondens. Ad confirmationem dicimus ꝙ Ar. loquitur de rebus perfectis, & vult dicere ꝙ à primo ente quod est Deus Opt. Max. producta sunt entia æterna & caduca, entia æterna habent esse clarum ideſt perpetuum, entia caduca habent esse obscurum, ideſt corruptibile. Aliæ duæ probationes pro tertia propositione, supponunt quoque falsum ꝙ cognoscibilitas sit propria passio entis quia vt Cõmentator dicit primo de anima actus & potentia sunt differentiæ entis valde oppositæ, & circuunt omne genus, & quia oppositorum oppositæ sunt proprietates sicut actus est ratio cognoscendi sic potentia est ratio occultandi: ergo cognoscibilitas, siue intelligibilitas non est passio per se primo competens enti sub ratione qua ens, sed bene est passio perse primo cõpetens enti in actu quatenus est in actu: vnde licet materia participet secundum se rationem entis, non tamen secundum se participat rationem intelligibilitatis, & cognoscibilitatis, hinc Philosophus primo Phys. dixit subiecta natura ideſt materia cognoscibilis est per anologiam, siue per comparationem vt ait Commentator ibi, quia sicuti se habet æs ad statuam & lignum ad scamnum, ita materia ad substantiam actu existentem, quomodo enim cognoscimus materiam nisi per transmutationem: quia fit transmutatio in substantijs puta ex aere generatur ignis, ex hoc concluditur ꝙ oportet aliquid esse quod subijcitur vtrique termino transmutationis: & sic cognoscimus per discursum materiam

D. 12. Potẽtia obiectiua nõ datur.

Cõmẽ. 6. Cognoscibilitas non ẽ passio entis vt sic.

Tex. 69.

Quomodo materia cognoscitur.

teriam esse, quid autem sit materia cognoscimus remouendo ab ea omnes actus, quia ipsa non est quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid aliorum, sicut neque lignum est ex se aliqua figura, scilicet aut scamni, aut lecti, & sic discurrimus ꝙ sicuti lignum est tantum in potentia respectu artificialium quæ possunt fieri ex ligno, sic materia est pura potentia respectu omnium formarum naturalium: non ergo sua natura est cognoscibilis vt arbitrantur Scotizantes.

Gregorius de Arimino alia via arbitratus est materiam esse in actu & supponit. Primo ꝙ actualitas dici potest quælibet entitas, quæ sub ente trascedenti continetur prout ens ipsum illimitatum & trascendens distinguitur contra ipsum nihil. Secundo modo vt actus & potentia sunt differentiæ cuiuslibet prædicamenti, quemadmodum homo in actu & in potentia dicitur in prædicamento substantiæ, & album in actu & in potentia in prædicamento qualitatis, & sic de alijs prædicamentis. Tertio modo vt actus dicat formam, & potentia materiam. Quarto modo vt actus & potentia sint duo extrema entis secundum totum naturæ suæ circuitum & ambitũ, adeo ꝙ potentia teneat vnum extremum principium vtpote ꝙ fit quædam entitas quæ sit pura potentia, & actus sit aliud extremum cui nulla sit prorsus admista potentia. Secundo supponit ꝙ duobus modis aliquid dicitur in actu. Primo quia de eo enuntiatur propositio de secundo adiacente, vt lignũ est, tabula est &c. & per oppositũ aliquid dicitur in potentia quia de eo verificari & enunciari potest propositio de posśibili vt antichristus est posśibilis, hæc enunciatio est falsa antichristus est, secundo aliquid dicitur in actu ꝙ est perfectũ in specie, vt substantiæ separate, vel substantiæ compositæ, vel formæ ipse subsstantiales puta anima vegetatiua, sensitiua, & intellectiua, & per contrarium id dicitur esse in potentia hoc modo secundo quod non est perfectum in specie, sed est quasi essentia quædam partialis perfectibilis per aliam, sicut lignum licet sit actu primo modo, quoniam verũ est dicere lignum est, tamen in genere artificiatorum est in pura potentia, quoniam ex se nullam habet formam artificiati. Tertio supponit ꝙ duplex est materia altera quæ est subiectum mutationis substantialis, altera quæ est subiectum mutationis accidentalis, prima dicitur quodam ens imperfectum & nondum factum integre, & per formam autem consumitur & absoluitur, vnde fit ꝙ forma aduenies materiæ ipsam perficiat, & compleat largiaturq; ei esse pulchrum, sed altera materia est subsstantia perfecta & consumata, vnde accidentia aduenientia non absoluunt ipsum subiectum, cum sit absolutum & factum perfectum, sed ornant & disponunt ad aliquid aliud, & hinc est ꝙ subiectum non accipit esse ab accidenti, immo accidentia à subiecto habent esse quibus stantibus, ponit duas propositiones quarum prima est, materia est actu existens. Secunda est materia potest cognosci sine forma. Primam propositionem probat, quia quod præest subsstantiæ compositæ est in actu, sed materia præest subsstantiæ compositæ: igitur materia est in actu, maior patet quia quod fuit ante me iam actu erat, minor probatur, quia tota subsstantia composita iam non est genita, sed forma est terminus generationis, & materia præfuit generationi. Tum etiam ex suppositis quia illud de quo verificatur propositio de secundo adiacente, est in actu, sed de materia prima sine forma verificatur propositio de secundo adiacente: igitur est in actu, maior & minor huius rationis manifeste ex se, & hæc est germana opinio Ar. vbi ponit materiam ingenerabilem & incorruptibilem. Secundam propositionem ita probat, id per quod cognoscuntur res naturales id est ex se cognoscibile, sed per materiam cognoscuntur res naturales: igitur materia est ex se cognoscibilis, patet maior quia propter quod vnum quodque & illud magis primo poster. minor quoq; probatur quia cognitio rerum naturalium pẽdet ex suis causis, materia est perse & intrinseca causa rerum naturaliũ. Præterea materia cum sit subsstantia est nobilior quolibet accidenti: si ergo accidens est cognoscibile ex se: igitur & materia.

Sed hæc opinio in aperto aduersatur rationibus, & authoritatibus Ar. igitur non est subsstinenda, rationes sunt iste. Prima adducitur ex Phys. quinto si materia sua natura haberet aliquem actum, tunc generatio esset alteratio contra totam Philosophiam, cõsequentia probatur, supposita vna propositione Auer. primo Phys. vbi habet ꝙ materia ammictit

1. sent. dist. 12. q. 1. ar 2.

Duobus modis dicitur aliquid in actu.

Materia est duplex.

Propositiones opinionis Greg.

Probatio secundæ propositionis.

Tex. 5. 8. Metaph. Tex. 3.

Tex. 5.

Cõmẽ. 63.

amittit nomen & definitionem in generatione substantiæ, sed in alteratione neq; nomen, neq; diffinitionem amittit. Supposito etiam ꝙ materia sit æterna, nunc sic materia habet actum existentiæ: ergo in generatione substantiæ non amittit nomen, nec definitionem, quoniam ipsa existente æterna non amitteret illum actum à quo omnis definitio & nomen susçipitur, & sic sequitur ꝙ generatio substantiæ est alteratio, quod si euadere debemus, dicendum est materiam esse purã potentiam. Secunda ratio sit hæc, Compositum est potentia propter materiam: est actu propter formam, sed propter ꝙ vnumquodq; tale & illud magis: igitur materia maxime est potentia, sed quod est maxime tale & per se tale sua natura tale erit: ergo materia sua natura erit potentia Authoritas est Ar. 7. Metaph sæpe allegata, ꝙ materia non est quid, nec quanta, nec qualis, sed potentia omnia. Secunda authoritas est etiam Ar. pri. Phys. vbi ponit materiam prope substantiam: quod igitur est prope substantiam non est sua natura aliquis actus, præcipue existentiæ quia actus est maxime substantia 2. de anima, sed materia est prope substantiam, per dictum Ar. igitur non erit actus existentiæ vt docet Greg sed absoluta potentia hę rationes & authoritates sufficiant.

Tex. 8.
Tex. 80.
Tex. 5.
Soluuntur rationes Gregorij.

Supereſt modo soluere suas rationes & ad primã dicimus, ꝙ materia licet præfuerit generationi substãtiæ copositæ, nõ tamen ex se existens in actu per suã naturam, sed per formam præcedentem à qua actuabatur & post generationem per formam rei genitę. Ad secundam dicimus ꝙ ista propositio dupliciter intelligi potest, scilicet materia est absolute & simpliciter, & sic non verificatur nisi de substantijs perfectis vt sortes est, Plato est, alio modo cum aliquo respectu vt dicendo materia est scilicet in composito, & etiam forma est in composito & sic concedimus ꝙ de materia verificatur propositio de secundo adiacente, sed non sequitur: ergo est in actu existentiæ vt ipse deducit. Authoritas Ar. declarat seipsam, quoniam licet materia sit ingenerabilis & incorruptibilis non tamen est actu existens sine forma, sed est pura potentia & semper sub forma, soluuntur quoq; rationes pro secunda propositione. Et prima sic, negando minorem ꝙ per materiam solitariæ sumptam cognoscuntur res naturales, licet prout est sub ipsa forma pariat aliquam cognitionem, illam tamen non habet ex propria natura, cum sit pura potentia, & actus est ratio intelligendi & cognoscendi. 9. diuinorum. Secunda quoq; soluitur dicendo ꝙ licet materia sit simpliciter nobilior quolibet accidenti: tamen accidens inquantum est quædam actualitas est secundum quid nobilius ipsa materia & ratione huius nobilitatis in qua excedit secundum quid materiam, habet ꝙ sit cognoscibile ex se, quod tamen non competit materiæ.

Tex. 10.

Sunt quidam alij moderniores ac iuniores Philosophi, qui putant ad mentem Arist. loqui & vt videantur se aliquid noui adinuenisse dicunt materiam esse actum, sed non entitatiuum, nec existentiæ, sed actum quendam imperfectum in potentia tamen ad quilibet actum perfectum, idest materia est substãtia imperfecta in se, sed si comparatur ad actus perfectos qui sunt compositorum est pura potentia, sicut lignum est ens in se, sed in genere artificiali est pura potentia, quia nec est arca, nec sedes, sed in potentia omnia ista, ita materia est potentia ens perfectum, vnde non est ignis, non aqua, non leo, nec quid simile, sed potentia omnia ista, hoc tamen non impedit quin materia non habeat aliquem actum in se. Addunt adhuc ꝙ cum existentia non distinguatur ab essentia, & quia materia sicut habet distinctam essentiam à forma, ita etiam habet distinctam existẽtiam, & sic Deus sua potentia poterit conseruare sub tali existentia materiam absque omni forma, & hanc doctrinam sustinent ex professo contra D. Tho. p. p. & in quolibetis, & contra etiam ipsum Dur. 2. sent. D. 12. q. 2. & hanc veritatem dicunt ad inuenisse veteres peripateticos, quibus maxima adhibenda est fides ipsi enim soli, vel maxime ad mentem Ar. præ cæteris loquuti sunt, vnde voluerunt materiam esse non actum formalem, sed actum entitatiuum, & hoc voluit primo Alex. qui 8. diuinorum asserit materiam non esse actu quodquidest, sed substantiam in potentia, Alex. ergo negat ab ipsa materia inclusionem actus perfecti, non autem imperfecti, hoc idem asserit Simplicius 2. de anima dum inquit neque igitur materia hoc aliquid est quippe quæ inde finita sit propter imperfectam substantiam suam & potestate existentem, & quæ termini recipiendi

Materia habet aliquem actum.
q. 66. ar. 1. quoli. 3. ar. 1.
Cõmẽ. 3.
Cõmẽ. 2.

recipiendi nim habeat, verum adhuc terminata sit, neq; forma, ea nanq; terminus est, & perfectio & prima atq; secundum se substantia ad quam terminatur, & quod absoluitur atq; perficitur & substantia secundum alterum est, illa existit, de qua hoc aliquid dicimus, & Paulopost non sanè materia potestate est, sed substantia potestate, neq; ceu vnq; actu futura, manet enim semper quod vere est, sed ex illa recipiendi facultate perficitur, & ita substantia quædam tenuis & imperfecta est, forma autem actus est, ex quibus verbis volunt habere Simplicium tenuisse materiam esse actum imperfectum. huius etiam opinionis fuit lucidissimus Themistius vt adductus est à nobis in arguendo. Non deest adhuc ratio qua nituntur probare suũ intentũ, & quærunt si materia est ens in pura potẽtia, tunc quærimus & percontamur nos de ista potentia, aut est distincta & abiuncta ab ipsa materia, aut non, si dabitur hoc secundum, igitur cum remaneat eadem materia sub forma generanda quæ fuit sub forma corrumpenda, sequitur materiam adhuc esse in potentia ad formam abiectam à materia, quod est falsum, quandoquidem sequeretur ꝙ per agens naturale idem numero corruptum reparari posset, si dabitur primum: ergo materia comparabitur ad potentiam suam vt subiectum ad formam, & sic non erit ens in pura potentia, sed quid aggregatum ex substantia materiæ & potentia sua quod etiam absurdissimum est, ne igitur talia monstra appareant in Philosophia melius est dicere, materiam esse actum imperfectum vt dictum est.

Sententia Simplicij sequitur.

Impugnatur hæc opinio.

Sed bone Deus quomodo allucinantur isti viri in re tam notissima: & præcipue cum locum manifestum habeamus ab ipso Ar. primo Physicarum ascultationum circa finẽ, vbi soluens rationes antiquorum negantium generationem propter rationem illã quæ famosa erat apud eos, ꝙ si generatio esset, aut esset ex ente, aut ex non ente, non ex ente quia ens non generatur, neq; ex non ente, quia ex non ente nichil fit, soluit dupliciter & posita prima solutione, ponit secundam dicens vnus quidem igitur modus hic est, alius autem, quod contingit eadem dicere secundum potentiam & actum, hoc autem de terminatum est in alijs magis cum diligentia, vbi patet ꝙ vult materiam nõ esse ens in actu quæ est subiectum generationis, nec esse non ens per se & simpliciter, sed est ens medium inter actum, & purum nihil, videlicet est ens in potentia, non ergo est actus vt isti fingunt, quia vt dictum est esset multiplicare entia sine necessitate, si igitur possumus saluare materiam & substantiam compositam existere vnomet esse existentię quod acquirit à forma cui per essentiam competit existere, materiæ autem & compositæ substantiæ per participationem, vnde Philosophus 2. de anima dixit quod vere est actus est, quasi dicat forma est existentia non existens, sicut albedo dicitur albedo non alba igitur materia per formã dicitur in actu & existere non aũt sua natura, propterea materia prima dese non existit, nec existere põt sine forma, quia si sic, tunc simul esset & non esset ꝙ implicat contradictionẽ, quia existẽtia, vel est forma ipsa, vel eius effectus formalis, & impossibile est effectũ formalẽ separari à forma: ergo impossibile est ponere existentiã sine forma sicuti impossibile est esse albũ sine albedine, ita etiã esse in actu sine actu, quia actus primus est idem ꝙ forma vt dictũ est, quibus stantibus dico ꝙ Alex. est contra ipsos, siquidẽ dicit ꝙ materia est substantia in potentia; ergo non actus: immo Alex. clarius explicauit mentem suam secundo naturalium quæstionum vbi inquit substantia materię in posse est; Simplicius quoq; est contra ipsos nam ex verbis eius colligitur ꝙ materia est quædam substantia tenuis, & imperfecta, forma autem est actus, quorsum tendunt hæc verba, nisi dicere ꝙ materia est potentia, quæ est quid medium inter ens in actu & purum nihil vnde Ar. 7. diuinorum dixit ꝙ forma est magis ens quam materia, & quã substantia composita ex vtrisque & ideo non oportet ponere alium actum ab illo qui est forma: immo cõmentator 2. Phys. animaduertens quomodo existentia quælibet est à forma intulit ꝙ si materia existeret sine omni forma, tunc ꝙ non est in actu, esset in actu vt deduximus supra contra istos opinãtes, luce meridiana clarius apparet ꝙ ista consequentia nullius roboris esset, nisi innitatur huic medio ꝙ omnis actus existendi à forma proficiscitur vnde mirum est quomodo aliqui in via Auerr. defendant actum non omnem esse à forma insequentes viam Scoti 7. Metaph. & 2. sent. quam viam ante Scotum inuenit Henricus de Gandauo in quolibetis suis videlicet, quolibet 4. q. 16. in qua

C. 7.
Tex. 7.
Cõmẽ. 8.
q. 5. distin. 12. q. 2.

Universidad de Salamanca Biblioteca

in qua q. quærit num Angelus sit compositus ex materia & forma, ratio adducta ab istis de facili soluitur, quia potentia materiæ vt dicemus dupliciter sumi potest vno modo pro gradu entis, & sic non distinguitur a materia, sed est sua natura & quidditas, sicut animal rationale est natura & quidditas hominis. Secũdo modo potest accipi pro respectu quo respicit ipsam formam, & sic distinguitur a materia & multiplicatur, de quo loquens Auer. 12 primæ Philosophiæ dicebat, ꝙ numerus habilitatum ideſt potentiarum materiæ est secundum numerum specierum generabilium, non sequitur modo argumentum ꝙ per agens naturale idem numero corruptum possit reparari, licet enim quælibet portio materiæ primæ sit in potentia ad quamlibet formã, non tamen quelibet portio materiæ dispositę est in potentia ad omnem formam numero, sed ita est in potentia ad istam quod non ad aliam, verbi gratia, sint duæ materiæ scilicet A. & B. sufficienter dispositæ ad recipiendam formam ignis, & ponatur inter has duas materias vnum agens, puta ignis potens introducere formam ignis in vtraq; materia, dico ꝙ iste ignis illam numero formam quam causabit in A. non posset causare, in B. & illam quam causabit in B non posset causare in A. sic igitur patet, authoritates & rationes horum non concludere.

Cõmen. 11.

Pulerũ exẽplum.

Iam vero aliorum reiectis opinionibus quæ sit germana opinio Aristotelis dicendũ est, & vt res fiat conspicua magis, animaduertendum. Primo vt docet Ar. 5. Metaph. cap. de potestate & Doctor Angelicus S. Tho. pluribus in locis suæ Doctrinæ, & præcipue in q. disputatis de potentia Dei, & p. p. q. 25. & 1. sent. dist. 49. & tertio contra gentes cap. 45. ꝙ potentia multis modis sumitur vno modo pro principio mouendi, seu transmutandi aliud inquantum aliud, ita ꝙ mouens siue transmutans in quo est tale principium semper est aliud, siue supposito, siue realiter ab eo quod mouetur, aut transmutatur, nihil enim primo & per se mouet, aut transmutat seipsum. Secundo capitur potentia pro principio quo aliquid mouetur, aut transmutatur ab alio, & hæc est potentia passiua, vt grauitas in lapide qua mouetur deorsum a generante, & hæc est potẽtia qua patiens potest pati, siue patiatur proprie, siue improprie. Tertio dicitur potentia qua possumus bene & perfecte operari, vel qua potest aliquid bene & de facili pati vt lignum dicimus inciſibile quia de facili inciditur. Quarto dicitur potentia omnis habitus, siue dispositio. vel virtus qua possumus resistere corrumpentibus & reddimur quasi impassibiles, & hæc est naturalis potentia de qua philosophus scripsit in secunda specie qualitatis. Secundo est animaduertendum, ꝙ materia habet gradus, & similiter potentia vt late scripsit Auer. vltimo cap. de substantia orbis, quod maxime notauit, S. Tho. primo libro de cœlo & mundo vbi soluit argumentum Ioannis Grammatici volentis, ꝙ si materia corporum celestium non esset eiusdem rationis cum istis, tunc talis materia esset composita ex aliquo communi in quo conueniunt, & ex aliquo proprio vtrique per quod differunt, soluit D. Tho. ꝙ iste materię sunt diuersæ, sed non propter aliquam compositionem vt immaginabatur Ioannes Grammaticus, sed propter habitudinem ad diuersas formas, potentię enim diuersificantur secundum diuersitatem actuũ, nec intelligas prudens lector gradus materiæ vt intellexit quidam Archangelus Mercenarius in quibusdam dilucidationibus suis, volens quod cum materia & forma quo quomodo relatiua sint 2. Physi. ergo qualis diuersitas reperitur in formis, eadem in materijs reperiri debet, cum autem dentur formæ quæ indigent materia vt subsistãt, vt formæ inferiorum, aliæ vero non indigent materia vt subsistant vt formæ æternæ: igitur & duo materiæ gradus reperiri debent quorum alter indiget forma vt actus sit, veluti materia inferiorum, alter vero non indiget forma vt subsistat & actu fit sicut materia cæli, quæ non est potentia vt censuit Beatus Thomas hæc ille putans se sacrificium præstare Deo scribendo contra Sãctum Thomam, non intuens quod expresse scribit contra Ar. 2. de anima & 7. primæ Philosophiæ vbi non ponit nisi tria membra ipsius substantiæ scilicet actum, potentiã, & compositum ex his, supra his dictis fundatur argumentum quo vtitur D. Tho. contra Auerr. p. p. q. 66. ar. 2. in corpore, vbi ait ꝙ impossibile est dicere materiam cæli esse ens in potentia ad vbi, & non ad esse, & ꝙ forma çius sit substantia separata, quæ etiam est motrix, quia impossibile est ponere aliquod

Ponitur dilucidatio q̃sti. q. 25. ar. 2. Quot modis dicitur põa.

Materia habet gradus similiter põa. Lect. 6.

p. p. q. 77. ar. 3.

Contra Archangelum Mercenariũ Tex. 16.

Tex. 1. Tex. 7. & in sequenti.

aliquod ens actu, quin vel ipsum totum sit actus & forma, vel habeat actum seu formã remota ergo per intellectum substantia separata quæ ponitur motor, si corpus cæleste non est habens formam, quod est componi ex forma & subiectio formæ, sequitur quod sit totum forma & actus, omnis autem forma quæ propria & per se est intellecta in actu, sed corpus cæleste non est intellectum in actu quia est sensibile; igitur non est pura forma, nec pura materia quia tunc non esset subiectum motus: ergo erit compositum, & sic materia eius erit pura potentia ad formam quam habet, & hæc satiat appetitum eius, Responsio ipsius Archangeli ad hoc argumentum est falsissima & plena mendatio, ait enim ꝙ materia illa nec est actus, nec habens actum, sed est materia per se existens in actu, videte amabo quomodo iste vir ponit quartum genus substantiæ quod est ab Ar. & philosophia alienum, nec suum argumentũm est alicuius valoris cum supponat intelligentiam esse formam dantem esse ipsi cælo, quod abhorrent Philosophi & Theologi. Dicimus & secundo ꝙ materia illarum formarum quæ non indigent materia vt subsistant est corpus cæleste, quod est compositum ex materia quæ est pura potentia, & forma sua, & sic argumentum nihil concludit. Tertio est sciendum ꝙ potentia materiæ cum sit substantia potest accipi dupliciter. Primo pro gradu entis & substantiæ quod aliqui dicunt pro absoluto, & potest accipi pro relatione & respectu, primo modo dicitur ꝙ potentia materiæ est eius natura & quidditas per quam diffinita est 7. diuinorum & Ar. primo Phys. appellat subiectam naturam. Secundo modo materia non est sua potentia, sed distinguitur ab ea vt dixit commentator primo Phys. & in libro de substantia orbis vbi habet ꝙ posse quo substat hoc subiectum differt à natura subiecti. Vltimo considerandum est ex secundo de anima ꝙ actus apud Ar. non est nisi duplex, alius vt sciẽtia qui vocatur actus primus & forma, alius vt considerare qui dicitur actus secundus, quibus iam iactis ponuntur iste tres propositiones tamquam vere & indubitate, materia sua natura est pura & nuda potentia quę est quidam gradus entis & substantiæ. Secunda propositio est, materia non potest cognosci sine forma, Tertia impossibile est materiam existere absque forma, & quia disputatio debet esse remota ab odio & ab amicitia, odium enim & amicitia sunt causę maxime diuersitatis primo cæli, vnde 3. cæli accusatur Plato quia propter Magistri amorem ideſt Socratis, & propter amorẽ geometrię in multis deuiauit à veritate, propterea remoto omni amore ac odio rationibus, & peripateticorum authoritatibus insistendum est, sit ergo prima ratio hæc pro probatione primæ propositionis, Qua ratione reperitur vnum extremum positiuum in tota natura entis, eadem ratione est reperire aliud extremum positiuum infra totum ambitum entis, sed in naturæ reperitur vnum extremum; nempe Deus benedictus actus purissimus, cui nulla prorsus est potentia admista: igitur eadem ratione reperitur aliud extremum pura potentia, cui secundum suam naturam nullus sit penitus admistus actus, & hoc tale est materia prima quæ est pura potentia hoc arg. vsus est Ar. 12. Metaph. datur vnum motum non mouens tamquam extremum: igitur datur aliud extremum mouens non motum si concludit arg. Ar. concludit & mea ratio. Prętera Ar. 5. Phys. ait quod generatur non est, quod mouetur est, & subiectum motus est ens in actu, subiectum generationis est non ens, sed subiectum generationis est materia prima: igitur materia prima est non ens, sed non est dicendum quod sit non ens quod est purum nihil, ergo dicitur non ens in actu. & sic est pura potentia, vnde Ar. 12. diuinorum volens inuestigare, quid sit esse ipsius materiæ primæ, proposuit diuisionem entis in potentiam & actum & conclusit ꝙ comprehenditur sub altero membro illius diuisionis, videlicet ꝙ est ens in potentia, quid clarius? Adhuc, definitio est essentia, quidditas, & natura definiti vt scribitur primo post. sed definitio ipsius materię primæ est potentia, igitur materia prima erit solumodo potentia, minor colligitur ex Ar. septimo primæ Philosophiæ vbi inquit, materia non est quid, non est qualis, non est quanta, nec aliquod quibus ens est determinatũ. Hinc 12. primæ Philosophię inquirit per longum processum, an principia decem prædicamentorum sint eadem, vel diuersa, & tandem concludit ꝙ sunt eadem proportione, quia actus & potentia sunt in vnoquoque prædicamento proportionaliter, & ostendit ꝙ principia prosima decem

Pŏa mãę dupliciter.

Tex. 8. Tex. 69.

Comm. 70. Tex. 6.

Tres propositiones.

Tex. 101.

Probatur prima propositio.

Tex. 37.

Tex. 10.

Tex. 8.

Tex. 30.

Tex. 8. A Tex. 12. vsq; ad 29.

prædicamentorum sunt diuersa, principia autem remota sunt eadem vt patet in tex. 22 talia autem sunt principia præd camenti substantiæ, scilicet potentia & actus, sed potentia in prædicamento substantiæ reducitur ad materiam, & actus ad formam vt dicit comen. expresse 12. Metaph. igitur materia est pura pōa & hæc est sententia D. Tho. vbique locorum suæ doctrinæ Si vera sunt hæc quæ diximus, sequitur secunda propositio indubitata ꝙ materia non possit cognosci sine forma, licet entitas formæ non sit causa entitatis materiæ, quia sunt res diuersæ, vnde materia per propriam rationem includit rationem entis, tamen per propriam rationem non est primo cognoscibilis, vt aperte colligitur ex 7. Metaphysicæ vbi habetur, ꝙ materia secundum se est ignota: & primo Phys. tex. 69. scribitur subiecta natura scibilis est per analogiam, vbi Commen. reddit causam dicens ista natura subiecta substantiæ non potest intelligi per se, cum nō sit aliquid in actu habens quidditatem; Sequitur & veritas tertiæ propositionis quoque quam ostendit Ar. primo libro de gener. & corr. vbi ita argumentatur, si materia esset sine forma, sequeretur ꝙ ipsa, vel esset nihil, vel vacuum, vel punctus, vel corpus impartibile, quæ omnia sunt absurda: absurda igitur erit opinio illorum qui asserunt materiam per actum non causatum à forma posse materiam existere, consequentia patet, quia etiam si daretur licentia fingendi non datur alius actus in doctrina Ar. nisi primus & secundus: omnem igitur entitatem actualem, qua materia gaudet accipit à forma, qua ablata, materia nihil erit, sicut etiam omnem entitatem potentialem & possibilem quam habet forma quælibet recognoscit à materia, hinc est quod cum in substantijs separatis, præter primam sit aliqua potentialitas asserit D. Thom. in eis reperiri materiam æquiuoce.

Cōmē. 16 Secunda propositio.

Tex 35.

Tertia propositio. Tex. 27.

p. p. q. 50. ar 1. & de ente & essētia c. 5.

His habitis argumenta opposita non est difficile soluere, & ad primum negamus minorem, & ad probationem dicimus ꝙ noluit Commen. dicere ꝙ ens in potentia fundatur in ente in actu scilicet entitatiuo, vel existentiæ, aut præsentiæ, aut actu imperfecto ipsius materiæ vt ipsi fingunt, sed intelligit ꝙ fundatur in ente in actu existentiæ ipsius compositi, quia non potest materia esse, nisi in composito quod existit per se per formā, & hęc est mens eius, dicit n. materia non inuenitur nisi in ente in actu, & si separaretur esset nō ens: differentia inter nō esse & esse in potentia est quia non esse non est in actu ens, nec in aliquo in actu, non distinctum ab eo, & hoc intendimus cum dicimus de prima materia ꝙ non est in actu, & ens est in ente in actu non distincto ab eo. Ad aliam probationem dicimus ꝙ materia est per se principium omni enti naturali, vt potentia, & non vt actus, manifestum quoque mendatium committunt quando dicunt ꝙ in æternis est idem essentia & existentia, quia in omni creatura quidditas & eius esse actualis existentiæ realiter distinguntur vt docet D. Tho. 2. contra gentes. Ad secundū dicimus ꝙ materia est actu materia, & actu ens, sed negamus ꝙ sit actus, vel ꝙ sit in actu, nec sequitur ꝙ sit in potentia ad suum esse, vel ꝙ supponat aliam materiam & ꝙ fiat abinio ad infinitum, quia materia sua natura est potentia, sicut forma sua natura est actus. Ad tertium dicimus glosando maiorem, ꝙ illud quod est causa vt aliquid sit est ens in actu, valet ista propositio de causa efficiente & de causa formali, non autem de causa materiali. Ad quartum dicitur ꝙ potentia vt dicit respectum non est essentia materiæ, sed prout dicit gradum entis & substantiæ, quæ est quid absolutum. Ad quintum respondetur ꝙ materia non est subiectum generationis prout generatio est præuia dispositio, sed tantum prout dicit instantaneam introductionem formæ in ipsa. Ad sextum concedimus materiam non habere entitatem suam ab aliquo terminorum, quia vt dictū est, materia per sui naturam est ens, res, & omnia trascendentia, sed existentia est tantum illa quam non habet à se & recipit à forma, nec est ad propositum authoritas Ar. in prædicamentis, cum loquatur ibi de substantia quæ est actu, & est subsceptibilis contrariorum. Octauum concedimus ꝙ materia est actu materia, sed id ꝙ nos negamus est, ꝙ materia non est actus, nec in actu sine forma. Ad nonum dicimus ꝙ sequeretur & cōcluderet argumentum, si poneremus materiam accipere à forma omne esse, scilicet tam essentiæ, quā existentiæ hoc nos nunq̄ somniauimus, sed dicimus ꝙ natura materiæ prima est vna substantia æterna de se, quæ est pura potentia, actualitatem, & existentiam habet

Sensus verborum. Auerr.

Tantum in Deo verificatur hoc. Cap. 52.

Materia est omnia trascendentia.

habet à forma, vnde non sequitur ꝙ materia sit generabilis, vel ꝙ tantum forma sit intrinsecum principium rerum naturalium. Ad decimum dicimus ꝙ præsupponit falsum, ꝙ Deus prius produxit materiam, & deinde formam, reuera est, ꝙ insimul produxit materiam & formam, & si necessitatur Deus vt non faciat cōtradictoria simul, quia hoc non est intelligibile, necessitabitur quoq; vt producat simul materiam & formam. Ad vndecimum, diximus in Addi. nostris ꝙ minimum vt est quantum mathematice consideratum est diuisibile in semper diuisibilia, non autem vt est naturale, vnde non sequitur ꝙ dabitur materia sine forma. Duodecimū argumentum est puerile, quia dictum est ꝙ materiæ est ens, & substantia quæ est pura potentia: non ergo valet argumentum, est substantia: ergo est actus, negatur ista consequentia. Ad tertiumdecimum dicimus ꝙ maior propositio est falsa, non enim est imaginabile ꝙ materia sciunta à forma sit subiectum actionis agentis, cum agens sit extrahens semper aliquid de potentia ad actum, & non largiatur multitudinem, sed perfectionem ait Auerr. 8. Metaph. vnde non agit in nudam materiam. Ad quartumdecimum negamus consequentiam, quia sumendo potentiam pro gradu entis est in genere substantiæ, licet pro respectu sit in genere relationis, vel vt Alij dicunt ꝙ potentia bifariam sumi potest. Primo pro subiecto quod potens est duntaxat recipere. Alio modo sumitur vt dicit respectum & habitudinem ad rem generandam. Primo modo est in prædicamento substantiæ. Secundo modo est in prædicamento actionis. Soluitur etiam hoc argumentum iuxta viam illorum qui dicunt ꝙ potentia capitur dupliciter. Primo quo ad absolutum & hoc est substantia & essentia materiæ, & hoc exprimitur in recto. Capitur quoq; pro respectiuo quod dicit in obliquo & tale est in prædicamento actionis. Ad quintumdecimum patet quoq; responsio, ꝙ multiplicantur potentiæ pro respectibus, non autem pro illo gradu entis & pro absoluto. Ad authoritatem Ar. respondet ibi Commen. quadrupliciter, vt est videre apud ipsum, & adduco hic tantum vnam quæ est Alex. dicentis materiam esse hoc aliquid existens apparere, quia non sui natura est in actu, sed per formam qua materia sentitur & videtur. Ad dictum Simplicij dicimus quod illud est pro nobis, quia materia non est actus sed actu, scilicet materia & ens, non tamen sequitur, ꝙ sit actus, aut in actu sine forma & sic quoq; intelligimus dictum Ioannis Grāma. ꝙ materia est actu, sed non actus vel in actu sine forma, & existit in composito, vnde non sequitur quod materia sit in potentia ad suam essentiam vti perperam deducunt aduersarij, & hanc veritatem declarant verba Themistij quæ adducunt pro eis, & tamē sunt contra ipsos ait enim Themistius ꝙ materia non est in potentia ad constituendam suam essentiam, quod docemus & nos, sed est actu materia in prima sui notione, & quis negat hoc, quia de ea verificatur propositio de tertio adiacente, dicendo materia est actu ens, non tamen dicit Themistius ꝙ materia est actus entitatiuus, vel imperfectus vt fingunt isti nouiter Philosophantes. Dictum Auerr. intelligitur pro respectu vt dictum est supra. Dictum S. Tho. de ente & essentia est intelligendum quod relatio quæ est accidens reale sequitur formam in materia, licet quo ad modum intelligendi videatur intelligi inter formam & materiam, inter quas propria non est nisi relatio rationis. Dictum quod habetur 3. contra gentiles intelligitur sic, materia absolute dicitur bona, & secundum se non bonitate sibi formaliter inherenti, sed quia est ordinata ad bonitatem, materia enim secundum se est tantum bona in potentia, vt verò substat ordini, aptitudini, & inclinationi ad bonum dicitur bona in actu, & hic est sensus verborum Diui Tho. vt clare est videre ibi. benedictus Deus.

Deus nō necessitatur ad productionē materiæ.

Q. 7. 1. phy.

Pōa dupliciter sumitur.

Cōmē. 15.

Quatruplex resp. Auerr.

Sensus verborum Io. Gramm.

Ponderā verba Them.

3. cōtra gēt. Cap. 20. Quomodo materia est bona.

Universidad de Biblioteca

DISPVTATIO
DE QVIDDITATE, SEV ESSENTIA RERVM NATVRA CONSTANTIVM,
HABITA AB EODEM MAGISTRO MATHIA AQVARIO.

Contra aliquos Philoſophos.

VAERO num ſola forma ſit tota rerũ naturalium quidditas, ſiue eſſentia, & videtur ꝙ ſic: quia quidditas, ſeu eſſentia eſt principium quo res ipſa eſt; ſed ſola forma eſt principium quo res eſt & non materia: igitur ſola forma eſt quidditas & non materia, minor propoſitio huius ratiocinij ſumitur ex Ar. 7. Metaph. vbi inquit forma eſt principium quo res eſt, materia eſt principium potius quo res non eſt. Quod cõfirmatur authoritate Themiſtij 2. phy. dicentis res naturales à forma habere vt ſint, à materia verò vt fiant. Secundo forma eſt ratio per quam cognoſcitur & intelligitur res ipſa, vt ſcribitur. 9. Metaphyſ. materia ſecundum ſe eſt ignota, & eſt ratio occultationis, quidditas vero eſt principium quò cognoſcitur ipſa res: ex his colligitur ꝙ ſola forma ſit quidditas. Tertio, id quo res naturales efficiuntur intelligibiles conſtituit quidditatem; Sed per ſolam formam res naturales efficiuntur intelligibiles: igitur ſola forma ad quidditatẽ ſpectabit, minor habetur. 12. primæ Philoſophiæ vbi ait Auerr. res naturalis ſentitur per materiam & intelligitur per formam. Quarto non ens non poteſt eſſe quidditas nec pars quidditatis, ſed materia eſt non ens: igitur materia quidditatis pars eſſe non poteſt, minor probatur ſic, illud cuius forma eſt priuatio eſt non ens, ſed forma materiæ eſt priuatio, igitur materia eſt non ens. Quinto quodquideſt, eſt vniuerſale, quoniã explicatur à definitione, quæ eſt vniuerſaliũ vt ſcribitur primo poſt. & 7. Metaph. ſed forma eſt ſubiectum vniuerſalitatis, materia eſt principium indiuiduationis vt docet ipſemet D. Tho. in libello de ente & eſſentia: forma igitur erit tota quidditas. Sexto forma eſt per quam res perpetuantur & ſiunt perennes, materia eſt cauſa generationis & corruptionis in rebus ſaltim beneficio priuationis annexe, quia ſemper tendit ad maleficium vt patet primo Phyſ. & quidditas debet eſſe ęterna cum de ea habeatur ſcientia: ſequitur ergo ꝙ forma ſola ſpectabit ad quiditatem, & nullo pacto materia. Septimo id quod eſt in cauſa vt in rebus quidditas, & id cuius eſt quidditas diſtinguatur, non poteſt pertinere aliquo pacto ad quidditatem ſed

Tex. 11. Cap. 2. Tex. 22. Cõmen. 14. Tex. 14. Tex. 33. Cap. 2. Tex. 69.

ſed materia eſt illa quæ facit hoc, vt docuit Philoſo. 7. Metaph. & tertio de anima, non ergo materia erit quidditas, aut pars quidditatis. Octauo partes quidditatis priores sũt illo cuius ſunt, & non poſteriores, ſiquidem cauſæ ſunt, cauſa vero vt cauſa prior eſt eo cuius eſt cauſa, ſed partes mãteriales ſunt poſteriores eo cuius ſunt, quæ vero ſecundum formam priores ſunt, vt docet Ar. 7. Metaph. igitur partes quæ ſe habent vt materia ad quidditatẽ pertinere nõ poſſunt. Nono definitio quæ vni competit perſe primo, alteri ab illo competere non poteſt, ſed quidditas eſt definitio formæ primo, non autem materiæ: ergo forma tantum erit quidditas & non materia, minor eſt Ar. 2. Phyſ. vbi definiens formã inquit, ꝙ eſt ratio, eſſe, & quodquideſt rei, materia verò eſt ex qua res efficitur. Decimo quidditas eſt natura, ſed materia non eſt natura: ergo quidditas eſt forma & non materia, minor propoſitio probatur ex definitione naturæ quæ eſt principium & cauſa mouendi & quieſcendi eius in quo eſt primo & perſe & non ſecundum accidens, modo materia non eſt in aliquo, eſt enim omnium ſubiectum: ergo materia non erit quidditas ſed forma ſola. Vndecimo illud quod non eſt pars definitionis, nõ eſt pars quidditatis, quoniam definitio eſt ſermo explicans quidditatem, & ſumitur ex principijs quæ ſunt in rẽ vt habetur primo de anima, ſed materia non eſt pars definitionis: ergo non eſt pars quidditatis, minor habetur 2. Phyſ. vbi Ar. dicit, alio autem modo forma & exemplar, hæc autem eſt ratio ipſius quodquiderat eſſe, & huius genera vt ipſius diapaſon duo ad vnum & omnino numerus & partes quæ in ratione &c. Duodecimo arguitur ex proceſſu quem habet Ar. in 7. Metaph. vbi pręponit ſe velle tractare de ſubſtantia quæ eſt quidditas, & partitur ſubſtantiam in materiam, formam, & compoſitum, & dicit ſe non velle tractare de compoſito, quia eſt ſubſtantia manifeſta omnibus, ſed neque de, ſubſtantia quæ eſt materia eadem ratione, vult tamen tractare de ſubſtantia quæ eſt forma: ergo ex hoc proceſſu qui habetur ex initio 7. Metaphyſ. vſque ad tex. vigeſimũ liquido conſtat materiam non conferre ad quidditatem. Tertiodecimo probatur etiam argumento Auer. 7. Metaph. vbi volens ſoluere ſophiſma ſophiſtarũ, quod erat hoc, quidditas hominis aut eſt eadem cum homine, aut diuerſa, ſi diuerſa tunc homo non habebit quidditatem, ſi eadem tunc quidditas hominis eſt homo, & homo habet quidditatem: ergo erit proceſſus in infinitum, quia tunc quidditatis eſſet quidditas, hoc ſophiſma ſoluens Auerr. inquit ꝙ ſi homo capitur pro aggregato ex materia & forma, tunc homo non eſt ſuum quodquid eſt, ſi autem capitur homo pro forma hominis, tunc idem eſt homo quod ſuum quodquid eſt: ſola igitur forma eſt quidditas. Quartodecimo res matematicę habent ſuam quidditatem & quodquid erat eſſe, & res matematicæ abſtrahunt à materia vt docet Philoſophus. 2. Phyſ. igitur materia nihil confert ad quidditatem. Quintodecimo & vltimo loquens de materia. 7. diuinorum Ariſto. ait ꝙ materia non eſt pars quiditatis, & ſi dicas ꝙ loquitur de materia particulari contra quia in eodem 7. loquens de materia cõmuni dixit ꝙ materia nõ eſt quid: ergo nõ habet quidditatẽ, nec eſt quidditas, ſi nõ eſt quid, & loquẽs ipſe philoſophus de forma tex. 11-7. Metaph. inquit ꝙ ſpecies & forma eſt ꝙ quid erat eſſe, & in 2. de anima diſputans de anima ait, ꝙ anima quæ eſt quodquid erat eſſe corporis dicitur forma eius ex quibus & ex alijs infinitis locis manifeſte appareꝛ ꝙ forma & quidditas conuertuntur, & ꝙ materia non ſpectat ad ipſam quidditatẽ. Sed his omnibus aduerſantur dicta D. Tho. præcipuæ in 2. Phyſ. vbi Ar. loquens de partibus diffinitionis ait ꝙ locantur in genere cauſæ formalis, & D. Tho. interpretans hoc dictum, adducit aliud dictum contra hoc, quia 7. Metaph. ponit materiam indiſſinione rerum, & diſtinguit de materia ꝙ eſt duplex, altera quæ dicitur materia indiuidualis, altera materia comunis, vnde indiffinitione hominis ponuntur caro & oſſa, ſed non hæc caro, aut hoc os, & quia natura ſpeciei conſtituta ex forma & materia communi ſe habet vt formalis reſpectu indiuidui, quod participat talem naturam, & pro tanto dicitur ꝙ partes quæ ponuntur indefinitione ad cauſam formalem pertinent: ex quibus verbis liquido conſtat apud D. Tho. materiam communem ad quiditatem rerum pertinere, quod latius etiam poſuit in libello de ente & eſſentia vbi authoritate Auicenne aſſerit ꝙ quidditas ſubſtantiarum compoſitarum eſt ipſa compoſitio materiæ

Tex. 16. Tex. 9. Tex. 37. Tex. 27. Tex. 5. Tex. 29. Tex. 9. Tex. 11. Tex. 14. Tex. 37. Tex. 8. Tex. 8. Tex. 18. Tex. 33. Cap. 2.

materiæ & formæ, & multis alijs in locis sue doctrinæ.

Respondentes huic quęsito primo recitabimus opiniones diuersas, deinde dilucidabimus veritatem. Quantum ad primum, si velimus respicere ad Antiquos scilicet ad Platonicos & ad Pythagoricos sine dubio fatendum est materiam ipsam nõ ingredi diffinitionem rerum. Platonici enim vt clare est videre in libro Parmenidis, posuerunt materiam esse non ens, adducti argumento Sophystico sic, quicquid est præter ens. & præter vnum: est multitudo & non ens, sed materia est præter ens, quia præter decem prædicamenta quæ tantum sunt ens, & præter ipsum Deum, qui apud ipsos est vnitas: igitur materia est non ens, & multitudo, scilicet dualitas quæ paruo magnoq; designatur, quanquam inter Platonicos non est æqualis concordia, quandoquidem Alcinous Platonicus in libro de doctrina Platonica asserit Platonem non differre ab Ar. de materia, quod etiam sentire videtur Themistius & Simplicius in primo Phys. Plotinus quoque expresse ponit materiam inter entia, & hoc propter Authoritatem quæ habetur in Timeo vbi materia dicitur πάντ'ἐκεν ideſt omnicapacem, quia est receptaculum omnũ formarum. hinc Iamblicus in libro de secta Pythagorica voluit conciliare Platonem cũ Ar. quia ens apud Platonem potest sumi quemadmodum apud Ar. aliquando pro omni eo ꝙ distinguitur contra nihil, & sic materia continetur sub ente & est vnitas & dualitas, & omne quod non est nihil, aliquando verò pro ente diuiso in decem prædicamenta, & hoc pacto materia est non ens, hanc positionem Ar. non negat, verum hæc conciliatio si aliquo pacto sit amplectenda non intelligitur quo ad verba, sed quo ad mentem, quam forsitan voluit habere quia loquutus est de materia sub quibusdam Metaphoris vt docet Ar. primo Metaph. ꝙ Plato magnum & parvum principium veluti materiam asseruit Emp. ignem aerem, aquam, & terram. Anaxagoras partes similares infinitas, cuius opinionis meminit Auerr. primo Phys. & 2. de gener. quibus in locis ait ꝙ Plato posuit tria principia, magnum, paruum, & vnum, vbi liquido constat Platonem Metaphorice loquutum fuisse de materia. Pytagorici ponentes illas duas series, siue ordinationes rerum bonarum quippe & malarum, sub ordinatione rerum malarum posuerunt materiam & priuationem, vnde Ar. dicit ꝙ semper machinatur ad maleficium, & sic iuxta sententiam istorum materia est priuatio & malum, unde potius non ens quàm ens, ex consequenti non cadit in deffinitione rerum, disputatio igitur est in via peripateticorũ si materia ponitur vt definiens res naturales necne, in qua via adsunt duo principes Auerr. scilicet, & Auicennas. Auer. voluit ꝙ materia ponitur in definitione rerum sed non tanquam pars quidditatis, sed veluti vehiculum deferens ipsam quidditatẽ verum sectatores eius non sunt concordes quia Alex. Achillinus Bononiensis Philosophus celeberrimus tenet in libro de elementis ad mentem Auerr. materiam ipsam ingredi diffinitionem rerum non proprie, sed improprie, quia per eadem principia per quæ res est, ipsa cognoscitur, materia causat formas materiales, ideo in diffinitione earum oportet ipsam assumere, sed si dantur aliquæ formæ separate à materia, non debent diffiniri per ipsam: immò entia Mathematicalia si capiantur in abstracto diffiniuntur sine materia, si verò in esse naturali aperientur, tunc intrabit materia in definitione ipsorũ verum quia materia sicut est quid secundario, ita secundario, & improprie quidditas dici potest, & hoc modo loquendi aliquando vsus est Auerr. sed non proprie, quia ipsa nõ est quo aliquid sit, licet enim materia det aliquod nomen rei, non tamen dat illi nomẽ specificum, vnde materia est communis multis, ideo nomen proprium & speciale non largitur, sed commune multis diuersarum specierum, vt esse passiuum, transmutabile, corruptibile, alterabile &c. Quod si materiam propriam acceperis, adhuc illa non habet speciale nomen secundũ ꝙ appropriatur speciei, vtpatet de carnibus & ossibus quæ hominis sunt, & multorum brutorum, & quia prædicata rerum habent ordinem inter se, quia per consequentiam, superiora, aut vniuersaliora ex particularibus eliciuntur: cum igitur forma det esse, ideo ipsa dat esse indiuiduale, & specificum, & genericum, si autem à materia aliqua prædicata sumenda sint, illa sunt concreta substantialia tamen & denominatiua, vt carneum & osseum, materiale &c. Non enim potest esse idem formaliter proprie nisi sit prædicatum ex forma sumptum, & cum de natura quidditatis sit quid,

Opinio Platonis de hoc quęsito.

Iamblicus.

Tex. 9.

Cõmẽ. 80. Cõmẽ. 18.

Opin. Auer.

Achillinus lib. 1. de elementis.

Materia est quid improprie.

Vniuersalia ex particularibus eliciũtur.

quid, & id quo aliquid est quid, hoc autem soli formæ conuenit, ideo materia quamuis ipsa sit pars substantiæ compositæ non tamen est pars quidditatis, quia materia licet sit, non tamen est quo aliquid sit, ideo cum ipsa non sit pars formæ, ipsa non est pars quidditatis, sed quia ipsa est subiectum formæ, ideo deferens quidditatem appellanda est. Sed hæc opinio stare non potest immo videtur dicere contraria, ait enim ꝙ materia est pars substantiæ compositæ, non tamen est pars quidditatis, quia quidditas cum habeatur per diffinitionem vt scribitur 7. diuinorum vbi Ar. inquirit dubitationem illam, quam in solutam reliquit, in primo de interpretatione, num diffinitio sit vna, & quæ est causa vnitatis in diffinitionibus, & diffinitiones sumũtur ex principijs quæ sunt in re vt scripsit Auerr. primo de anima & 2. Phys. sequitur ꝙ quidditas sumitur etiam ex principijs quæ sunt in re, hæc autem principia iam non sunt forma tantũ, nec materia tantũ, sed insimul materia & forma: igitur vtrumque hoc principiũ concurrit ad ipsam quidditatem, & 4. Phys. dicebat Ar. ꝙ diffinitiones quæ dant quidditatem debent habere tria, quorum vnum est vt per illam dissoluantur quæstiones contingentes in re, Secundum vt per illam appareant accidentia essentialia, quia diffinitiones complete innate sunt reddere causas omnium accidentium, Tertium est vt ex diffinitione appareat difficultas, ideſt motiuum difficultatis, & hoc est proprium rerum difficilium diffiniri, quod dictũ etiam registrauit magnus Commen. Auerr. 2. de anima Commen. 12. & 26. & etiam 4. cœli, si ergo remouetur materia à quidditate, quomodo obseruabitur hoc præceptum, nisi dicamus quòd omnes diffinitiones essent dialectice & vane vt dicit ipsemet Auerr. primo de anima.

Impugnatur opin. Achillini. Tex. 42. Primo de interpretatione cap. de enunciatione. Commẽ. 5. Commẽ. 28. Tex. 32. Quæ sunt illa quę requirit diffinitio. Cõmẽ. 2. Cõmẽ. 11.

Ideo vt aliqui Auerroiste euaderent hoc inconueniens dixerunt ꝙ omnes quatuor causæ sunt partes definitionis, & in definitione ipsa significari debent, non tamen omnes sunt partes essentię, siue quidditatis quia non sunt causæ intrinsece nisi duæ tantum materia videlicet & forma, quod autem omnes causæ sint partes diffinitionis, probant per dictum Ar. 2. poster. quia definitio est sermo dicens esse rei, sed esse rei est ab omnibus causis, igitur definitio rei debet esse per omnes causas. Pręterea posito ꝙ esse rei sciatur per formam tantum, vel per materiam & formam simul & addatur scientia eius quæ est per finem & agens, vel cum priori efficit maius vel non, nõ est dicendum ꝙ non, quia tunc scientia per omnes causas non esset perfectior quam scientia per pauciores causas, quod est contra omnes philosophos, si est maior; igitur illæ causæ pertinent ad diffinitionem illius, Sed opinio hæc reprobatur ab omnibus tamquam contraria præceptis Ar. quia stante veritate huius opinionis sequeretur ꝙ nihil diffinitiue sciretur nisi in illius definitione ponantur omnes causæ, ꝙ si ita esset: ergo oportet ponere Deum & intelligentias, cælum & elementa, immo omnes causas a quibus dependet res ipsa, consequentia probatur ex dictis eorum. falsitas consequẽtis iam est nota. Adde quod hæc opinio est contra Ar. 7. diuinorum vbi concludit diffinitionem esse orationẽ constantem ex genere & differentijs, vel ex differentia vltima, vt diffinitio hominis est animal bipes, etiam eodem. 7. Metaph. Ar. dicebat quoniam vero diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet, ut autem ratio ad rem, & pars rationis ad partem rei similiter se habeat; sed causæ extrinsecæ non sunt partes rei quomodo igitur poterit esse vt ponantur partes definitionis. Rationes quibus isti mouentur non sunt alicuius momenti, quia. Prima solui potest hoc modo dicendo ꝙ esse rei dependet ab omnibus causis complete, non autem intrinsecæ nisi à duabus tãtum, scilicet à materia & à forma, & sic solum per materiam & formam definire oportet res omnes habentes esse in materia. Secunda quoque soluitur dicendo ꝙ scientia quæ est per formam & materiam est perfecta quidditatiue adeo ꝙ nihil addi potest, sed non est perfecta simpliciter, propterea addi potest non quidem ad quidditatiuam cognitionem, sed ad cognitionem quatenus cognitio est.

Impugnatur Burl. Tex. 42. Tex. 33. Cõmẽ. 11.

Alij dicunt ꝙ materia est pars essentiæ substantiæ compositæ, quia materia & forma sunt partes essentiales ipsius compositæ substantiæ, & appellantur ab Auerr. partes secũdum qualitatem vtpatet primo Phys. & dicunt ꝙ hoc voluit Auerr. 7. Metaph. vbi declarauit quomodo materia se habet respectu substantiæ compositæ: Si igitur hoc nomẽ substantia

Burleus Gualterius. Cap. 3. Impugnatur Burl. Mareus Ant. Zimara. Theor. 9. Cõmẽ. 5. Cõmẽ. 34.

substantia dicitur simpliciter de materia substantiæ compositæ ex materia & forma, & de forma eius, & de composito, tunc forma substantiæ dicetur esse substantia rei, cum ipsa declarat essentiam eius, materia vero dicitur secundum considerationem ad substantiam compositam ex materia & forma, sed esse partem substantiæ secundum considerationem ad substantiam declarantem essentiam rei non dicitur q̃ sit pars substantiæ, sed q̃ sit apparens & deferens formam in suam diffinitionem, quia illud quod diuersificat essentiam a quidditate in substantijs compositis ex materia & forma est materia, & quoniã in causis præcisis & adequatis, sicut affirmatio est causa affirmationis sic negatio est causa negationis vt patet primo poster. inde prouenit q̃ in substantijs abstractis a materia, quidditas & essentia sunt idem, in compositis autem inter essentiam & quidditatem reperitur magnum discrimen vt docet Philosophus 7. Metaph. propterea sola forma est quidditas, materia verò est pars non quidditatis, sed ipsius essentiæ, vnde in 3. de anima Auerr. super illis verbis in quibusdam idem est caro & carnis esse, inquit causa propter quam hæ duæ intentiones non inueniuntur in omnibus entibus est quod quidditas & essentia in entibus simplicibus est idem, verbi gratia q̃ esse carnis est idem cum carne; quia intentio carnis in eis non est ex materia, propter hoc subdunt isti in rebus compositis ex materia & forma ipsa forma est tota quidditas, quia ipsa est obiectum intellectus, nam vniuersale est obiectum intellectus, forma est subiectum vniuersalitatis vt dicit cõmen. primo cœli, & idem Philosophus formam appellat rationem & quodquid erat esse, & per oppositum, quia prima materia est primo diuersa à forma, quia non est forma nec habens formam, ideo vt inquit Commentator 12. Metaph. non habet aliquam intentionem alicuius vniuersalis intellectam ab ea & ideo secũdum se ignota est, vt docuit Ar. 7. primæ philosophiæ propter hoc non est quidditas, nec pars quidditatis, sed bene est quædam essentia distincta ab essentia formę, ex his de facili soluuntur rationes quas adduxũt Thomiste pro defensione opinionis D. Thomæ & præcipue illa quam tanti facit Caietanus Cardinalis, quicquid est de essentia omnium indiuiduorum contentorum sub specie vniuersaliter conceptum, est de essentia speciei, hanc probat Caiet. quia aliter essentia specifica nõ diceret essentialiter totam essentiam indiuidui, sed materia est de essentia omnium iudiuiduorum naturalium: ergo materia vniuersaliter accepta est de essentia speciei, & sic non cadit in specie vt deferens ipsam, sed vt pars essentialis, concedunt totam rationem q̃ materia sit pars non quidditatis, quia est sola forma, sed essentiæ, hoc concludit & hoc ipsi docent vnde non est contra ipsos. Ratio secunda quam putat esse Achillem, quę est in omni obiecto quidditatiue sumpto cui conuenit aliqua passio adequata oportet inueniri intrinsece causam illius passionis, sed corpus contrarietati subiectum quidditatiue sumptum, est subiectum, cui conuenit corruptibilitas per modum passionis adequate: ergo in corpore contrarietati subiecto quidditatiue sumpto oportet intrinsece inuenire causam corruptibilitatis, talis causa non est nisi materia, igitur materia est pars essentiæ, maior patet quia passio fluit ab intrinsecis principijs quidditatis & essentię, aliter non conueniret ei secundum q̃ ipsa, minor probatur, ex eo quod corruptibilitas primo concluditur de corpore subiecto contrarietati, tota ratio conceditur, quia materia est pars essentiæ sed non quidditatis, quæ est sola forma: Immo hæc ratio est contra Caiet. in quæstione de subiecto naturalis Philosophiæ, vbi tenet ens mobile esse subiectum adequatum, quia transmutabilitas, siue corruptibilitas conuenit adequate enti mobili, & non corpori mobili propter hoc corpus mobile non est subiectum adequatum, modo dicit q̃ corruptibilitas est passio adequata ipsius corporis, quo stante sequitur de necessitate id esse ponendum adequatum subiectum in philosophia naturali quod tamen negat ipse in quæstione propria quandoquidem ens mobile est adequatum subiectũ de mente D. Tho. vt alias diximus. Tertia ratio est hæc, quod est pars humanæ naturæ, est pars quidditatis humanæ, quia natura & quidditas sunt idẽ, sed materia est pars naturę humanę: ergo materia est pars quidditatis. Soluitur eodẽ modo concedendo materiam esse partem essentiæ & substantiæ compositæ, sed non ipsius quidditatis, quæ est forma dumtaxat, & negant q̃ natura & quidditas sint idem, vide quam viam inuenerunt isti effugiendi rationes istas & omnes alias

Cap. 8.

Ter. 11. Cõmẽ. 9.

Cõmẽ. 92.

Cõmẽ. 14.

Tex. 15.

Lib. de ente & essentia cap. 2.

Caietanus, cõtrariatur sibiipsi, in quæst. de subiecto adequato philosophiæ naturalis.

Secũd. Add. 1 Phys.

alias eis consimiles, non aduertentes q̃ hæc fuga est expresse contra Ar. sexcentis in locis, & præcipuus locus habetur 5. diuinorum vbi docens significata substantiæ, inter alia assignat hoc amplius quodquid erat esse, cuius ratio est definitio, & hæc substantia, videtur vniuscuiusque, vbi pro eodem capit substantiam & quidditatem, valet igitur, illud quod est pars substantiæ & essentiæ est pars quidditatis: Si igitur materia est pars substantiæ compositæ: ergo sequitur necessario q̃ sit pars quidditatis, alius quoque locus habetur 7 primæ Philosophiæ, vbi soluens quæstionem illam Philosophus quomodo definitio reperitur in substantijs & in accidentibus, ait q̃ quodquid erat esse vno modo significat substantiam, & infra vbi quærit quomodo se habet quodquid erat esse ad id cuius est, ait quodquid erat esse dicitur singuli substantia, & paulo superius quod quidem igitur definitio cõcludit, quæ quidem est ipsius quodquid erat esse ratio, & quodquid erat esse substantia & essentia est, quid clarius? immò Auerroesmet iuxta cuius doctrinam ponunt discrimen inter essentiam & quidditatem, loquens 7. Metaph. de ipsa quidditate, ait quidditas rei descriptione logica describitur sic q̃ est illa quam significat definitio, & etiam alia descriptione logica & est quę datur in respõsione ad quæstionem factam per quid, aut quare; ex his ergo paucis luce meridiana clarius apparet, quomodo substinentes hanc positionem allucinantur in re tam notissima & manifesta.

Cap. de substantia defẽditur Caiet. contra zimaram.

Tex. 14.

Tex. 10.

Comẽ. 58.

Opinio quorundã Thomist.

Aliqui sunt qui conantur concordare Auerr. cum D. Tho. & dicunt q̃ essentia potest capi primo pro entitate resultante ex materia & forma, seu ex compositione materiæ & formæ & dicitur tertia entitas quæ vocatur essentia largo modo, quia cum materia habeat duplicem gradum, vnum quo materia est materia, & alium à forma, per gradũ quo materia est materia, est principium indiuidui, per gradum quem habet à forma est principium speciei & essentię. Secundo modo potest capi essentia pro forma cuiuscunque rei compositę qua dicitur esse per se & principaliter. Primo modo in doctrina D. Thomæ ponitur materia pars quidditatis & essentiæ, sed non secundo modo, quia materia non est pars formæ & sic intelligit Auerr. vnde nulla est controuersia inter B. Tho. & ipsum Auerr. immo ambo conueniunt in eadem positione & sunt concordes, & adeo magnificiunt istam concordiam q̃ non sunt veriti publicæ in concertationibus substinere istam positionem. Sed hi qua ccitate ducantur videant quæso omnes; nam nullus sutor, nullus macellarius, nulla denique feminicula quæ legere solumodo sciat reperitur, qui non falsam atque absurdissimam hanc concordiam iudicabit cum D. Tho. 7. Metaph. in expositione 33. contextus, digrediatur aliquantulum & dicat, q̃ circa diffinitiones rerum, & earum essentias est duplex opinio. Quidam enim dicunt q̃ tota essentia speciei est ipsa forma sicut q̃ tota essentia hominis est anima, & propter hoc dicunt q̃ eadem secundum rem est forma totius quæ significatur nomine humanitatis, & forma partis quæ significatur nomine animæ, sed differunt solum secundum rationem, nam forma partis dicitur prout perficit materiam & facit eam esse in actu, forma autem totius secundum quod totum compositum per eam in specie collocatur, & ex hoc volunt q̃ nullæ partes materiæ ponantur in diffinitione indicante speciem; sed solum principia formalia speciei, & hæc opinio videtur Auerr. & quorundam sequentium eum & subdit ex professo impugnando istam opinionem dicens, sed hoc videtur contra intentionem Ar. dicit enim in 6. q̃ res naturales habent in sui diffinitione materiam sensibilem, & in hoc differunt à mathematicis non autem potest dici q̃ substantiæ naturales diffiniuntur per id quod non sit de essentia earum; quia substantiæ nõ habent ex additione, sed sola accidentia vt docuit Philosophus in hoc 7. vnde relinquitur q̃ materia sensibilis sit pars essentiæ substantiarum naturalium, non solum quantum ad indiuidua, sed etiam quantum ad species ipsas, diffinitiones non dantur de indiuiduis, sed de speciebus. Vnde est alia opinio quam sequitur Auicenna & secundum hanc forma totius, quæ est ipsa quidditas speciei differt a forma partis sicut totum à parte, nam quidditas speciei est composita ex materia & forma, non tamen ex hac materia & ex hac forma quæ sunt indiuiduæ, ex his enim componitur indiuiduum, vt Socrates, & Callias, & hæc est sententia Ar. ex his ergo liquido constat D. Tho. sequutũ fuisse Auicennam qui ex diametro tenet contra Auerr. non ergo potest esse aliqua con-

Reprobatur supradicta positio.

Tex. 8.

Tex. 17.

Auicenna lib. de sufficientia c. 3.

cordia inter Auerr. & D. Tho. in hac disputatione vt aliqui fingunt. Preterea totum non dicit tertiam entitatem distinctam à partibus, in doctrina Anerr. sicut dicit manifeste apud D. Tho. igitur nulla concordia potest esse inter Auerr. & D. Tho. in hac disputatione, consequentia probatur, quia propterea ponitur ab istis ꝙ materia sit pars essentię cōmuniter sumptę quia essentia ponitur quid realiter distinctū a partibus suis. Si ergo essentia non est quid realiter seiunctum à materia & à forma non poterit dici ꝙ materia sit pars essentiæ, Antecedens probatur quia tenent isti ꝙ apud Auerr. forma totius non differt a forma partis nisi quia illa intelligitur & significatur per nomen prædicabile de compositis singularibus vt per hoc nomen homo, vel animal, forma vero partis vt significatur ac intelligitur per nomen de nullo composito prędicabile, vt per hoc nomen; anima rationalis, vel sensitiua, & sic idem est rationalis anima & homo, idem sensibilis anima & animal, & sic forma partis & totius idem sunt in doctrina Auerroica.

Lib. de ente & essentiæ Cap. 2.

Forma totius & forma partis sunt idem apud Auer.

Sed iam tempus est vt horum reiectis sententijs in medium afferre sententiā D. Tho. studeamus, pro cuius intellectione est sciendum primo ex Commentatore Auerr. 7. Metaph. ꝙ diffinitio competit formis existentibus in materijs quoquo modo, quoniam in diffinitione istius substantiæ quæ est forma apparet aliud & est substantia, vera autem diffinitio est illorum diffinitorum in quibus non apparet aliud, vnde anima quia est exi stens in alio non habet perfectam diffinitionem, ex quo dicto Auerr. colliguntur duo quorum alterum est ꝙ vere diffinitiones sunt compositorum vniuersalium vt hominis vniuersalis in cuius diffinitione ponitur materia & forma quæ sunt de essentia hominis: sed diffinitio formæ materialis non est perfecta, quia apparet materia quæ non est de essentia formæ. Alterum vero est ꝙ diffintiones talium formarum sunt de numero illarum in quibus apparet aliud, & est subiectum: vnde quodammodo sunt ex additione, vt per pulere docuit D. Tho. in 7. diuinorum quod postea confirmauit Roma nus Egidius 2. de anima. Quanquam Auerroiste nolunt intelligere hanc veritatem, quia dicunt ꝙ diffinitiones ex additione sunt accidentium & est differentia magna valde vt dicit Commentator in 7. quia subiectum quod caddit in diffinitione accidentium est aliud secundum naturam & secundum genus, similiter illud quod fit ex subiecto & accidente, non est vnum, & sic diffinitiones formarum materialium sunt medie quodāmodo inter diffinitiones accidentium quæ simpliciter dicuntur ex additione, & inter diffinitiones substantiarum compositarum vniuersalium quæ sunt simpliciter & principaliter diffinitiones, vnde pro quanto diffinitio formæ materialis datur per subiectū quod non est de essentia formæ videtur esse de numero illarum quæ sunt ex additione, & de numero illarum quibus apparet aliud, pro quanto verò datur per ea quæ sunt eiusdem generis & ex eis fit perse vnum accedit ad aliud extremum & conuenit cum diffinitionibus quæ sunt simpliciter diffinitiones, sed nos dicimus ꝙ cum diffinitio non sit nisi rerum existentium in recta linea prædicamentali habentium speciem completā, quia diffinitio componitur ex genere & differentia, sola accidentia autem inter entia & specie completa debent dici diffinibilia per additamentum, ideo proprium accidentibus dixit D. Tho. est diffiniri per additamentum vnde & anima diffinitur per aliud extra essentiam suam pro quanto participat naturam accidentis, hæc est clarissima sententia sua in libello de ente & essentia. Notandum quoq; est quod quidditas competit substantiæ & accidentibus non tamen eadem ratione, sed cum substantiā sit perse ens, accidentia verò entia, quia taliter entis vt 7. Metaph. testatur Ar. & quemadmodum res se habet vt sit, ita se habet & ad quidditatem vt in eodem 7. habetur, necessario sequitur substantiam simpliciter & perse habere quidditatem, accidentia verò secundum quid & secundario, & quia substantia de tribus tantummodo prædicatur vt latius scripsimus in quæsito de potentia materię primæ & vt colligitur ex Ar. 2. de anima & 7. & 8. Metaph. s. de materia forma & de tertio quod ex his conflatur composito, substantia vero composita magis ens magisq; substantia est q̄ materia & forma, ideo vera quidditas substantiæ erit composita ex materia & forma, & iste partes substantię cōpositæ materia & forma substantiæ sunt, quia partes substantiæ sunt vt dictum est, quia non perse subsistūt sicuti

Cōmē. 40.

Vera diffinitio quorum est.

Cōmē. 34.

Cōmē. 2.

Tex. cōmē.

Sola accidētia debent diffiniri per additamentum.

Cap. 2.

Tex. 2.

Tex. 14.

Tex. 1.

Tex. 8.

Tex. 3.

sicuti est substantia composita quæ propriæ principaliter & maxime substantia dicitur vtpatet in prædicamentis, vnde ipse erūt partes quidditatis. Tertio est notandū quod ista quinque nomina, scilicet essentia, quidditas, quodquiderat esse, forma, natura idē sunt realiter, differunt tamen secundum rationem, vnde essentia dicitur illud per quod res constituitur in proprio genere & in propria specie, & etiam dicitur illud quod significatur per diffinitionem. Quidditas quoque est illa quę datur ad interrogationem factam per quid. Dicitur quodquideſt, vel quodquiderat esse illud per quod res habet esse quid, & de hoc plenus est totus fere septimus liber Metaph vtpatet expresse tex. 12. & tex. 20. Dicitur forma secundum ꝙ per formam significatur perfectio, vel certitudo cuiuscunque rei vt ait Auicennas 2. Metaph. Dicitur natura prout est illud, quod quocunque modo intellectu capi potest, non enim res est intelligibilis nisi per suam diffinitionem & essentiam, quo pacto Philosophus ait 5. diuinorum omnis substantia est natura, quod etiam testatur Boetius in libro de duabus naturis & vna persona Christi hanc doctrinam oportet, velint, nolint, fateri etiam Auerroiste quia ipsi dicunt ꝙ essentia & quidditas non differunt nisi respectu vtpatet per Augustinum Niphum virum sua tē pestate clarissimum. Dicitur enim essentia quatenus est principium diffiniendi. Quidditas vero est id quod per diffinitionē explicatur, vnde Commentator 7. diuinorū ait ꝙ diffinitio est sermo certificatiuus quidditatis & essentiæ, habens quidditatem est compositum ex materia & forma, & hoc secundum rem est singulare: tamen vt concipitur ab intellectu est vniuersale, non vt sue conceptioni correspondeat aliquid præter singularia, nihil enim ipsi composito vniuersali in mente, vel in voce, vel in scripto correspondet præter singularia, tamen dicitur vniuersale quia concipitur sub quadam confusa indifferentia adhoc vel ad illud singulare. singulare vero est habens quidditatē, & cō positum discrete sumptum vt Socrates, vel Plato. Notandum est postremo ex Ar. 8. diuinorum & ex D. Tho. ꝙ genus sumitur à materia & differentia à forma, vnde genus non est propriæ materia, nec differentia forma, quia genus & differentia prædicantur de specie, materia autē & forma non prædicantur de cōposito, ex quo intelligendum est ꝙ genus sumitur ab eo quod est materiale in re, differentia vero ab eo quod est formale, sicut genus hominis est animal, quia significat aliquid habens naturam sensitiuam, quæ quidem materialiter se habet ad naturam intellectiuam, & inde est ꝙ genus habet differentias potestate, & ꝙ genus & differentia proportionantur materiæ & formę, hinc male sentiunt illi qui volunt, ꝙ genus refert materiam, & differentia formam, propter dictum Porphyrij in prædicabilibus vbi asserit ꝙ sicuti statua componitur ex ære tanq̄ ex materia, & ex immagine tanq̄ ex forma, ita homo componitur ex genere veluti ex materia, & ex differentia veluti ex forma Ar. quoque 10. Metaph docet quæ conueniunt genere conueniunt etiam in materia, & sic genus significat puram materiam & tamen Alex. 2. Naturalium quęstionum pluribus rationibus ostendit ꝙ genus non est materia, nec differētia pura forma, inter alias hæc est potissima quia genus est in suis speciebus & prædicatur de illis in eo ꝙ quid est, & hac ratione dicitur commune & vniuersale, sed materia non sic commnnis dicitur: sequitur ergo genus non significare materiā, alia quoque ratio est quia genus est æternum secundum speciem, & per continuam eorumq; fiunt successionem, sed materia est vna numero existens, æterna, & in mortalis quare sequitur genus materiam tantum non posse significare, neq; etiam formam vniuersalem significare poterit vt quiddam Auerroiste docere videntur, ꝙ genus signficat formam per quam sortes reponitur in genere, vtputa animam sensitiuam per quam sortes est animal, hoc enim esse non potest, quia anima sensitiua non prædicatur de sorte si cut genus puta animal, significabit. Ergo genus totum, vt quædam denominatio determinans significat id quod est materiale in re, sine determinatione propriæ formæ, & hoc est dictum quod genus sumitur à materia, scilicet radicaliter & sic venit intelligendum dictum Porphyrij & Ar. quod contrarium concludere videbatur.

Cap. de substantia.

Essentia & quidditas & alia tria nomina sunt idem.

Tex. 2.

Tex. 5.

15. disp. 7. Metaph.

Commē. 42.

Tex. 16.

De ente & essentia c. 3.

Cap. de differentia.

Tex. 25.

Cap. vltimo

Genus nō significat materiam.

Genus sumitur a materia quomodo intelligitur.

Quibus iactis ponitur hæc conclusio quidditas non est simplex forma sola, sed est composita ex materia & forma & sic materia non est deferens quidditatem, nec est pars essentiæ & non quidditatis vt aliqui sentiunt, sed veræ & propriæ sua natura est pars

Materia capitur tripliciter.

quidditatis. Sed aduerte ꝙ materia tripliciter capitur pro nunc. Primo pro materia quæ est vna numero omnium formarum. Secundo pro materia particulari vt hec carnes & hec ossa. Tertio pro materia generica, vel specifica, siue vt est allotiata cum forma generica & specifica, conclusio non intelligitur primo, aut secundo modo, sed tertio modo, & hæc conclusio est de mente D. Th.p.p. quærentis nũ anima sit homo vbi vtitur ipse B. Tho. hac ratione idest de quidditate rerum naturalium, quod comprehenditur sub definitione ipsarum, hæc per tanto est vera, pro quanto dictum est supra, ꝙ quidditas est significatum definitionis sed nõ solum simplex forma, sed etiam materia communis comprehenditur sub deffinitione: igitur ponenda quoque est materia communis vt vera pars quidditatis, minorem probat quia sicut de diffinitione huius hominis est vt sit ex hac anima & ex his carnibus & ossibus, ita de diffinitione hominis est ꝙ sit ex aĩa & carnibus, & ossibus quia de quidditate speciei est quicquid cõmuniter est de

Q. 75. ar. 4.

Cap. 2.

subſtãtia omniũ indiuiduorum contentorũ sub ipsa specie, eandem conclusionẽ ponit in libello de ente & essentia vbi probat ꝙ quidditas rerum naturalium non est materia tantum, quia ipsa non est principium cognoscendi cum de se sit ignota, nec est forma tantum, quandoquidem diffinitiones naturales per hoc differunt a mathematicis, quia iste significant solam formam idest formam absque materia sensibili, naturales significant formam & materiam sensibilem, nec est aliqua relatio inter materiam & formam aut aliquid additum composito ex materia & forma, quia omnis talis relatio, & tale additum est accidens extraneum ergo a sufficienti diuisione erit quid compositum ex materia & forma, quia hoc est illud quo tamquam completo principio subsstantia composita denominatur ens. Et confirmatur quia omne quod est, vel est quidditas, vel habens quidditatem, vel pars quidditatis, si enim illud non est aliquid horum trium nihil est, sed materia non est quidditas, nec habens quidditatem: ergo est pars quidditatis. Confirmatur adhuc quia quidditas rei sufficit ad hoc vt res sit, sed forma simplex sola non sufficit igitur forma sola non est quidditas, & hæc est expressa opinio Ar. in 7.

Quidditas non est relatio inter formam & materiam.

Tex. 33.

diuinorum vbi habet quoniam vero diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet, & sicuti se habent partes rationis ad rationẽ, sic se habent partes rei ad rem, vti ergo partes rei nempe compositæ puta materia & forma exprimunt totam rem, ita omnes partes

Tex. 65.

rationis totam rationem rei & primo Phys. vbi inquirit quæ sunt principia rerum naturalium, ait ea esse ex quibus res naturales sunt & fiunt per se & non secundum accidens, & dans modum cognoscendi istam veritatem, ait resolues rationem rerum naturalium in rationes ipsorum, quibus stantibus conficias tu sic ratiocinium, idest quiddita rerum naturalium, est in quã resoluitur ratio earum, sed non resoluitur in formã

Pulchra ratio pro conclusione.

tantum, nec in materiam tantum, sed in formam & materiam simul, vt homo musicus resoluitur in hominem & in musicum, igitur forma & materia pertinent ad quidditatẽ rerum naturalium 7. Metaph. pluribus in locis ait Philosophus aperte materiam per-

A. tex. 13. vsq; ad 40.

tinere ad quidditatem rerum naturalium, vt est locus manifestus in tex. 13. vbi habet, ꝙ incisio non pertinet ad diffinitionem, sed syllaba quę est elementorum, elementa autẽ pertinent ad materiam, quasi dicat syllaba diffinitur per elementa ex quibus componitur, elementa autem respectu syllabarum reducuntur ad genus causæ materialis vt patet 2. Phys. & sic vult Philosophus materiam esse de quidditate definiti. Adde & ta-

Tex. 31.

men ꝙ si Anima non est animal totum, nec anima est tota quidditas. Adhuc habemus Ar. reprehendentem Platonem de parabola Socratis iunioris quam consueuit dicere non bene se habet, quia non est simile de circulo & homine, superfluum enim est auferre materiam a quidditate rerum, quia quædam sunt hoc in hoc idest forma in materia. Ad-

Tex. 6.

de etiam ꝙ 8. Metaph. laudauit Architam tarantinum qui diffiniebat per materiam & formam, vbi commen. ait in commen. ꝙ tales sunt diffinitiones perfecte & sunt rerum naturalium, & aduerte quod hoc non solum veritatem habet in rebus naturalibus, verum etiam & in artificialibus vt bene notauit Ammonius super porphyrium, & primo

Cõmẽ. 16

de anima commen. 16. docuit Auer. ꝙ diffinitio si omittit formam & recipit materiam diminuta est, si vero sumit formam & dimittat materiam videtur dimittere aliquod nõ necessarium, sed non est ita quoniam forma debet accipi in diffinitionibus secundum dispositio-

dispositiones in quibus existit, & lucidissimus Themistius in eodem loco dicit diffinitio ea quæ matetiam tantum sectatur eius est, qui naturam explorat, sed cessans & manca est nisi formæ meminerit, at formam quidem semper indiffinitionibus collocare debemus quæ locum principem optineat, ita tamen vt a materia non recedamus etiam si forma ratione possit abiungi, etenim formæ naturali semper materia opus est, Sed dices concedo ꝙ materia est pars definitionis, & essentiæ, non tamen est pars quidditatis, contra quia dictum est supra ꝙ quidditas & essentia sunt idẽ. Deinde est contra Auer.

Definitio sine materia est manca.

Comm. 27.

7. Metaph. vbi habet ꝙ quidditas quam habent species in rebus generabilibus est aliquod medium ideſt compositum ex materia & forma, quod Boetius in libro de duabus naturis & vna persona Christi & Commentarijs prædicamentorum dixit, Vsya significat compositum, Vsy enim apud Grecos idem est ꝙ essentia apud nos, & Auicennas hoc idem semper docuit dicens ꝙ quidditas substantiarum compositarum est ipsa compositio formæ & materiæ, si alias quoque probationes requiris vide Caietanum Cardinalem 2. cap. de ente & essentia, vbi hoc idem pluribus rationibus & authoritatibus confirmat.

De substãtia Metaph. 4.

Et ne prolixior sit nostra disputatio quam natura subiecti perquirat, reuertamus ad principale institutum siquidem nõ est difficile soluere quæ huic veritati opponebantur, & ad primum dicimus ꝙ materia duplex est, altera communis veluti sub forma generica & specifica considerata, vt dictum est supra; altera particularis veluti quæ est sub forma indiuidui & vt habet potentiam cum priuatione annexam ad reliquas formas recipiendas, quo stante dico ꝙ Ar. Auer. & Themist. intelligunt de materia secundo modo sumpta ꝙ materia est principium quo res esse & non esse poterit. Ad secundũ dicimus ꝙ materia secundum se est ignota, non autem vt permanet sub forma generica & specifica. Similiter ad tertium concedimus ꝙ per solam formam res efficiuntur intelligibiles, sed primo & principaliter per materiam enim communem quoque res sunt intelligibiles licet non per materiam signatam. Ad quartum negamus materiam communem esse non ens, nec priuatio est forma materiæ licet sit absentia & carentia ipsius. Ad quintum concedit D. Tho. materiam signatam sub certis dimensionibus esse principium indiuiduationis; sed non materiam communem, nec oppositum huius sentit Auerr. Sextum quoque soluitur eodem fundamento quo supra, ꝙ materia quæ habet annexam priuationem est causa corruptionis, sed materia communis est per quam æternantur etiam ipsæ res naturales. Ad septimum concedimus matetiam signatam esse causam distinctionis quidditatis à supposito, sed non communem & sic intellexit Ar. 3. de anima in conceptis cum materia signata & sensibili quodquid est differt ab eo cuius est. Et sic ad octauum docemus nos quoque partes materiales signatas & sensibiles esse posteriores, non autem specificas & vniuersales. Ad nonum concedimus formam esse quodquid erat esse tanquam principalissimam partem diffinitionis & completiuam eiusdem, sed non simpliciter, hinc appropriate potest dici quidditas, sed non totaliter vti anima dicitur homo, & puppis nauis, & senatus ciuitas, quia est principalior pars eius, sed non dicitur totaliter. Ad decimum negamus materiã non esse naturam, & ad dictum Philosophi dicimus ꝙ non est integrum, ait enim ibi Ar. definiens ea quæ à natura denominantur, habentia naturam sunt illa quæ habent in seipsis principium sui motus, & talia sunt omnia subiecta naturæ, quia natura est subiectum secundum ꝙ natura dicitur de materia vt exponit D. Tho. & est in subiecto semper, vt natura dicitur de forma. Vndecimũ soluit D. Tho. exponendo tex. 28. vbi Ar. ait ꝙ ad causam formalem reducuntur omnes partes quę ponuntur in diffinitione, mouet dubium S. Tho. quomodo ergo in definitione rei ponitur materia, si partes diffinitionis sunt in genere causæ formalis, & respondet ꝙ materia indiuidualis est illa quæ non ponitur in definitione speciei, sed materia communis ponitur vt puta in definitione hominis ponuntur carnes & ossa, non autem hæ carnes & hæc ossa, natura enim speciei constituta ex forma & materia communi se habet vt formalis respectu indiuidui, quod participat talem naturam & pro tanto dicitur ab Ar. ꝙ partes quæ ponuntur in definitione ad causam formalem pertinent. Ad duodecimum dicimus quoque Ar. excludere a quid-

Solutio primi Arg.

Soluitur secundũ Arg.

Solu. 3. Arg.

Solu. 4. Arg.

Solu. 5. Arg.

Solu. 6. Arg.

Solu. 7. Arg.

Tex. 9.

Solu. 8. Arg.

Solu. 9. Arg.

Sol. 10. Arg.

Sol. 11. Arg.

Sol. 12. Arg.

Tex. 10.

à quidditate materiã particularé, non autem communem, & quando in 7. Metaph. Ari. dicit, ꝙ de tertia ſubſtantia puta de forma eſt perſcrutandum, ſubiungit quia eſt maxime dubitabilis, & non dixit perſcrutandum eſt de forma quæ ipſa ſola ſit quidditas, immo ex illo loco potius habemus argumentum in contrarium, ꝙ dubitabile eſt nam forma ſit quidditas. Ad tertiumdecimum quod eſt argumentum ſophiſtarum dico ꝙ non concludit, quoniam quidditas hominis eſt compoſita ex materia & forma, vt eſſentia habita ab aliquo puta ab homine, homo vero eſt compoſitus ex materia & forma vt ſubiectum habens eſſentiam, vt docet D. Th. & etiam Scotus & Antonius Andr. 7. Metaph. nec valet illa maxima, quęcunque ſunt eadem realiter quid quid prędicatur de vno prædicatur de altero, quia aliquid poteſt conuenire vni vt diſtincto ſecundum rationem ab altero quod non conuenit alteri, vt puta habere quidditatem conuenit homini vt diſtincto ſecundum rationem à ſua quidditate, quia homo eſt habens, quidditas eſt habita. Ad quartumdecimum dicimus ꝙ res mathematicæ abſtrahunt a materia ſenſibili quæ eſt affecta qualitatibus ſed non abſtrahunt à materia intelligibili vt docet D. Tho. 2. Phyſ. Ad vltimum dicimus reſponſionem datam eſſe optimam & ad replicam concedimus materiam ſolam & ſecundum ſe non eſſe quidditatem, nec partem quidditatis ſed prout eſt aſſociata cum forma.

Soluitur tertiũ decimũ Arg.

4. contra gent. cap. 81. quæſt. 11.

Soluitur quartumdecimũ Arg. Commé. 18.

Solutio vltimum Arg.

Vt pluries diximus forma quoque eſt pars quidditatis, ſed principalior & terminatiua eiuſdem, ideo appropriate dicitur quidditas, ſed non ſimpliciter, hæc enim eſt rei veritas apud Philoſophos quæ eſt conſona quoque ſacris Theologis cum verum vero non contradicat, vt patet per D. Tho. 3. ſent. diſt. 5. q. 3. ar. 3. & 3. p. q. 3. ar. 3. vbi quęrit num filius dei debuerit aſſumere humanam naturam abſtractam ab omnibus indiuiduis, & determinat in corpore articuli quomodo ad naturam ſpeciei rerum ſenſibilium pertinet materia ſenſibilis, quæ ponitur in eius definitione ſicut carnes & oſſa in definitione hominis alludendo ad iſtam veritatem declaratam & per omnia benedictus Deus.

Hęc veritas eſt cõformis veritati theologicæ.

DISPT.

DISPVTATIO HABITA AB EODEM MAGISTRO MATHIA AQVARIO.

In qua oſtenditur formam eſſe præſtantiorem compoſito, contra aliquos Philoſophos oppoſitum aſſerentes.



VAERO num forma ſit præſtantior compoſitõ, & arguo ad oppoſitam partem, quia totum eſt perfectius non toto; compoſitum eſt totum, forma non eſt totum: ergo compoſitum eſt perfectius: maior eſt Ariſt. primo cœli: minor eſt de ſe manifeſta, cõſtat enim compoſitum ex materia & forma tanquam ex partibus. Secundo Præterea quod plures includit perfectiones eſt perfectius eo quod pauciores includit, Ariſt. habet iſtam propoſitionem primo topi & eſt nota ex ſe; ſed compoſitum plures includit perfectiones q̃ forma ipſa, nam continet perfectiones ſuipſius & perfectiones materiæ & formæ: ergo compoſitum eſt perfectius forma ipſa. Tertio finis eſt nobilior his quæ ſunt ad finẽ 2. Phyſ. ſed compoſitum eſt finis materiæ & formę: ergo eſt eis nobilius; minor eſt Auerr. 2. de anima, vbi habet, dicimus enim ꝙ anima & corpus non ſunt niſi propter animatũ. Quarto Illud eſt nobilius quod plures includit formas, ſed compoſitum plures includit formas, quia complectitur formam partis & formam totius: igitur compoſitum eſt præſtantius forma. Quinto continens eſt præſtantius contento ex 4. Phyſ. ſed compoſitum eſt continens, forma eſt contenta vt ſcribitur primo Phyſ. ergo compoſitum eſt præſtantius forma. Sexto Prioritas totius ad partes eſt prioritas formæ ad materiam, prioritas partium ad totum eſt prioritas materiæ ad formam vt ſcribitur. 7. Metaph. nunc arguo, partes reſpectu totius ſunt vt materia: ergo imperfectiores compoſito nam forma informans eſt pars compoſiti: igitur imperfectior compoſito. Septimo ens perſe eſt perfectius & præſtantius ente per accidens, ſed compoſitum eſt ens perſe forma eſt ens per accidens quod patet ex generationibus ipſorum quia compoſitum perſe generatur, forma vero per accidens: igitur compoſitum erit præſtantius forma. Octauo eſſe compoſiti non ſolum eſt à forma ſed à materia: ergo compoſitũ propter illa duo eſſe eſt nobilius forma habente vnum eſſe tantum: conſequentia eſt nota cum antecedente. Nono ſi forma eſſet nobilior compoſito hæc abſurda ſequerentur. Primum ꝙ non eſſẽt tria rerum naturalium principia. Secundum, ꝙ materia non eſſet ſubſtantia ſed nihil. Tertium ꝙ compoſitum eſſet nullum, hæc omnia vnico medio

Tex. 3.

Primũ Arg.

Cap. 6. Secundum Arg.

Tertiũ Arg. Tex. 31. Tex. 37.

Quartum Arg.

Quintum Arg. Tex. 49. Tex. 4.

Sextũ Arg. Tex. 35.

Septimum Arg. 2. Phyſ. circa finem.

Octauũ Arg.

Nonũ Arg. Inconueniẽtia ſequẽtia opinionem aduerſam.

co medio probantur, quia tunc materia nullam diceret perfectionem, & sic non esset bona, nec esset ens & sic nihil quo posito materia non esset principium, & sic non essent tria, & compositum non esset compositum & periret tota Philosophia. Decimo & vltimo hoc probatur q̃ sit de intentione D. Tho. disputantis num in Diuinis sit ponendum hoc nomen persona, & determinat q̃ sic quia persona significat id quod est perfectissimum in tota natura, scilicet subsistens in rationali natura, & cum omne dicens perfectionem sit Deo attribuendum sequitur q̃ in Diuinis sit hoc nomen persona, nunc sic subsistere est perfectius non subsistente, sed compositum est subsistens, forma verò nó ergo compositum est perfectius forma.

Vltim. Arg. P. p. q. 29. ar. 3. Persona qd significat.

In hac quæstione tria faciemus primo declarabimus titulum quæsiti. Secundo determinabimus veritatem. Tertio soluemus quæ obiiciuntur in contrarium.

Ordo quæsiti obseruandus.

Quantum ad primum sciendum est q̃ forma est duplex altera est substantia, altera accidens, substantia adhuc est duplex, altera dicitur impetus mutationis innatus & est natura ex 2. Phys. altera verò est endelechia, siue actus primus corporis Physici quã Animam Philosophus appellitat, est duplex altera obnoxia ortui, & interitui quia educitur de gremio materiæ, vt anima vegetatiua, & sensitiua in brutis, altera verò æterna de foris adueniens continens in se priores, vt perfectio numeri ternarij continet perfectionẽ binarij & hæc est anima rationalis, forma quæ est accidens duplex etiam est, altera corporalis vt albedo in pariete, altera spiritualis vt species intelligibilis est forma intellectus possibilis, & sic etiam habitus scientificus.

Tex. 4. 2. de anima. Tex. 4.

Multiplex forma.

Compositũ ẽ multiplex.

Sciendum etiam q̃ compositum cum ex materia, & forma constet, multiplex est quod dam compositum est substantia, quoddam accidens, compositum quod est substantia alterum est quod componitur ex materia, & forma Simplici vt ignis & terra, alterum verò est constitutum ex corpore & anima vt planta, & animal, compositum quod est accidens dicimus concretum, siue id quod denominatiuum Logici vocant.

Quid sit perfectio. 2. Cœli. Tex. 45. Cap. de substantia. Tex. 4. Tex. 3. Tex. 8.

Perfectio secundum Philosophos est dispositio secundum se indeficiens, & non indigens: vnde illud erit magis perfectum quod erit magis indeficiens & non indigens: ex consequenti illud erit minus perfectum, quod quodammodo deficiens & indigens erit.

Sciendum quoque q̃ hæc quæstio potest haberi e fundamentum ex prædicamentis vbi Ar. vocat substantiam primam quæ est compositum maximè substantiã, & ex 2. Phys. vbi fit comparatio inter naturam, & id quod habet naturam, & quod habet naturam est subiectum, & magis substantia quam natura ipsa, & 2. de anima videtur clarissimè asserre Ar. q̃ compositum sit perfectius ipsa forma. 7. quoque diuinorum ait q̃ ea priorita te qua forma est prior materia compositum est prius forma secundum translationem Alex. & Argir. ex quibus verbis apparet q̃ Auerr. Alex. Simp. D. Tho. & Scotus aperta fronte docent compositum esse præstantius forma. Ex quibus habetur sensus quæsiti quoniam quærimus num forma substantialis sit perfectior composito suo in actu perfecto: hinc videre poteris tu diligens lector errorem illorum qui in suis primordialibus notulis faciunt mentionem de composito potentiali, & tamen de eo nullo pacto venit nostra hæc disputatio intelligenda. Quandoquidem quis ita ignarus est quin nó agnoscat formam esse præstantiorem tali composito hæc de primo.

Opinio Iacobi Bargij Maioritę.

Quo ad secundum sunt quidam qui asserunt formam esse minus perfectam q̃ compositum quia compositum habet omnem perfectionem ipsius formæ & etiam perfectionẽ ipsius materię & quibusdam Sophisticis argumentis probant materiam nedum esse perfectam immò esse perfectiorem forma, quia æternum est perfectius caduco, sed materia est æterna, forma verò caduca: igitur &c. Maior est Ar. minorem docet Alex. 8. Metaphys. dicens, materia est omnium naturalium formarum subiectum quæ formæ corrũpuntur, & materia remanet semper Arist. quoque ex intento probat materiam esse æternam, quia omne quod generatur, generatur ex aliquo, materia non habet subiectũ ex quo generari possit: igitur &c. Addunt aliam rationem demonstratiuam ad principalem conclusionem, quia substantia dicit perfectionem, materia autem est substantia: igitur materia dicit perfectionem. Corroborant hoc quia aiunt accipiamus materiam primam & comparemus ipsam ad priuationem & quærimus quod istorum est

8. Metaph. Tex. 16. Tex. 2.

1. Phys. circa finem. 7. Metaph. Tex. 4. 1. Phy. to. 63.

nobilius

nobilius materia an priuatio, certum q̃ omnes dicunt materiam, & non priuationem. Præterea ens & bonum conuertuntur; sed bonum dicit perfectionem: ergo ens: igitur & materia, cum materia sit ens & bonum, licet non ita perfectum bonum sicut forma cum dicat Ar. primo cæli a primo quidem ente deriuatum est esse his quidem clarius scilicet formæ his obscurius, scilicet materiæ. Item nobilius est esse ipso non esse; sed materia habet esse distinctum a forma & a priuatione: ergo dicit aliquam perfectionem & nobilitatem, huius opinionis est Auer. dicentis q̃ formæ perficiuntur per materiam persuadet hoc idem ratio naturalis quæ vult causam esse nobiliorem causato; sed materia est causa: cum sit vnum ex principijs rerum naturalium: igitur &c nec valet resp. Thomistarum dicentium q̃ causa est nobilior causato tenet hæc propositio de causa in actu, & non de causa quæ est pura potentia quia hæc responsio est contra Ar. & Auer. Ar. enim 8. Metaph. ait q̃ nomen materiæ significat aliquid quod est in actu, & Auerr. lib. de substantia orbis ait loquens de materia prima, hoc autem subiectum est vnum elementum æternum existentium per se, si existit per se necesse est vt aliquam perfectionem dicat eo magis q̃ à materia non potest negari quin non sit in ea actus aliquis saltem imperfectus qui vocatur entitatiuus.

1. de anima Tex. 11. Pri. Phys. Tex. 49. 2. Phys. Tex. 27. Tex. 6. Cap. 1.

Sed hæc opinio ab omnibus reprobatur, & nullus recte philosophando ausus est eam docere, quandoquidem ridiculum arbitramur dari hunc actum entitatiuum in doctrina peripatetica vt alias ostendimus, non n. etiã si detur licentia fingendi imaginari possumus alium actum nisi primum & secundum, actus primus est forma actus secundus est operatio, cum ergo actus entitatiuus, nullus istorum sit sequitur q̃ male cũ posuit Henricus, & Scotus post ipsum & quilibet alius eum docens, reperitur etiam in doctrina Ar. actus simplicissimus cuius intellectio & intellectus sunt idem omnibus modis hic non competit iam materiæ primæ cum sit Deus optimus, nec etiam competit materiæ actus subsistentiæ siue hypostatiticus quia hic conuenit composito singurali nec conuenit materiæ illæ actus medius quem dixit Auerr conuenire orbi, quia orbis est natura media inter puram potentiam, & actum purum in doctrina auerroica, Et si quis ponat actum entitatiuum esse actum trascendentem secundum quem res quelibet est extra causam suam hoc non poterit esse quia id per quod materia est extra causam suam est pura potentia a primo ente ei largita per quam potentiam ipsa materia est sufficiens vt ab alijs rebus sit distincta. Adde & tu quia iste actus entitatiuus est propter esse vel propter diuidi sed neutrum horum est dicendum quia potentia est sufficiens ad esse materiæ & peripsam quoque diuiditur ab omni alio quod non est ipsa: igitur ab Arist. & à veritate est alienus iste actus entitatiuus Deinde si materia esset in actu entitatiuo vt vult iste Iacobinus & potentia est eius propria passio, tunc sequitur q̃ in eo esse quo materia est in actu entitatiuo & in eo priori potest esse per se & actu sine potentia probatur consequentia quia secundum istum hominem subiectum potest esse sine sua propria passione, & si materia erit sine potentia sua passiua tunc non erit motus, neq; trãsmutatio, & tunc peribit scientia naturalis, immo hoc dato statim corruit vniuersa natura, nec fugiendum est ad potentiam obiectiuam, quia ipsa nihil est, quia terminus eius est nihil vt alias ostendimus.

P. p. q. 14. ar. 2. Lib. de substãtia orbis cap. 1. Ratio ad hominem.

Et ad rationes huius opinionis dicimus non concludere, Prima enim non valet, materia est æterna: igitur dicit perfectionem, quia æternitas non dicit perfectionem nec imperfectionẽ abstrahit enim ab vtraque est enim veluti relatio, Deinde forma vt forma non corrumpitur sed bene hæc vel illa forma corrumpitur, & materia æternitatem quam habet sortitur à forma & hoc vult Alex. loco illo. Alia ratio etiam nullius momenti est quia licet materia sit substantia non tamen ex se dicit perfectionem nisi eam quam habet à forma, & licet substantia sit prior tempore, notitia, natura, & perfectione ipso accidenti hæc verba intelligenda veniunt de substantia composita non autem de materia ipsa. Ad aliam rationem dicimus, quod illa est comparatio abusiua & non vera cum vera comparatio sit inter vniuoca. Nec valet habet esse distinctum à forma ergo dicit perfectionem distinctam quia illud esse est esse potẽtiale à quo negatur omnis perfectio: Ad aliam quod materia est bona dicimus quod bonitas in materia est bonitas

Vide Caiet. lib. de ente & essentia cap. 2.

7. Metaph. Tex. 4.

Primo cæli Tex. 100.

entis quod in materia est purum potentiale omni perfectione carens. Authoritas Ar. intelligitur ꝙ à primo ente deriuatum est esse his clarius, scilicet entibus propinquioribus, his obscurius scilicet longe existentia à Deo habent esse imperfectum, propinquiora ad Deum habent esse perfectum, sed non loquitur ibi Ar. de actu entitatiuo sed de graduatione rerum iuxta propinquitatem, & elongationem ad primum principium. Ad rationem naturalem dicimus ꝙ licet materia sit causa est tamen receptiua ipsius formæ & ista receptio potius dicit imperfectionem quam perfectionem quia causa dans esse formaliter vel effectiue dicit perfectionem non autem causa susciens perfectionem ab alio Dicta Arist. & Auerr. & omnium Aliorum si aliquis Doctor inuenitur qui hoc dicat intelligẽda sunt hoc modo videlicet ꝙ materia existit per formã; non autem per aliquid quod sit separatum à forma.

Decisio disputationis præpositæ. Prima ratio probans cõclusionem.

Reiecta hac opinione tanquam falsa proponitur conclusio pro veritate dilucidanda forma est simpliciter perfectior compositio, quia id à quo compositum suscipit nomen & definitionem, determinationem, constitutionem, & perfectionem est eo perfectius, sed compositum à forma suscipit nomen, definitionem, & cætera omnia alia quæ habet vt patet omnibus etiam tonsis: igitur forma erit perfectior & magis ens quàm compositũ Immò forma hoc modo dicitur quoddam totum quia cum duplex sit totum alterũ continens, siue contentiuum veluti aurum est totum respectu metallorum, & Deus dicitur: esse omne vt dixit Parmenides & sic nos sumus partes Dei, non essentiales, aut integrales, sed contentiue, quia sumus in eo contenti eminenter & virtualiter, immò totus mundus continetur in ipso Deo: propterea potest dici quoddam totum respectu mundi, & etiam pars constitutionis illius, vnde Deus est perfectior omnibus entibus mundi coniunctim & diuisim, & compositum ex Deo & mundo non est perfectius Deo, & sic etiam forma potest dici totum continens, siue contentiuum respectu compositi, quia est causa essendi illius in actu & continet omnem perfectionem compositi, & illam materiæ si aliquam perfectionem posito & non concesso quod haberet, propterea absolute & simpliciter est perfectior, magis ens, & magis substantia quam compositum, licet secundum quid possit dici ꝙ sit eo imperfectior quia est pars compositionis illius sed est totum continens siue contentiuum vt dictum est, alterum dicitur totum quod est compositum ex rebus diuersis quarum vna est actus altera potentia & hoc est multiplex vt declarauimus in Additionibus primi Phys. valet igitur ratio præposita ꝙ si à forma compositum suscipit suam perfectionem ꝙ sit ea imperfectius & minus ens, minusque substantia. Præterea per formam, compositum est vnum, & aliquid, & ens, & perfectũ igitur forma erit magis vna, magis ens, magis perfecta quàm ipsum compositum, consequentia patet, antecedens est Arist. 5. Metaph. & etiam 8. Metaph. tex. 16. Rursus dãs esse dat consequentia esse, ex octauo Physicarum ascultationum & ex 3. libro de cœlo, & mundo, sed forma dat esse composito vt scribitur lib 2. de anima: igitur dat omnia quę consequuntur ipsum compositum; sed perfectio est consequens esse compositi: ergo forma dat composito perfectionem, & sic sequitur ꝙ sit perfectior, & magis ens quàm compositum, & confirmatur per regulam posteriorilicam, propter quod vnumquodque tale & illud magis; sed propter formam compositum est & est ens & substantia: igitur &c.

Accipit hoc ex 1. cœli cõmen. 3.

Quomodo si Deo est totũ & pars lege D. Tho. p. p. q. 3. ar. 1. ad 4. Forma est totum contentiuum, & pars compositionis.

Secunda ratio.

Tex. 15. Tertia ratio Tex. 32. Tex. 28. Tex. 36.

P. post tex. 7.

Quarta rõ.

Et hæc regula tenet in causis vniuocis. Item finis est perfectior his quæ sunt ad finem, sed anima est cuius gratia & finis compositi ex 2. libro de anima: ergo anima est perfectior & nobilior animato, & sic vniuersaliter forma est præstantior cõposito; quia eius finis ex 2. de Physico auditu. Adde illud cuius scientia est nobilior & præstantior est nobilius & præstantius vt scribitur in prologo primo de anima & 6. Metaph. sed scientia de anima est nobilior & præstantior scientia de composito, & sic sequitur ꝙ anima sit nobilior animato & ex consequenti forma est præstantior composito quia anima est forma, deinde videmus ꝙ compositum intelligitur per formam, & forma habet minorem compositionem quàm compositum & sic est propinquior & similior primo principio quod est simplicissimum & perfectissimum. Præterea definitio est præstantior definito, sed definitio est forma & definitum est compositum vt habetur 8. libro diuinorum: igitur forma est nobilior ipso composito, tunc enim scimus perfectè cum cognoscimus

Tex. 70. & 81. Tex. 2. 5. 16.

6. ratio. Tex. 16.

gnoscimus quodquid est rerum, & quodquid est compositi est forma ex 2. de anima. Tex. 4.

Septima ratio.

Rursus perfectio compositi quam dicunt aduersarij esse supra formam non erit à materia quia nemo dat quod non habet, non erit ab ipsomet composito quia compositum non habet ex se illud quo est: igitur erit à forma: & sic semper sequitur ꝙ forma erit perfectior composito. Item confessum est apud omnes Peripateticos in vnoquoque genere esse vnum quod sit primum metrum & mensura aliorum. Etiam vulgatissimum est substantiam esse vnum genus, nunc sic simpliciter tale est metrum & mensura & perfectissimum in suo genere vt in genere colorum & in ponderibus docet Arist. 10. Metaph. sed forma in genere substantiæ est simpliciter vt docet Arist. 2. de anima, substantia est vnum genus & infra quod proprie est actus est: igitur forma est metrum & mensura in genere substantiæ & sic erit præstantior omnibus quæ in ipso genere substãtiæ reperiuntur ex consequenti ipso composito. Adde ex concessis ab Aduersarijs æternum est perfectius caduco; sed forma est æterna vt habetur 12. Metaph. & compositum est caducum primo Phys. igitur habetur ꝙ forma sit nobilior composito. Præterea si compositum est perfectius forma, illud aut est propter esse, aut propter operationem, sed vtrumque istorum est à forma nec oportet vti tergiuersatione aliqua ꝙ esse aut operatio sit à composito: ergo sequitur ꝙ forma est præstantior ipso composito huius opinionis est Alex. 7. diuinorum vbi deducit formam esse præstantiorem composito propter prioritatem naturæ, & temporis, præcipue quia est quædam forma quæ est Deus qui est sua bonitas & cunctis temporibus est prior & effector & auctor omnium. Auerr. quoque eodem loco loquens de materia & forma ait actus est prior & magis; ens quàm potentia; sed forma est actus materia est potentia ergo forma est prior & magis ens quàm materia, & eadem ratione probatur de composito id quod non habet perfectionem & esse nisi beneficio alicuius est posterius & minus eo; sed compositum non habet perfectionem nec esse nisi beneficio formæ: igitur est posterius & minus ens quàm ipsa forma, ad idem currit D. Tho. vtens regula illa propter quod vnumquodque tale &c. Sed materia & compositum sunt ens in actu propter formam: ergo forma est magis ens quàm materia & compositum. Et siquis diceret ꝙ Auerroes videtur substinere oppositum. 2. Phys. & 2. de anima & 8. libro diuinorum quibus in locis expresse ait compositũ est dignius habere hoc nomen substantia quàm materia & forma & hoc rationi consentaneum videtur quandoquidem totum ipsum perse à natura intenditur, partes verò per accidens, vnde Philosophus primo cœli dicebat ꝙ totum & perfectum idem sunt: ergo quod magis habet rationem totius erit magis ens & perfectius, sed nihil habet magis rationem totius q̃ ipsum totum, sequitur ergo falsum esse ꝙ forma sit præstantior composito. Sed dicimus adhoc ꝙ Auerr. in his locis loquitur secundum famositatem, apud enim vulgum non cognoscitur nisi compositum quod vere existit & habet esse manifestissimum in natura propterea vulgares dicunt illud esse perfectius & magis ens & secundum illos loquitur Auerr. hinc Arist. 7. diuinæ Philosophiæ neglexit inquirere de substantia composita quia omnibus est manifesta & quia Ars est de difficillioribus, & sic difficilia inquirit & non vulgaria primo diuinæ Philosophiæ, & id quod est famosum non est in toto verum neque in toto falsum vt docet Arist. 2. Thopicorum, hinc in prædicamẽtis vocauit primam substantiamque est compositum proprie & maxime substantiam, & 2. de anima & 7. diuinorum vsus est verbo videtur quod est verbum Thopicum & eorum qui existimant composita esse magis substantias, sed nos loquimur hic scientifice & non famose. Et ille duæ rationes soluuntur quia forma est quoddam totum & perse intenditur & compositum est propter formam scientifice. Secunda etiã soluitur quia forma est magis totum quàm compositum quia est totum contentiuum: Hinc Cae. primo de Anima examinans propositionem illam scientia de anima excedit alias scientias nobilitate subiecti excepta diuina cum scientia de corporibus animatis nobilior est quemadmodum corpus animatum est nobilius anima, & vniuersaliter totum est nobilius sua parte. Et respondens huic argumento supponit tanquam manifestum perse, substantiam esse perfectiorem accidentibus, & substantiam diuidi in materiam, & formam, & compositum, & formam esse nobiliorem vtrisque, & animam esse

Tex. 1. Tex. 5.

In prologo primi libr de anima.

Comparatio supponit distinctionem extremorũ.

nobiliorem omnibus formis naturalibus, vt patet ex multiplicitate operationum eius. Subdit quod comparatio supponit distinctionem extremorum, non est comparanda anima corpori animato vt includit animam & aliquid vltra, quia nec sic ab alia scientia consideratur, quoniam oportet iterare dicta de anima sed comparanda est corpori animato vt distinguitur contra animam, sicuti consideratur in lib. de anima & hoc modo constat animam esse nobiliorem corpore animato & sic vniuersaliter forma est nobilior composito; Addit nec decipiat te quod videtur impossibile prima facie abstrahere compositum à forma, hoc enim secundum rem quidem impossibile est; sed secundum intellectum impossibile non, est immo nec difficile, possumus enim seorsum considerare conditiones formæ, & seorsum quæ in composito ex compositionis parte redundant vt patet conferenti considerata in libris de vegetabilibus, & de animalibus ex his

Anima est nobilior corpore alio.

confidera vt Arg.

conficitur tale argumentum, merita conditiones circumstantiæ, leges, attributa, formę sunt nobiliora conditionibus & circumstantijs compositi, igitur forma est nobilior composito: nulli ergo dubium amplius esse poterit de hac conclusione.

Propterea descendendum est ad solutiones Argumentorum, & ad primum dicimus, ꝙ licet totum sit perfectius non toto, & forma sit pars ipsius compositi, tamen compositum ipsum totalitatem, & perfectionem omnem quam habet à forma ipsa suscepit;

Saluitur 1. Arg.

deinde dictum est ꝙ forma ipsa est quoddam totum contentiuum.

Solu. 2. Arg.

Ad secundum etiã dicimus ꝙ forma continet omnem perfectionem compositi, & illam materiæ si quam habet vt alias diximus, est enim ipsa forma totum continens, & deinde merita formæ ex seipsis semper sunt excellentiora & nobiliora meritis ipsius compositi.

Solu. 3. Arg. Tex. 17.

Ad tertium dicimus ꝙ forma est finis compositi & non e conuerso & hoc docuerunt Ar. & Auerr. 2. de anima ꝙ anima & corpus sunt vt animatum existat non ꝙ animatum sit finis animæ sed potius e contrario.

Solu. 4. Arg.

Ad quartum negamus incomposito reperiri plures formas, & posito ad huc ꝙ essent plures formæ in composito vltima erit nobilior & præstantior omnibus formis præcedentibus, & etiam ipso composito.

Solu. 5. Arg.

Ad quintum dicimus ꝙ forma continet compositum, quia terminat & perficit ipsum, & propterea continentia formæ est continentia causæ, continentia vero compositi est continentia effectus.

Solu. 6. Arg.

Ad sextum dicimus ꝙ licet prioritas totius sit prioritas formæ, tamen totum est totum propter formam; ideo forma semper sequitur ꝙ sit nobilior & præstantior composito, Adde etiam ꝙ alia consideratio est de forma vt forma est, & alia de forma vt est pars compositi quia sic nihil aliud sequitur nisi ꝙ sit imperfectior secundum quid ipso composito.

Solu. 7. Arg.

Ad septimum dicimus ꝙ cum in omni generatione sit duplex terminus scilicet terminus qui, & terminus quo, terminus qui dicitur propriæ ipsum compositum ꝙ producitur, & appellatur terminus quia terminat generationem, eo enim producto cessat generatio, terminus quo est ipsa forma rei genitæ qua mediante compositum terminat generationem, & quia aliquod generari est ipsum capere esse, cum generatio sit mutatio de non esse ad esse 5. Phys. formam igitur generari est ipsam capere esse, & quia perse capit esse propterea perse quoque dicitur generari sed non vt terminus qui sed vt terminus quo hinc Ar. aiebat 2. Phys. ꝙ generatio est via in formam quę

Tex. 7.

verba exponens Auerr. dicit, ꝙ generatio est via ad hoc vt forma fiat, sed omne ꝙ fit capit esse & per consequens generatur & sic falsum assumptum est in argumento ꝙ forma generatur per accidens quapropter nihil concludit.

Tex. 17. Solu. 8. Arg.

Ad octauum dicimus compositũ non habere nisi vnum esse perfectum, & completum, & hoc totum dependet à forma illud autem esse ꝙ est à materia est potentiale, & imperfectum.

Solu. 9. Arg.

Ad nonum dicimus ꝙ nihil absurdi sequitur ex nostra positione, quia tria sunt principia in fieri, & duo in facto esse; & vnum illorum dicit perfectionem, alterum vero non, cum sit pura potentia. Secundum quod reputabant absurdum etiam nullum est quia materia nihil est in actu sed est substantia quæ est potentia vt ostendimus nono Metaph. in disputationibus nostris contra Anton. Andream. Tertium absurdum quod isti tanti faciunt nihil fundamenti habere iudicamus, quia compositum dicit tertiam entitatem realiter distinctam à partibus, & est per se vnum ab vnitate formæ; Et ad ipsos aduersarios sequuntur ista absurda, quod quatuor essent principia rerum naturalium, nempe forma,

Disput. 8.

ma, materia, priuatio, & potentia; & ꝙ compositum naturale sit veluti cumulus lapidum, quia fit ex pluribus entibus in actu. Item ꝙ nullus esset motus, & transmutatio nullaque naturæ contemplatio, & sic destrueretur vniuersa Philosophia Ad dictum D. Thomæ dicimus quod venit intelligendum hoc modo scilicet personam dicere perfectionem ratione existentiæ quia persona existit, tamen hæc existentia est à forma quæ non habet ab aliquo suum esse & perfectionem, & hoc affirmamus formaliter non effectiue, compositum autem effectiue & formaliter recognoscit esse suum ab alio & hæc dicta sufficiant de hac disputatione de qua benedictus Deus.

Sensus verborũ D. Th

Sol. vlt. Arg.

FINIS.

AD LECTOREM.

Quamquam omni diligentia qua potuimus (humanissime lector) in castigandis erroribus quibus liber iste prius scaturiebat usq; essemus, nihilo tamen secius contingere non potuit quin & in hac noua impressione aliqua non euenirent errata, vti & in cæteris libris impressis videmus. Sed ne momi qui aut ostentandi ingenij, vel quæstus gratia nodum in scyrpo quærere solent mihi obijcere audeant, insignioresmend as hic vt vides colligere volui & emendatas reddere. Cæterũ si quæ in punctuationibus comatibus, literis, aut literarum inuersionibus deprehendes, vtere tua singulari eruditione, ac ingenij acrimonia, & bene vale.

Prior numerus indicat paginam, secundus columnam, tertius versum.

Prima Dictio ostendit tibi errorem, sequens corrigit ipsum.

4. veriratem. 2. lege veritatem. 27. 6. assecutus in add. lege assequutus. 14. louamen sis in addi. louanienſis. 15. ingredo. 2. nigredo. 35. 76. ctulus in addi. catulus. 82. materiæ in addi. materia. 86. one in addi. ratione. 15. insurresit in addi. insurrexit. 97. modi in addi. modis. 101. indefinitio in addi. indefinitione. 103. Archillinum in addi. Achillinum. 212. monstresitas in addi. monstruositas. 123. stabiliiter in addi. stabiliter. 123. satalis in addi. fatalis. 132. conuentioni lege, conuenientiori. 144. orma, forma. 147. 10. est, ibidem santum, tantum. 152. actum, actus. 165. quamliber, queliber. 169. illr, illa. 189. lociuomem dopliciter, locinomen dupliciter. 197. sphirium in add. sphericum. 198. encetricis, & epicidis in addi. eccentricis & epiciclis. 199. motum, motus. 277, tunt, sunt. 236. siue esse, sine. 238. adesset, 2. adessent, 22, 244. egens. 2. agẽs. 245. discen-

245. diſcendendo. 1. diſcedendo. 246. felle in addi. in fellæ. 247. ponenli in addi. poten tizli. 250. reputat in addi. reputant. 251 ficut. 1. ſicut. 13. 252 totalis. 2. totalitatis. 15 257. dependebit. 1. dependet. 18. 259. effectris, in addi. effectrix. 259 diſtinguitur, in addi. diſtinguntur. 261. autem. 1. ſed 25. 261. deiſta, iſta. 35. 262 recepit in addi. re cipit, ibidem ponantur, lege ponuntur. 263. repugnatio in addi. repugnantia. 264. ta-ctum. 2. tractum. 15. 266. ius, in addi. eius. 267. fuiſſe, in addi. fuiſſem. 268 que. 1. qui. 15. 270. acceptatio. 2. acceptio. 9. 271. habitus, in addi. habitus. 273. auerte, in addi. aduerte, ibidem velocior, lege velocius. 277 toducuntur, in addi. reducuntur. 278. repreſentatem in addi. repræſentantem. 289. ſummi. 1. ſumi. 7. 281. interum in addi. interdum. 282. temporis in addi. tempori. 283. commitatur, in addi. comitatur. 285. ſint. 1. ſunt. 7. 285. exiſtentem. 1. exiſtente. 7. 287. tectonica, in addi. architectonica. 289. infinito. 1. infinito. 3. ibidem infinitumr, lege infinitum, ibidem maior, lege ma iori. 291. aduenia. 2. adueniat. 29. 293. finitam. 2. finitum. 16. 295. fuiſſet. 2. fuiſſe, 2. 299. compleutiſsima completiſsima in vltimo verſu. 301. ſecundo. 2. ſecunda 302. irrationale. 1. irrationabile. 23. 304. ocicitur. 2. dicitur. 3. 306. ſe. 1. ſed 14. 306. cō-buſtibilet. 1. combuſtibile. 39. 306. a motu. 2. motum. 5. 306. diſpenſationem. 2. di-ſpoſitionem. 17. 307. nem. 1. non. 24. 308. maniſtius. 1. manifeſtius. 3. 308. roſpon-detur. 1. reſpondetur. 13. 312. ordinatur, in addi. ordinantur, ibidem eſſe lege eſſet, ibidem prorſus, lege purus. 315. intellectione, in addi. in intellectione. 317. ſubiecturū ſubiectum. 318. continum. 1. continuum. 14. 320. inmediate, in medietate. 2. col. ver. 16. 321. cōrrendantur. 2. comprehendantur verſu penultimo. 324. in addi. patienntiam patientium, ibidem adinnuant. adiuuant. 325. datur, verſu vltimo dat. 327. quantita-tas. 1. quantitas. 40. 327. quolitatas. 1. qualitas. 41. 329. accidens. 2. antecedens. 16. 330. in addi. maximus & minimus gradus, lege maximum & minimum gradum. 330. remiſsionem in addi. remiſsiorem. 331. datus in addi. datur. 334. inmen. 1. tamen. 5. 335. poſtea, poſtea, ibidem lumer, lumen. 346. in addi. lupis, lapis. ibidem rempente, rumpente ibidem auerte, aduerte, 348. diſſert. 2. differunt in margine. 350. auerte in addi. aduerte, ibidem offerret offert. 356. auerte, in addi. aduerte, ibidē quolibet, quod libet. 365. indiuidui, 2. indiuiduis. 31. 365. preceditur, 2. præcedit. 39.

REGESTVM.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z;
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq
Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz,
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff.

Omnes ſunt duerniones, præter b, qui eſt ternio.



ROMAE,
Apud Hæredes Antonij Bladij Impreſſores Camerales,
Anno. M. D. LXXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca